6 M
10-9
6
10 N
15
XI E. 7
C. 2
S. A
O. J
N. 10
6-10-7-15

DIONIS CHRYSO ſtomi, pręſtantiſsimi & philoſo phi & oratoris, Orationes octo-ginta, in Latinum con-uerſæ:

In quibus cùm magna rerũ ſcitu digniſsimarum uarietas, elegantia ac ſapientia, tum uerò perſpicua totius ferè Homericæ poeſeos explicatio continetur:

Orationum catalogum proxima poſt Præfationem pagina reperies.

Acceſsit locuples rerum & uerborum in iiſdem memorabilium Index.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BASILEAE, PER IOANnem Oporinum. 1555

Ex libris Doctoris Joannis Bascavin

MAGNIFICIS ET PRVDENTISSIMIS VIRIS AC DOMINIS MAGISTRATIB.

Senatuiqꝫ Norimbergenſi, Dominis ac patronis ſuis colendiſsimis,

UTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[redacted]

S. P. D.

FECIT ſingularis ueſtra mihiqꝫ perſpecta humanitas (magnifici proceres) ut uobis & hunc laborem meum nuncupare ſtatuerim, maiorem illo priore, atqꝫ (ut opinor) ueſtro nomine non indignū, uel ob Dionē ipſum, ſummum & philoſophum atqꝫ oratorē, cui ego quem præferam nondum inueni. Neqꝫ enim in umbra ſolum uerſatus eſt ſcholaſtica, cum diſcipulis quibuſdam pauculis garriēs, ut Plato atqꝫ Ariſtoteles, utqꝫ huius farinæ alij multi: ſed in patria ſua honores atqꝫ magiſtratum geſsit honeſtiſsimè, ut non uerbis modò, ſed etiā operibus philoſophatus ſit. Deinde non ſpinoſa docet, aut iniucunda, neqꝫ abruptis ſententiolis rem obſcurat, ut Ariſtoteles: neqꝫ abſurda, acqꝫ communi ſenſu abhorrētia tradit, ut Plato: neqꝫ, ut idē, longis perplexisqꝫ ſuſpendit lectorem ambagibus ac diſputatiunculis: ſed plana & aperta, uereqꝫ politica, nec omnino protrita tamē, profert in medium. Quamobrem & conditione uitę, ipſoqꝫ genere docendi, uir hic planè dignus eſt, qui ueſtro patrocinio in publicum prodeat atqꝫ defendatur, politicus à politicis, amans patriæ à uobis patriæ amantiſsimis. Sed operæpreciū fortaſſe fuerit, illius uitam, quantum ex orationibus hiſce colligere potui, necnon quāta illius doctrinæ ſit utilitas, breuibus perſtringere: unde magis liqueat, nō adeò fruſtra me hunc uertendi laborem ſuſcepiſſe: neqꝫ uos huius uiri tutelam pudeat, aut pœniteat, recepiſſe. Dicitur autem patria fuiſſe Pruſenſis (ea ciuitas eſt Bithyniæ, à Pruſia rege ad Olympi radices cōdita) quod ego ſanè ex hiſce ipſius orationibus liquidò perſpicere non potui: ueriſimile mihi tamen fit. Atqꝫ arbitror eum eſſe, cuius meminit Plinius lib. Epiſtolarum 10. Cocceiani cognomine. Putoqꝫ hoc cognomen illi datum à Cæſare Nerua Cocceio, cui erat familiariſsimus. Ex equeſtri fuit ordine, & in primis nobilis apud ſuos, à patre & auo clariſsimis uiris, ex quibus etiam ciuis Romanus natus eſt. Hinc & ſenator fuit, & magiſtratū ſæpe geſsit. Apparet eum nobiliſsimorum Romanorum amicitias ſtudioſè coluiſſe, præſidibusqꝫ aut proconſulibus uehemēter fuiſſe acceptum, non ſolum ob uitæ ſplendorem, ſed etiam ob ſingularem quandam morum humanitatem, integritatemqꝫ, nec minus propter eruditionem atqꝫ prudentiam. Horum autem amicitijs atqꝫ fauoribus, non ad ſuū, ſed patriæ uſus eſt commodū: quā quouis modo & dignitate & opibus augere ſtuduit, quemadmo-

 dum

dum hæc eadem multæ orationes atteſtantur. Incidit tamẽ in Do-
mitiani Cæſaris offenſionem & odiũ: quem ille quidem non nomi
nat, deſcriptionibus tamen indicat ſatis manifeſtis. Nec odij cauſa
quę fuerit liquet: ſed conijcio, quoniam Domitianus philoſophos
omnes (uti ſcribit Suetonius Tranquillus) efflictim oderat, pepu-
leratq́; ex urbe, deuſq́; ac dominus uolebat nũcupari, atq; ita etiã
ſemet ſcribebat in edictis (unde eſt & illud Martialis, Edictũ Do-
mini Deiq́; noſtri, Quo ſubſellia certiora fiunt, &c.) autorẽ fuiſſe
Dionem apud ſuos, ne huiuſmodi illi nomina tribuerẽtur. Porrò
tutum non eſt, tyrannis, ſuis in cupiditatibus obuiam ire atq; reſi
ſtere, quibus illud plerunq; duntaxat cordi eſt, quod ſcribit Iuue-
nalis: Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Quare uitæ ſuæ
metuens, ſolum uertit. Neq; ea ſibi fuga malè conſuluit. Nam Do-
mitianus atrocem Pruſæ poſtea cædẽ fecit eorũ, quos intellexiſſet
uoluntati ſuæ reluctatos: inter quos haud dubiè interfeciſſet &
Dionem, utpote ciuẽ primariũ, ſummęq́; uirum autoritatis, niſi fu
ga eſſet elapſus. cuius rei meminit in prima de Regno. Ignotus igi-
tur, atq; in mendici habitu huc illuc uagabatur, quoad uixit Domi
tianus. Neruæ deinde Imperatori fuit chariſsimus, ſub quo etiã
in patriam redijt: patrięq́; ſuæ cauſa ad eum uenit Romã, oratio-
neſq́; de Regno ad eum uidetur ſcripſiſſe. Cęterùm morbo Romę
correptus, patriæ cauſam apud Neruã agere non potuit: quod illi
maximo fuit dolori, ut cõfitetur in defenſione, quomodo affectus
fuerit erga patriam. Vehementer enim prorſus hic uir patriæ ſuæ
in omnib. uoluit prodeſſe. Porrò quod apud Neruã, citò rebus
exemptum humanis, efficere non potuit, poſtea impetrauit à Tra
iano: nempe centum ſenatores, atq; alia non pauca honorabilia ci-
uitati. Non minus enim Traiano, iuſtiſsimo pariter atq; humaniſsi
mo Cæſari, charus & acceptus erat, quàm antea Neruæ. Nõ caruit
autem ob beneficia, ſummumq́; in patriam amorem, quorundã in-
uidia. Nam Cæſarum gratia atq; fauor æmulos illi atq; detracto-
res excitauit, qui uulgus etiam aduerſus illum commouerũt haud
difficulter. Quippe alioqui ſolet uulgus eximios atq; præclaros
odiſſe uiros, eorumq́; cõmodis inuidere. unde & ille ab ęmulis ciui
buſq́; ſuis multa perpeſſus eſt, nullam ob iniuriã, ſed ob benefacta
potius. Sic enim eſt uulgi ingeniũ: malè facta ægrè tolerat, benefi-
cia nõ intelligit, & diuites inter ipſos ſunt factiones, alterq́; alterũ
uulgarium adiutorio ſubuertere opprimereq́; nititur. Plurima pu
blica onera ſuis ſuſtinuerat ſumptibus, ut moris erat apud eos: uel
quòd locupletes reipublicæ contribuere cogerentur, uel quòd ſi-
bi alioqui ex largitionibus nomen laudemq́; apud ſuos quærerẽt.
deniq; emerat aream quinq; myriadibus de ſuo, ubi dirutis uetu-
ſtis & ruinoſis ædificijs extrueretur porticus, & thermæ publicæ,

atq;

atq; officinæ ad ciuitatis ornamentum pariter atq; utilitatē. iamq; opus inchoauerat: ſed quia & alij quidam ad id contribuere polliciti erāt, moramq; dando facerent, ędificatio pauliſper intermiſſa fuit. Ibi ſtatim uariæ & atroces aduerſus illum querimoniæ. Quidā dictitabāt, eum tyrannidem exercere: alij, deuaſtare ciuitatem: alij, ut opus inchoatū perficeret: alij, ut rurſus quod ædificatū erat, deſtrueret, clamabant. Nec deerant ex ciuibus, qui ea ciuitati ornamenta inuidebant: putabantq; iniuria ciuitatē affici, ſi quis quid publicorum ædificiorum proprijs impēſis extrueret. Tantus eſt quorundam ſtupor, & malignitas, ut beneficia quoque tolerare nolint. Sub his quum annonę fortè fortuna penuria caritasq; ſolito maior accidiſſet, mox uulgus lapidibus facibusq; domū eius, atq; alterius cuiuſdam, uenit oppugnatum, crematumq;, cum uxoribus liberisq;. Deterriti autem ſunt (ut ferebāt) angiporti, in quo habitabat, altitudine. Ipſe paulo pòſt in cōcionem progreſſus, eos propter hoc factum ciuiliter & uerè reprehendit. Poſtremò inuētus eſt, qui eum publicè accuſaret cōſimili penè accuſatione, quali Socrates olim fuerat accuſatus. Eam recitat in oratione Politica in patria, cuius principium, Lydo (aiunt) &c. circa finem his uerbis: Iniuriam facit Dion, &c. Vtinam etiam illius defenſio hiſce criminibus oppoſita extaret: cerneremus clarius, quàm iniquè atq; calumnioſè uir diuexatus ſit integerrimus. Quāq; ne ita quidē alicui dubium eſſe poteſt, quin omnia conficta fuerint, ac malicioſè intentata. Abſolutū enim conſtat, maioribusq; pòſt honoribus dignatum, atq; magiſtratu: quos ille tamen modeſtè recuſauit, iterumq; peregrinatus eſt. Expertus uidelicet mobilitatem uulgi, atq; ignorantiam, ingratitudinemq;, ſimul & periculoſos inuidorū morſus, nolebat ſępius capitis adire diſcrimē. Hinc acceſsit philoſophico habitu nobiliſsimas ciuitates, Alexandriam, Rhodum, Tarſum, Corinthum, Celęnas, Elin, &c. magnamq; ubiq; eruditionis, integritatis atq; eloquentiæ laudem, famamq;, aliosq; honores conſecutus eſt. Nicomedenſes eum ciuitate donarunt: apud Corinthios ſtatua ei poſita eſt, quam tamē poſtea falſis inducti calumnijs ſubuerterunt. De morte eius nihil cōperti habeo. Reſtat nunc, ut & de doctrina eius aliquid dicamus. Ethnicum fuiſſe, ex orationibus hiſce manifeſtum eſt: ea autem eloquentia, ut non immeritò Chryſoſtomi nomen ei tributum uideatur. Attica uſus eſt dialecto feliciſsimè, niſi quòd longis interdum periodis moleſtus eſt, & obſcurior. At id Græcis ea tempeſtate familiare erat (ut ait Plinius) ut extento ſpiritu, prolixisq; periodis immēſam uerborū ſyluā effunderēt. De alijs deinde ſingulis quid attinet dicere? Docet, ut initiò dixi, apertè & planè, afficit mirabiliter, iucūdiſsimè exponit, effert uirtutes generoſè, uitia acriter inſectatur: atq; in morali politicaq;

 philoſophia

philoſophia(nam has partes potiſsimũ tractat)pręter Xenophõtẽ atq; Iſocratẽ,haud ſcio an aliquẽ parẽ habeat,quẽ ego quidẽ legerim.De dijs duntaxat,deq́; religione quid ſentiat,attingã,ut ex eo & cætera expendãtur.In Tarſica priore ita ſcribit: Temperãtia ſapientiaq; ea ſunt,quæ ſeruãt: ea faciũt utẽtes beatos,ea dijs ſunt accepta,nõ thus,neq; myrrha alicunde,neq; radices,neq; arborũ lachrymæ,neq; Indorum aut Arabum ſarmẽta.Item in oratione de concordia Nicęæ, non magna uoce aut clamoribus apud Deos opus eſſe ſcribit, quum illi precantium cogitationes quoq; norint.Præterea in Olympica multis uerbis tradit,Dei potentiam ac uirtutem non ſolum ab hominibus,uerùm etiam à beſtijs percipi, ex rebus creatis.Item in oratione ad Alexandrinos: Primum quidem omnium(inquit)hoc credite firmiter,quòd quæ hominibus accidunt in bonum,omnia ſimiliter ſint diuina, etiam ſi quis nauigans peritum nanciſcatur nauclerum, aut gens aut ciuitas bonos præfectos.Et ſi medicus opportunè adſit ægrotanti,etiam hunc exiſtimare oportet auxiliatorem uenire à Deo miſſum. Et ſi quis ſermones audiat prudẽtes, eos quoq; inde eſſe tranſmiſſos.In ſumma enim,nihil fortunatũ neq; fructuoſum eſt,quod nõ iuxta Deorũ & uoluntatẽ & potentiã perueniat ad nos: & ubiq; omniũ ipſi bonorũ ditionem tenent,diſtribuuntq́; largiter uolentibus recipere.Mala aũt aliunde,tanquam ex alio quodã fonte profluũt, nobis propinquo. Hęc ille. Quid his ſentẽtijs Chriſtianius dici poſsit? Nónne hæc eadem,licet diſtinctius, & Chriſtiana tradit religio? Quare huic uiro nihil defuit,quàm unius uerîq; Dei & Chriſti Ieſu ſalutifera cognitio.Format exinde regem magiſtratusq́; ſanis ſalubribusq; præceptis, tyrannidem uituperat damnatq;, humanitatẽ manſuetudinemq́; extollit:fiduciã in opes,clientelas,potentiamq; reijcit atq; deridet:commendat paupertatem ſemper,ac frugalitatem:breuiter,omnium uirtutũ præco eſt, uiciorumq́; hoſtis acerrimus.Hoſtis eſt & ſophiſtarum,mẽdaciorumq́;,& ueritatis patronus.Ad mutuam omnes concordiã ſtudioſiſsimè accuratiſſimeq́; hortatur,ipſe naturà concordię paciſq; amantiſsimus. Fortunam affabrè depingit,gloriam contemnere docet,uirtuti operã dare monet.Quàm ualidis ille agit argumentis,ut ne quis cui confidat,credatq;? id quod ſimiliter & ſacri faciũt libri.Me hercle una huius uiri oratio magis affecit,pluraq́; docuit, atq; efficaciora, q̃ omnes Ariſtotelis Ethicorũ libri,aut tota politia Platonis. Arbitrorq́; eũ unũ ex philoſophorũ cohorte dignũ,quẽ reges,ciuitatumq́; moderatores legãt.Atq; utinã illius omnes extarẽt lucubrationes,aut certè publicarentur: haberemus ab eo doctrinam minimè protritã,neq; aſpernandã,ſed multis aliorum uoluminibus anteponendã. Non mihi temperare poſſum, quin unam adhuc

illius

illius ſentētiā huc apponā. Ea eſt in oratione ad Alexandrinos his uerbis: Pœnas ſumere ita cōuenit, ut ſimul parcas: docere uerò, ut nihil parcas. Et boni hoc eſt præfecti, ut ignoſcat: mali aūt philoſophi, ut nō ſit acerbus. Supplicij enim plenitudo perdit, ſermōis aūt amaritudo naturaliter ſeruare ſolet. His ille pulchrè diſtinguit magiſtratuū ciuilium atq; doctorū philoſophorumq; officia in corrigendo, datq; utile utriſq; præceptū: dignūq; foret, ut utriq;, quod ad ipſos pertinet, poſtibus id & parietibus, imò cordibus inſcriberent. Multū enim in utranq; peccatur partem: fitq; ut illi accuſentur tyrannidis crudelitatisq;, hi uerò præuaricationis ac timiditatis intēpeſtiuæ, atq; molliciei. Sed non inſtitui de his in præſentia diſſerere. Hoc ſanè quiſq; lector fatebitur, me longè imparē eſſe ad huius uiri ſcripta laudanda: atq; melius, ni fallor, per ſe, q̄ me indicante, quanta inſit utilitas, intelliget. Neq; etiā me puto illius eloquentiam aſſecutum: mira enim quædam illi ineſt ſuauitas. Potuiſſem equidem copioſius, atq; adeò fortaſſe elegantius reddere; noluì tamen longius à Græcis recedere uerbis. Tametſi enim eam mihi religionem in his præſtandam non cenſuerim, quæ ſacris debetur uoluminibus: præſtiti tamen, quoad ſermonis permiſit proprietas. Multum mihi interdum exhibuit negocij, exemplaris Græci prodigioſa mendoſitas. Raró cola & commata atq; periodi ſuis erant ſignata locis. Verba nonnulla tranſpoſita, nōnulla penitus omiſſa erant. Taceo de literis perperam inſertis, atq; mutatis. Aſſuta quoq; erant aliqua planè aliena, nihilq; ad rē pertinentia: ut in calce orationis in Patria de concordia cum Apamenſibus, & alibi. Deniq; de quibuſdam mihi planè diuinandum fuit, propter exemplaris malam fidem. Atq; uehemēter miror, cur Itali, homines alioqui diligētes, adeò malos adhibeant libris edendis correctores. Certè hac in re longè præſtant Germani: quamuis minus lucri faciant pro magna cura, grauibusq; impenſis. Iam ſi curandum (ut quidam ait) ut apta ſint munera, ne uidelicet mulieri arma, neq; uiro colū fuſosq; & calathos donemus: aptius (clariſſimi uiri) ueſtro nomini ſcriptum nuncupari non potuit. Nuncupatur enim uir doctus, & in republica cum laude uerſatus, patriæ cultor & amator, Cæſaribus charus & amicus, humanitatis atq; eloquentiæ ſummam conſecutus laudem, prudentia atq; integritate omnibus acceptus, uirtutis deniq; atq; ueritatis aſſertor, uiciorumq; & uanitatis oſor, concordiæ paciſq; ſtudioſus: ſui ſimilibus, nempe uobis, paribus ingenijs, ſtudijs, uirtutibus, curiſq; præditis. Quare (prudentiſſimi atq; præſtantiſſimi reipubl. moderatores) ſuſcipite hunc autorem ſereno uultu, noſtramq; operam (quæ ueſtra eſt humanitas) boni conſulite.

Datæ Baſileæ, 1. Martij, 1555.

ORATIONVM DIONIS

Catalogus.

De regno, Oratio prima. Pag. 1
De regno ſecunda. 9
De regno tertia. 18
De regno quarta. 29
Fabula Lybica. V. 40
Diogenes, aut de Tyrannide. VI. 43
Euboica, aut Venator. VII. 48
Diogenes, aut de uirtute. VIII. 64
Diogenes, aut Iſthmica oratio. IX. 68
Diogenes, aut de Seruis. X. 70
Troiana, aut de eo quòd Ilium non ſit captum. XI. 75
Olympica, aut de prima Dei cognitione. XII. 95
Oratio Athenis habita, de Fuga, aut exilio. XIII. 108
De ſeruitute & libertate prior. XIIII. 113
De ſeruitute & libertate poſterior. XV. 116
De ægritudine. XVI. 121
De auaricia. XVII. 122
De dicendi exercitio. XVIII. 125
De ſua auſcultandi cupiditate. XIX. 129
De ſeceſſu. XX. 130
De pulchritudine. XXI. 133
De bello & pace. XXII. 136
Quòd felix ſit ſapiens. XXIII. 137
De felicitate. XXIIII. 139
De Genio. XXV. Ead.
De conſultatione. XXVI. 141
Expoſitio eorum quæ fiunt in compotatione. XXVII. 142
De Melancoma, prima, ordine ſecunda. XXVIII. 143
De Melancoma, ſecunda, ordine prima. XXIX 145
Charidemus. XXX. 148
Rhodiaca. XXXI. 154
Ad Alexandrinos. XXXII. 180
Tarſica prior. XXXIII. 195
Tarſica altera. XXXIIII. 204
In Celænis Phrygiæ. XXXV. 212
Boryſthenitica, quam in patria recitauit. XXXVI. 215
Corinthiaca. XXXVII. 224
Ad Nicomedenſes, de concordia cum Nicæenſibus. XXXVIII. 230
De concordia Nicææ. XXXIX. 238
In patria, de concordia cum Apamenſibus. XL. 239
Ad Apamenſes, de concordia. XLI. 245
Diſputatio in patria. XLII. 247
Politica, in patria. XLIII. 248
Oratio beneuolentiæ demonſtratiua erga patria, honores ſibi decernentem. XLIIII. 250
Defenſio, qui affectus fuerit erga patriam. XLV. 252
De tumultu exorto in patria. XLVI. 255
Concio in patria. XLVII. 257
Politica in concione. XLVIII. 261
Recuſatio magiſtratus in Senatu XLIX. 264
De adminiſtrationibus in Senatu. L. 266
Ad Diodorum. LI. 268
De Aeſchylo. LII. 270
De Homero. LIII. 372
De Socrate. LIIII. 374
De Homero & Socrate. LV. 275
Agamemnon, aut de regno. LVI. 278
Neſtor. LVII. 280
Achilles. LVIII. 282
Philoctetes. LIX. 283
Neſſus, aut Deiamira. LX. 285
Chryſeis. LXI. 287
De regno & tyrannide. LXII. 290
De fortuna, prima. LXIII. 291
De fortuna, ſecunda. LXIIII. 292
De fortuna, tertia LXV. 296
De gloria, prima. LXVI. 298
De gloria, ſecunda. LXVII. 303
De gloria, tertia LXVIII. 304
De uirtute. LXIX. 305
De Philoſophia. LXX. 307
De Philoſopho. LXXI. 309
De corporis cultu, uel habitu. LXXII. 310
De fide. LXXIII. 313
De incredulitate. LXXIIII. 314
De lege. LXXV. 319
De conſuetudine. LXXVI. 322
De inuidia, prior LXXVII. 322
De inuidia, altera. LXXVIII. 324
De diuitijs. LXXIX. 328
De libertate, LXXX. 330

DIONIS CHRYSOSTOMI ORATIONES OCTOGINTA, IN LATINVM VERSAE ELOquium, per [redacted]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE REGNO PRIMA.

TIMOTHEVM quondam illum tibicinem ferũt, quum primùm Alexandro regi artis ſuæ ſpecimẽ exhiberet, ceciniſſe iuxta illius mores admodum peritè atq; muſicè, non mollem neq; remiſſam cantionem, neque eiuſmodi quæ ad ignauiã deſidiamq; duceret: ſed ipſum, opinor, rectum, qui Mineruæ appellatur, νόμον. Et Alexandrum confeſtim exiliuiſſe ad arma, tanquam numine afflatum: ita uehementer illum fuiſſe incitatum ex cãtu muſices, atque modulatione tibiæ. Cauſa uerò huius eſt, non adeò Muſices uis, ut regis animus incitatus atque iracundus: quoniam Sardanapalum nunquam certè ex cubiculo à mulieribus ſuſcitaſſet, non ſolum Timotheus, aut alius quiſpiã ex iunioribus, ſed neque Marſyas ipſe, aut Olympus. quin etiam mihi uidetur, quòd ne Minerua quidem (ſi fieri poſset) eundem νόμον percurrente, ille unquam arma erat correptutus, ſed longè prius ſurrecturus ad ſaltandum, aut fugiendum: uſque adeò miſerè affectus erat ob poteſtatem, deliciasq;. Quare conuenit, ne nos noſtro in opere peiores fiamus homine tibicine, néue minus uiriles atq; magnanimas inueniamus orationes, quàm illius fuerunt ſoni: neque uni tantummodò congruentes, ſed eaſdem & uehementes & mites, bellicas atq; pacificas, legitimasq;, ac uerè regias: utpote ad eum qui princeps uelit eſſe, & fortis, legitimusq;, multaq; opus habeat & audacia, multaq; pariter humanitate. Timotheus ergo, ſi, quemadmodũ bellicum nouerat νόμον percurrere quendam, ſic etiam nouiſſet iuſtam cantionem, animum prudentem atq; temperatum, humanumq; reddere ualentem, neque ſolum ad arma ruentem, ſed etiam ad pacem atq; concordiam, deorumq; honores ac hominũ curas, omnino dignus erat qui uerſatus eſſet apud Alexandrũ: eiq; occinuiſſet non ſolum ſacrificanti, ſed etiam aliàs, quando ſe luctibus præter dignitatem ac decorum mancipaſſet, aut puniuiſſet acerbius quàm leges aut æquitas ferret, aut ſuis indignatus eſſet amicis atq; ſodalibus, aut mortales uerosq; parentes deſpexiſſet. At enim non omnem medelam, neque ſolidam moribus utilitatem adferre poteſt muſices ſciẽtia atque habitus. Neque enim hoc (ut ait poeta) Aeſculapij diſcipulis dedit Deus. Sola autem prudentium ſapientiũq; « oratio (quales multæ habitæ ſunt à maioribus) ſufficiens atque perfecta « dux eſt, adiutrixq; tractabilis & bonæ naturæ, ad omnẽ dans conſilia uir- « tutem, ducensq; diligenter. Quę nam igitur decens uideatur, dignaq; diſputatio, tua animi alacritate? Vnde nos inuenire poterimus orationem ita abſolutam, homines mendici, nulliſq; doctoribus ad philoſophiam uſi, laboribusq; & operibus quatenus poſſumus ſemper ferè incumbentes: orationes autem interim adhortationis gratia ſuſurrantes ad nos ipſos, atq; alios qui nos conueniunt: quemadmodũ ij qui mouẽt aut transferunt difficile onus, ſuſurrant canuntq; tacitè, in opere ſeſe conſolantes, quum ſint operarij, non cantores, neque cãticorum factores? Multi quidem ſunt iuxta philoſophiam ſermones, ijdemq; omnes auditione digni,

νόμος eſt Muſicæ modus: atq; ita etiam dicitur apud Suetonium in Nerone.

atque admirabilem adferentes utilitatem ijs qui non perfunctoriè auſcultent: uerùm oportet maximè propinquo & conuenienti reperto, aduocatisq; Suadela & Muſis ac Apolline, promptè eum quantum poſsibile eſt recitare. Age [redacted] animi diſpoſitionem boni regis, breuibus quantum licet rem comprehendentes. Sic eſt apud Homerum:

Iliad. B. *Haud eſt multorum bona res dominatio, uerùm*
Vnus ſit dominus, rexq; omnibus imperet unus,
Cui ſceptrum, legesq; dedit Saturnius ipſe,
Vt iuſtè præſit populis, ac conſulat æqua.

Bene prorſus, cum alijs pluribus, mihi Homerus uidetur & hoc dixiſſe: quòd non omnes ſceptrum habeant à Ioue, neq; hunc principatum, ſed boni duntaxat: neq; alio iure, quàm ad conſulendum, adq; curam gerendam ſubditorum, non ut quis laſciuiat, aut intemperanter prodigat, plenusq; ſit dementię, contumeliæq; ac ſuperbiæ, omnisq; iniquitatis: hisq; adeò ſuũ ipſius ſemper repleat animum, perturbatum iris & ægritudinibus & timoribus, atq; uoluptatibus, cupiditatibusq; cunctis: ſed quantũ fieri poſsit, animum attendat ad ſuam atq; ſubiectorum felicitatem, paſtor & opilio uerè effectus populorum, non conuiuator aut conuiua (ut ait quidam) ita ut ne ſomnum quidem per totam noctem capere ſe debere putet, ut cui nullũ ſit ocium ad ſocordiam. Hæc enim dicit & Homerus pariter, & alij ſapientes uracesq; homines, quòd nemo unquam prauus, aut libidinoſus, aut auarus, neque ſui ipſius poſsit fieri princeps & dominus, neque alterius cuiuſpiam. Neque talis unquam erit rex, etiamſi omnes Græci atque Barbari, & uiri & mulieres affirmarent: neque eum homines ſoli admirarentur, eiq; obedirent, uerùm etiam aues in aere uolantes, feræq; in montibus haud ſecus quàm homines eum accederent, exequerenturq; mandata. Dicamus ergo de rege, qui & iuxta Homerũ, ipſamq; ueritatem rex ſit. Hic enim ſermo ſimpliciter habitus, abſq; omni adulatione aut conuicio, ipſe per ſe optimo ſimilem notum facit, laudatq;, quatenus illi ſimilis eſt: diſsimilem autem redarguit, atq; uitupe-rat. Eſt ergo primùm deorum ſtudioſus, & diuinitatis cultor. Neque enim fieri poteſt, ut uir bonus & iuſtus ulli magis fidat, quàm iuſtiſsimis atq; optimis dijs. Quicunq; autem, quũ malus ſit, ſe dijs placere putat, eo ipſo primùm iam pius non eſt. Aut enim fatuam, aut prauam ſtatuit eſſe diuinitatem. Secundum deos autem, hominum curam gerit, honorans quidem & beneficijs afficiens bonos, ſollicitudinem autem gerẽs omnium. Quis enim pro armento boum magis ſollicitus eſt, quàm is qui paſcit? Quis autẽ gregibus utilior, meliorq; quàm paſtor? Quis etiã ſtudioſior eſt equorum, quàm is qui quàmplurimis imperat equis, & maxima ab equis capit emolumenta? Et quem par eſt tam eſſe humanum, quàm eum qui quamplurimorũ quidem hominum rector eſt, maximè autem hominibus eſt admirationi? Graue eſt enim, ſi alterius generis & ferarum principes beſtiarum, ſubditis ſint beneuolentiores quàm rex, qui hominibus manſuetis, & eiuſdem generis imperat. Et quidem amant etiam & patiũtur maximè armẽta paſtores ſuos, equi autem aurigas. Venatoresq; à canibus cuſtodiuntur & diliguntur, & alia ſimiliter ſubiecta ſuos amant imperatores. Quomodo ergo conſequens ſit, quum ſtulta & gratitudinis ſenſu carentia norint amentq; eos qui ipſorũ curam gerunt, ut animal omniũ intellectu præſtantiſsimum, & gratiam referre ſciens, ignoret & inſidietur? Imò etiam neceſſe eſt, manſuetum & humanum regem,

Rex in primis religionis & humanitatis amans.

gem, non ſolum diligi ab hominib. ſed etiã amari. Hæc igitur quum norit, & natura talis ſit, propitiū & mitem exhibet animum ſuum omnibus, ut qui omnes exiſtimet beneuolos & amicos. Et arbitratur quidem ſe dignum qui plus habeat propter principatum, non pecuniarum neque uoluptatum, ſed diligentiæ atque curarum. Itaq; etiam laborioſior eſt magis quàm aliorum multi uoluptuoſi & auari. Didicit enim, quòd uoluptates quidē eos qui ſemper circa ipſas uerſantur, & in alijs multis damnô afficiant, & citò reddant erga ipſas impotentes: labores autem, & in alijs multis proſint, & ſemper reddant ad laborem ualidiores. Proinde illi ſoli licet, milites quidem appellare cōmilitones, & familiares amicos, non deriſu nominis amicitiæ: patrem autem ciuium & ſubiectorum, nō ſermone tantum uocari, ſed ipſis etiam oſtendi operibus. Porrò dominus non modò liberorum, ſed neq; ſeruorum uocari gaudet. Regnare enim ſe putat non ſui unius magis, quàm omnium hominum gratia. Hinc eſt quòd beneficia conferens magis lætetur, quàm quibus collata ſunt: & unius huius uoluptatis eſt inſatiabilis. Nam cætera quidem regni officia exiſtimat neceſſaria, unum uerò beneficentię facinus eſſe uoluntarium & felix. Et bonorum quidem minimè parcus eſt, ut quæ nunquam ipſum deficere queant: mali autem cauſam præbere natura prohibetur, quemadmodum & ſol tenebrarum. Eum qui uident, quiq; cum eo conuerſantur, nolūt relinquere: qui autem de eo audiūt, uidere cupiunt, magisq; quàm pueri ignotos parentes, hunc reperire. Timent eum quidem hoſtes, & nullus ſe fatetur hoſtem: amici autem confidunt: & qui ualde illi propinqui ſunt, arbitrantur omnes ſeſe quàm tutiſsimos eſſe. Cuius contrariū accidit ei qui malus eſt, ut eius inimici quidem confidāt, amici aūt & qui proximi ſunt, conſeruētur, timeantq;. Manſueto porrò & innocuo, quicunque aſsiduò aſtant, ijs magna cum fiducia licet uiuere: eos autem qui accedunt eum, uidentq;, non terror, nec timor, ſed reuerentia ſubit, longè timore melior atq; fortior. Neceſſe eſt enim, ut ij qui timēt, oderint, & aufugere cupiant: qui aūt reuerentur, maneāt, & admirentur. Simplicitatē igitur & ueritatē, exiſtimat ad regem & prudentē pertinere: aſtutiam aūt & dolū, ad fatuos, ſeruilemq; conditionem: cōſiderans, quòd & beſtiarū timidiſsimæ ignobiliſsimæq; omnium maximè mentiantur atq; fallant.

Quum autem natura honorum cupidus ſit, quia conſueuerint ferè homines honoribus afficere bonos, minus ſperat honorari fortaſſe ab inuictis, aut ab oſoribus amicitiam nanciſci. Et belli caſus quidem ita eſt, quod in eius arbitrio poſitum ſit, bellum gerere. Pacificus autem uerè eſt, quòd nihil illi reliquum ſit bello perſequendum. Etenim & hoc nouit, quod ijs qui ad bellum gerendum optimè ſunt inſtructi, maximè liceat in pace uiuere. Natura autem ſimiliter & ſociorum & ciuium & militum amās eſt. Quiſquis enim contemnit milites, aut nuſquam aut rarò inuiſit periclitantes, laborantesq; pro tuendo principatu, ſtultamq; & inermē turbam colit aſsiduè, perinde facit, ac ſi paſtor ignoret eos qui gregem unà cuſtodiunt, & neq; cibum illis porrigat, neq; cogitet ut ſimul aliquando uigilet cum cuſtodientibus. Hic enim non ſolum beſtijs, ſed & canibus perſuaſerit, ut ne abſtineant à grege. Quicunque autem milites quidem delicijs effœminat, neq; exercens, neq; laborare iubens, aliorūq; hominū obliuiſcitur: ſimilis eſt gubernatori, qui nautas quidem corrumpit repletione & ſomno totos dies, uectorum autem & nauis pereuntis nullam habet curam. Si quis autem ad hæc quidem mediocriter affectus eſt, proximos autem ſibi & amicos appellatos ui cogit, neq; hoc proſpicit, quo-

modo beati eſſe uideantur, & omnibus ſuſpiciendi, is neſcit quod ſemetipſum & principatum prodat: eo quòd ueros amicos quidem mœſtos reddit, alios autem abſterret, ut nemo ſuam amicitiã concupiſcat, ſicq́ ſe priuat pulcherrima utiliſsimaq́ poſſeſsione, amicitia. Quis enim magis impiger ad laborandum, quando tempus exigit, quàm amicus? Quis promptior ad delectandum in felicitatibus? Cuius autem laus ſuauior, quàm amicorum? A' quo uerum auditum minus contriſtat, quàm ab amicis? Quod præſidium, quæ munitiones, quæ arma firmiora & meliora, quàm beneuolorum cuſtodia? Quot enim quis poſsidet amicos, tot oculis ea quæ uult uidet, tot auribus audit quæ oportet, tot cogitationibus cogitat de ijs quę conducunt. Non enim eſt aliud, quàm ſi cui Deus unum corpus habenti, multos animos dediſſet, qui omnes ipſi prouiderẽt. Porrò ut multis omiſsis, dicam manifeſtiſsimum ſignũ. Talis eſt bonus ille rex, ut quẽ boni uiri laudibus proſequi non erubeſcant, neq́ in præſenti tempore, neq́ in futuro. Et ipſe quidem laudibus opificum & circumforaneorum non capitur, ſed liberorum & nobilium, quibus uita etiam diſpliceat, ſi quid mentiantur. Quis igitur non beatum prędicaret talem uirum, & uitam? & unde fieret, ut non certatim uenirent homines, & uiſuri eum, & fruituri honeſta illius mente, & bona? Quod enim grauius ſpectaculum, quàm rex generoſus ac induſtrius? & quod ſuauius, quàm manſuetus & amabilis, qui omnes beneficijs afficere & concupiſcat, & poſsit? Quid aũt commodius æquo & iuſto? Et cuius uita tutior, quàm eius quem omnes ſimiliter cuſtodiunt? Cuius ſuauior, quàm qui neminem ſibi exiſtimat eſſe inimicũ? cuius animus magis triſtitia uacat, quàm qui nihil habet quod ſe incuſet? Quis fortunatior illo uiro, qui nulli nõ bonorum notus eſt? Ego quidem ſimpliciter dixi ea quæ ſunt boni regis officia. horum autem ſi quid tibi uidetur competere, beatus quidem es ipſe propter benignam & bonam naturam: beati autem & uos, qui participes eſtis. Porrò poſt hunc dictum ſermonem, cupiui equidem narrare de maximo & primo rege & principe, quem debent imitari ſemper mortales, mortaliumq́ negotia gubernãtes: & parem rebus diligentiam adhibere, ad illius exemplum, quantum fieri poteſt, dirigentes & conformãtes ſuos ipſorum mores. Quapropter & Homerus à Ioue nutritos eſſe ait ueros reges, & conſilio illius ſimiles: & Minoa illum, qui maximam

Minos Iouis congerro.

iuſtitiæ cõſecutus eſt gloriã, cõgerronẽ Iouis dixit fuiſſe. Et ferè quotquot unquam apud Græcos aut Barbaros fuerunt reges, non ſunt indigni habiti hac ipſa appellatione, quòd Dei huius diſcipuli & æmulatores fuerint: ſicut & ipſa demonſtrat oratio. Iupiter enim ſolus Deorum

Iouis cognomina.

pater & rex nominatur, & Polieus, & Philius, & Etæreius, & Omoginus, & inſuper Iceſius, & Phyxius, & Xenius, & plurimas alias appellationes habet, bonas omnes, & bonorum cauſa impoſitas. Rex quidem iuxta principatum & uirtutem eſt nominatus: pater autem (opinor) propter diligentem curam, manſuetudinemq́: Polieus uerò, iuxta legem & communem utilitatem: Omoginus, propter generis communionem cũ dijs pariter & hominibus: Philius & Etæreius, quòd omnes homines in unum contrahat, uelitq́ inter ſe eſſe amicos, inimicum autem & hoſtem neminem: Iceſius autem, ut qui facilè exaudiat, & propitius ſit ſupplicãtibus: Phyxius uerò, propter malorum euaſionem: Xenius autẽ, quòd & hoc principium ſit amicitiæ, & quòd hoſpites non negligat, neq́ alienum exiſtimari uelit ullum hominem: Cteſius uerò & Epicarpius, ut qui ſit fructuum cauſa, diuitiarumq́ dator, & poſſeſsionis, non paupertatis,

neq́

neq; egeſtatis. Atq; omnes haſce uirtutes ſtatim ineſſe oportet & uirtuti
regis, & appellationi. Bonum igitur eſſet dicere de omnium adminiſtra-
tione rerum, quale ſit nempe uniuerſum, quòd ipſum illud beatũ & mo-
deratum ſemper tranſigat infinita ſecula continenter, per infinitos circui-
tus, cum anima bona, genioq; pariter & prouidẽtia, & principatu iuſtiſ-
ſimoq; & optimo: nos autem ſimiles ſui præſtet, iuxta communem natu-
ram & ſuam & noſtrã ſub uno iure & legibus exornatos, & unius par-
ticipes reipublicæ: quam qui honorat & cuſtodit, & nihil contrarium fa-
cit, legitimus, dijsq; charus & honeſtus dicitur: qui autem perturbat quã-
tum in ipſo eſt, & tranſgreditur, aut ignorat, illegitimus atq; inhoneſtus
appellatur, ſiue ſit priuatus ſiue princeps: multo maior autem & omni-
bus apparentior eſt, quæ à principe committitur improbitas. Quemad
modum igitur inter eos quicunque ſunt imperatores, exercituumq; &
ciuitatum ac gentium principes, quiſquis tuos maximè imitaretur mo-
res, & tuis ſe affectibus (quantum fieri poteſt) ſimilẽ præſtare ſtuderet, is
certè eſſet tibi amiciſsimus & amabiliſsimus: at ſi quis cõtrarius & diſsi-
milis fieret, iuſtè ſubiaceret reprehenſioni & ignominiæ: & mox ablato
ab eo principatu, concedere eũ cogeretur alijs melioribus, meliusq; ad-
miniſtrare ualentibus: ſic etiam inter reges, ut qui (ſicut arbitror) à Ioue
habent potentiam & procurationem, quiſquis ipſum reſpiciens, ad eius
legem moremq; iuſtè & honeſtè omnia ordinat & imperat, bonum ſorti-
tur fatum, & finem uitæ fortunatum. Qui uerò tranſgreſſus fuerit, igno-
miniaq; affecerit committentem aut dantem hoc donum, nihil utilitatis
capiet ex bonis tam magnæ poteſtatis & potentiæ, præter hoc ſolũ, quòd
manifeſtus fiet præſentibus & futuris, quod ſit prauus & libidinoſus: ſi-
milemq; tandem fabuloſi Phaetontis nanciſcetur interitum, ut qui for- *Phaetontis*
tem & diuinum præter fatum aſcenderit currum, cuius ſufficiens eſſe nõ *interitus.*
poterat auriga. Dicit autem & Homerus ita ferè de his:

Qui crudelis & ipſe eſt, & crudelia patrat,
Huic omnes homines uiuo mala multa precantur,
Quin etiam infamant illum poſt funera cuncti.
Et contrà, quicunq; eſt inculpabilis ipſe,
Inculpabilia atq; patrat, famam iſtius amplam
Multus terrigenas circunfert hoſpes ad omnes,
Atq; uirum inde bonum dicunt, laudantq; frequentes.

Quod igitur ad me attinet (quemadmodum dixi) libentiſsimè prom-
ptiſsimeq; eam exponerẽ narrationem, quæ eſt de Ioue, & omnium rerũ
natura: quia uerò maior eſt, quàm qui in præſentia tractari poſsit, & dili-
gentioribus indiget demonſtrationibus, in poſterum aliquando fortaſ-
ſe dabitur uacuũ eius percurrendi tempus. Nũquid uerò fabulam quan-
dam uelles audire, imò ſanum & ſacrum ſermonem, ſub fabulæ ſpecie di-
ctum? Forſan autem non abſurdus tibi apparebit, & nunc & poſtea cogi-
tãti apud temetipſum, quem ego quondã à muliere Helæa aut Arcadica
audiui, de Hercule narrante. Vt enim quondam in fuga erraui (& ſanè
maximã dijs habeo gratiam, quòd me non permiſerunt ſpectatorem fieri
multarum & iniquarum rerum) adibam, ut poteram, plurimas terras in
mendici habitu ac ueſte, nunc quidem ad Græcos, nũc aũt ad Barbaros,

Pauum fruſta petens, non enſes atq; lebetas.

Et tandem perueniens in Peloponneſum, ad ciuitates quidem non ac-
ceſsi prorſus: circa regionem uerò uerſabar, ut quæ præſtaret multum hi-
ſtoriarum, à paſtoribus & uenatoribus, ingenuis & ſimplicibus mori-

bus præditis. Et iam carpens iter, ut ab Eræa in Piſam ad Alphæum irem, aliquò uſq; quidem non aberrabam à uia: interea autem in ſyluam quandam & regionem aſperam incidens, multasq; ſemitas ad armenta quædã & greges ducentes, quum neminem haberem obuium, neq; interrogare poſſem, peccabam longè, & aberrabam. Medio autem meridie quum uidiſſem in cacumine quadam quercuũ conuolutionem tanquam in nemore, acceſsi, ut inde uel uiam aliquam uel domum proſpicerem: ac deprehendo & lapides aliquos temerè collectos, & coria uictimarum pendentia, & fuſtes ac baculos paſtorum quorundam donaria conſecrata, ut apparebat. Inde autem haud procul mulierem ſedentem, robuſtam & magnam, ætate ſenem, cætera quidem agreſti ueſtitu, capillos autem canicie inſignes quoſdam demittebat. Ex ea ſingula percontabar. Illa autẽ planè manſuetè & benignè, Dorica lingua utẽs, & locum dicebat, quòd Herculi eſſet ſacer: & de ſe ipſa, quòd puerum haberet paſtorem, & ipſa quoq; ſæpenumero paſceret oues, quodq; haberet ſcientiam uaticinandi à Deûm matre datam, qua uterentur omnes in uicinia paſtores & agricolæ ſuper fructuum & pecorum generatione atq; ſalute. Et tu quoniam ueniſti (inquit) non abſq; diuina fortuna in hunc locum, non ſinam te diſcedere fruſtra. & cum his prædixit, non multum tempus reliquum erroris atq; miſeriæ neq; mihi fore, neq; alijs hominibus. Hæc autẽ dicebat, non quemadmodum plurimi qui dicuntur numine afflati uiri & mulieres, anhelans & caput contorquens; & tentans acrè tueri, ſed prorſus cõtinenter & modeſtè. Incides autem (inquit) aliquando in uirum fortem, latę principem regionis, multorumq; hominum: illi ne graueris hanc ipſam dicere fabulam, tametſi quidam te ſint cõtempturi ut nugatorem & erronem. Hominum enim orationes & omnia ſophiſmata nullius precij ſunt, ad deorum conſiderationem & famam. Quicunq; enim unquam ſapientes & ueri inter homines extiterunt ſermones de dijs & uniuerſo, non ſine diuina uoluntate & fortuna in hominum animis exorti ſunt: ut cognoſcere licet per primos diuinatores, diuinosq; uiros, qualẽ in Thracia aiunt quendam fuiſſe Orphea Muſæ filium, & alium paſtorem in mõte quodam Bœotiæ ipſas etiam Muſas audiuiſſe. Quicũq; autem ſine numinum afflatu & inſpiratione, ſermones aliquos tanquã ueros à ſe ipſis reportarũt in uitam, abſurdos prauosq; ſcias. Quare audi hanc fabulam aure admodum uigilanti, attentoq; animo, ut memoriæ commendatam illi annuncies, in quem te dixi incaſurum. Eſt autem de hoc Deo, apud quem nũc ſumus. Erat hic quidem (ut omnes aiunt) Iouis filius ex Alcmena, rex autem non ſolum Argiuûm, ſed totius Græciæ. Hoc autem complures non norunt: ſed quòd peregrinatus ſit cum exercitu, ſuumq; defenderit principatum. Atque Euryſtheum aiunt tunc regnaſſe, qui erat omnium maximè induſtrius, & omnium eo loci optimus. Hæc ſanè

Hercules totius terrarum orbis rex.

fruſtra dicuntur à quibuſdam. Ille autem non ſolum rex erat Græcię, ſed ab exortu ſolis uſq; ad occaſum omnium terrarum princeps: aut omniũ utiq; hominum, apud quos Herculis templa ſunt. Erat autẽ & ſimpliciter inſtitutus, non uerſutus, neq; excellens ſophiſmatibus & aſtutijs infelicium hominum. Dicunt autem & hoc de Hercule, quòd nudus inceſſerit, leonis duntaxat exuuium habens, & clauam. Hoc autem ideo dicunt, quòd ille neq; aurum neq; argentum, neq; ueſtimenta magni æſtimarit: ſed omnia hæc duxerit eſſe nihili, niſi quatenus dari poſſent, atque donari. Multis igitur non ſolum infinitas pecunias & terram & armẽta equorum boumq;, uerùm etiam regna & ciuitates totas dono dedit. Credidit

didit enim omnia ſua eſſe, & nihil alienum: ex donatis autem acquiri ac-
cipientium beneuolentiam. Non igitur & in hoc uerum dicunt, quòd ſo-
lus circumiuerit, abſque exercitu. Neq; enim ciuitates expugnari, neq;
hominum tyranni peſſundari, & omnibus ubiq; mandata dari poſſunt,
ſine copijs. Quia autē ipſe manibus atq; animo promptus erat, corpuſq;
habebat ualidum, & plus omnibus laborabat: ideo ſolum fuiſſe dicunt,
& feciſſe omnia quæ uolebat. Sanè pater multam illi adhibuit diligentiā,
bonos illi immittens appetitus, adq; bonorum uirorum colloquia indu-
cens. Significauit autem & illi per auguria, & per holocauſta, & per om-
nem uaticinandi ſcientiam, ſingula. Poſteaquam autem uidit, quòd uel-
let imperare ſibiipſi, neq; cuperet uoluptates, neque lucra, quorum gra-
tia uulgus diuitias amat: ſed quomodo poſſet plurima, & quàm pluri-
mis benefacere, tametſi cognoſceret eius generoſam naturam: ſuſpicatus
tamen, quantum poterat, eſſe mortalem, & quòd praua inter homines eſ-
ſent exēpla deliciarum & libidinū, & multi interdum ſubuerterent inui-
tum præter ſuam & naturam & ſententiam, etiamſi rectè cuſtoditus ſit.
Hæc perpendens, Mercurium miſit, iuſsis quæ facere deberet. Is autem
perueniens Thebas, ubi iuuenis adhuc educabatur Hercules, indicauit
& quis eſſet, & à quo miſſus. & aſſumens eum, ducit uiam hominibus ne-
que tritam neque notam: donec uenit in ſummitatem montis conſpicuā,
& ualde excelſam, & in extremitatibus ualde præruptam, rectis præcipi-
tijs & profunda ualle, flumine in gyro circunfluente, multumq; ſtrepitū
& ſonum reddēte: ut qui ex imo ſuſpicerent, unum uiderent ſurſum uer-
ticem: ſed reuera erat geminus ex una radice, & multa erat inter eos diſtā-
tia. Vocabatur autem alter quidem regia arx, ſacellum Iouis regis: alter *Iouis ſacellū*
tyrannica, cognominata Typhonis. Duos autem habebant deforis ac- *Typhonis*
ceſſus utraque ad ſe. Regia quidem, tutum & latum, ut abſq; periculo & *arx.*
offenſione per eum ingredi poſsit etiam curru uectus, ſi cui datū ſit à ma-
ximo deorum. Altera autem, anguſtum, tortuoſum & uiolentum, ut plu-
rimi conantes eô accedere, diſperierint per præcipitia & flumen: ut po-
te præter iuſtitiam, opinor, euntes. Apparent quidem (ut dixi) plurimis,
ſcilicet à longè aſpicientibus, ambo uertices unus eſſe, & propè eodem
in ſolo. ſupereminet autem regius uertex tantum, ut ipſe quidem ſupra
nubes ſit in ipſo puro & ſereno aere: alter autem multo inferius, circa i-
pſum maximè nubium concurſum, tenebroſus & obſcurus. Mercurius
igitur ei illuc ducto, oſtendit regionis naturam. Quum autem Hercules,
ut iuuenis & ambitioſus, ualde cuperet inſpicere ea quæ intus eſſent: Se-
quere igitur, inquit, ut manifeſtè ſcias aliorum diuerſitatem, quæ recon-
dita ſunt ſtultis. Oſtendit igitur illi primùm ſuper maiorem uerticem,
ſedentem in ſplēdida ſede mulierem, ſpecioſam & magnam, candida ue-
ſte exornatam, ſceptrum habentem non aureum, neque argenteum, ſed
alterius naturæ puræ & multo ſplendidioris, qualem ferè Iunonem pin-
gunt. Vultus autem erat hilaris pariter & grauis; ut omnes boni quidem
confidenter aſpicerent, malorum autem nemo aſpicere poſſet: non ma-
gis quàm cui uiſus eſt infirmus, ſuſpicere poteſt ad ſolis circulum. Vide-
batur autem illius ſpecies & conſtans, & ſemper ſui ſimilis, & obtutus
nunquàm immutatus. Multam autem laudem & quietem ſine tumultu
continebat locus, erantq; omnia plena fructuum, animaliumq; lætantiū
ex omni genere. Aderat etiam illic aurum ingens accumulatum, & ferrū.
at illa nihil affecta erat erga aurum, neque delectabatur eo: ſed fructibus
magis, & animātibus. Quum igitur eam uidiſſet Hercules, pudore & ru-
bore

bore ſuffuſus eſt, honorans & uenerans, ut filius probus matrem genero ſam. & Mercurium [illegible] ontatus eſt, quę nam Deorum eſſet? Qui dixit: Ipſa tibi eſt beata [illegible] ſzia, Iouis regis gnata. Hercules autem gauiſus eſt, & confidentiam ſumpſit erga eam. Et rurſus interrogauit, quæ nam eſſent mulieres apud eam uerſantes? Quàm ſunt (inquiēs) honeſtæ & magnificæ, & uirili uultu? Hæc quidem (reſpondit) quæ nos acri & miti uultu aſpicit à dextris, ſedetq́; Iuſtitia eſt, maxima ſane, clariſsimaq́; ſplendēs pulchritudine. Circa eam autem eſt Eunomia, prorſus illi ſimilis, nec admodum inferior pulchritudine. Porrò in altera parte quæ ſedet mulier, oppidò ſpecioſa, & delicatè ueſtita, & læte ſubridens, eam uocant Pacem. Ille autem qui propè Baſileiam conſiſtit, ante ipſum ſceptrum, uir fortis & canus & magnanimus, appellatur Nomos, id eſt lex. idem etiam Logos orthos, id eſt recta ratio uocatur: à conſilijs & aſſeſſor, ſine quo nihil illis fas eſt facere, neq; cogitare. Hæc igitur audiēs Hercules, uidēsq́; delectatus eſt, & attēdit animum, ut nūquam eorum obliuiſceretur. Inde iam deſcēdentes, poſtquàm circa tyrannicū ingreſſum uenerūt, Heus tu (inquit) ueni & ſpecta etiā alteram, quam multi amant, & pro qua multa & uaria habent negotia, ſeſe mutuò interficientes, & inſidias ſtruentes miſeri, nonnunquam filij parentibus, & parentes liberis, & fratres fratribus, deſiderantes maximum malum, & beatam prædicantes poteſtatem cum dementia coniunctam. Et primùm quidem illi ea quæ circa ingreſſum erant oſtendit, ut unus quidē appareret, manifeſtus & ipſe ferè qualem prius dixi: periculoſus autem, & ad ipſum ducens pręcipitium: multæ autem erant obſcuræ occultæq́; fruſtrationes. Et in circuitu quodammodo exeſus erat locus, & diſſectus ſubter ipſam (puto) ſedem. Viæ autē & ſemitæ omnes conſperſæ ſanguine, & plenæ mortuorum. per harū autem nullam duxit eum: ſed per aliam deforis, mundiorē, tanquam (puto) ſpectatorem futurum. Poſtquam autem ingreſsi ſunt, deprehendunt Tyrannidem ſedentem excelſo data opera in loco, fingentem ſe & comentem ut quàm ſimillima eſſet Baſileiæ. Multo etiam excelſiore melioreq́; (ut putabat) utebatur throno, plurimas alias habente ſcalpturas, & diſpoſitiones auri & eboris & electri & hebeni, omnigenisq́; coloribus uariegato. In baſi autem thronus non erat tutus, nec firmiter fixus, ſed mobilis atque labaſcens. Erat autem & aliud nihil ordine decenti diſpoſitum, ſed ad gloriam omnia, & ſuperbiam, deliciasq́;. Multa quidem ſceptra erant, multæq́; thiaræ & diademata in capite. Quin & imitās illius mores, pro amicabili ſubriſione humile quiddam & doloſum tractim edebat: pro graui autem uultu, tetricum atq; ferox quiddam tuebatur. Porrò ut magnanima uideretur, haud aſpiciebat accedentes, ſed deſpiciebat, afficiebatq́; ignominia, unde omnium ſibi etiam odium conciliabat. Nullius autem prorſus habebat curam. Quietè etiam ſedere non poterat, frequēterq́; circumſpiciebat in gyro, & exiliebat ſæpenumero è throno. Aurū autem nūc turpiſsimè ſeruabat in ſinu, nūc uerò rurſum denſè abijciebat timore conſternata: deinde ſtatim diripiebat quod quis haberet tranſeuntium, etſi pauciſsimum foret. Veſtes autem uariæ erant, partim purpureę, partim puniceæ, partim quoque croceæ. Quin etiā candidæ quædam apparebant ueſtes. Stola quoq; multis in partibus erat dirupta. Variè etiam erat colorata, timens trepidansq́;, diffidens atq; excandeſcens. Et interdum quidem ob ægritudinem humilis, interdum uerò ſublimis uidebatur. Et nunc quidem ridebat uultu planè petulante, rurſus autem continuò lamentabatur. Erat autem & cœtus circa ipſam mulierū, nulla ex parte

Baſileia. *Baſileiæ ſtipatores.* *Tyrannis.*

ex partę illis ſimilium, quas dixi eſſe circa Baſileiam:ſed Crudelitas, Cō-
tumelia, & Iniquitas, & Seditio, quæ omnes corrumpebant eam, & peſsi-
mè perdebant. Pro Amicitia autem aderat Adulatio ſeruilis & illiberalis,
haudquaquam illi minus ſtruens inſidias quàm cęteræ illę, ſed maximè o-
mnium eam perdere quærens. Poſtquam autem & hæc ſufficienter ſpe-
ctauerat, percontatur illum Mercurius, utræ res ipſi magis placerent, atꝗ
utra ex mulieribus? Alteram equidem (inquit) admiror & diligo, & uide
tur mihi uera Dea eſſe, imitatione admirationeꝗ digna. Hanc autem al-
teram odioſiſsimam equidem arbitror, & ſceleſtiſsimam, ut libentiſsimè
eam præcipitem darem ex hoc ſcopulo, & diſperderē. His applauſit Mer-
curius, eaꝗ Ioui renunciauit. Et ille permiſit ei imperiū ſuper uniuerſum
hominum genus, ut idoneo & ſufficienti. Quapropter ſicubi uideret ty-
rannidem aut tyrannū, ſupplicio afficiebat, occidebatꝗ, tam apud Græ-
cos quàm apud Barbaros: ſicubi autem regnum & regem, honorabat atꝗ
cuſtodiebat. Et propter hoc terrarum & hominum ſeruator dictus eſt, nō
quòd beluas ab illis expulerit (quomodo enim multum adeò nocumenti
adferret leo, aut aper ferus?) ſed quòd immites & prauos homines ſup-
plicio affecerit, & ſuperborum tyrannorum deſtruxerit abſtuleritꝗ pote-
ſtatem. Et hucuſꝗ hoc facit, & adiutor eſt cuſtosꝗ principatus, donec re
gnum in manu tua fuerit.

Tyrannidis aſſeclæ.

DE REGNO SECVNDA.

FERTVR, quòd Alexander, quum adhuc eſſet adoleſcen-
tulus, cum Philippo patre collocutus ſit de Homero, ual-
de uiriliter, atꝗ animoſè. Sermones aūt illi propemodum
& de regno erant. Alexander enim iam tum in expeditio
nem proficiſcebatur cum patre, tametſi Philippus prohi-
beret, ſed non poterat eum retinere: quemadmodum gene
roſi catuli non ſuſtinent domi relinqui, cæteris uenatum exeuntibus, ſed
conſequuntur, nonnunquam etiam ruptis uinculis: aliquādo quidē per-
turbant alios in opere, propter iuuentutem & deſiderium uocem emitten
tes, & ante tempus feram excitantes, interdum autem proſilientes capiūt
ipſi. huiuſmodi aliquid & illi accidit in principio, ut & pugnæ in Chæro-
næa & uictoriæ dicant ipſum cauſam præſtitiſſe, quum pater cunctaretur
adire periculum. Tunc ergo à militia reuerſi, ſacrificabant Muſis in Dio
Pieriæ, & certamen Olympiorum proponebant, quod ferunt antiquum
eſſe apud eos. Interrogauit illum igitur Philippus in congreſſu: Quî fit
ô fili, quòd ita tibi uehementer ſtupori eſt Homerus? Nam illi uni ex poe-
tis incumbis. Oportebat ſiquidem neꝗ alios negligere: ſunt enim uiri ſa-
pientes. Et Alexāder reſpondit: Ideo pater, quòd non quęuis poeſis regē
decere mihi uideē, ſicut neꝗ quoduis ueſtimentum. Cætera quidem poe-
mata ego arbitror partim eſſe conuiuatoria, partim amatoria, partim autē
laudatoria athletarum & equorum qui uictoriam ſunt adepti. Alia etiam
continent lamentationes ſuper defunctis, alia autem riſus aut conuicio-
rum & ſalium facta ſunt gratia: ut ſunt poetarum comicorum, & ea quæ
Parius poeta fecit. Nonnulla forſan etiam popularia dici poſſent, conſilia
& admonitiones uulgo adeoꝗ priuatis hominibus præſcribentia: quem-
admodum ſunt (opinor) Phocylidis & Theognidis. Ex quibus quid uti-
litatis capere poſſet uir, qui nobis ſimilis ſit, cunctisꝗ præſtare uelit, atꝗ
omnibus imperare? Homeri autem poeſim ſolam uideo ingenuam eſſe,
& magnificam, & uerè regiam: cui animum aduertere decet eum uirū, qui
maximè quidē imperaturus ſit omnib. qui ubiꝗ ſunt hominibus. quod ſi

Poematum diuerſitas.

Homeri poeſis ſola uerè regia.

autem fieri non poſsit, quamplurimis, & maximè illuſtribus, uerè fu-
turus (ut ille ait) paſtor populorum. Sin minus, quomodo tamen nō ab-
ſurdum fuerit, quòd rex quidem equo nō niſi optimo uti uelit, ex poetis
autem & infimis adhærere, quaſi ocioſo illi eſſe liceat? Hoc ſcias uelim
(inquit) ô pater, me non ſolum alium poetam, ſed etiā aliud carmen quàm
Homeri heroicum audientem, dolore affici. Valde igitur illum Philip
pus admiratus eſt, propter animi magnitudinem: quoniam perſpicuum e-
rat, nihil eum friuolum aut abiectum in animo cogitare, ſed tale quod He
roum aut ſemideûm factis poſsit comparari. Attamen uolens illum ex-
Heſiodus. citare, Heſiodum autem (inquit) ô Alexāder, parui iudicas eſſe precij poe
tam? Nequaquam (inquit) at quantiuis precij: ſed non regibus, neq; im-
peratoribus fortaſſe. Quibús nā aūt tandem? Hic Alexander ſubridens:
Paſtoribus (inquit) & fabris lignarijs, & agricolis. Paſtores enim ait cha-
ros eſſe Muſis: fabros lignarios autem, admodum peritè monet, qualem
conueniat axim excidere: agricolas autem, quando aperiendum ſit doliū.
Quid igitur? (inquit Philippus) nónne hæc utilia ſunt hominibus? Non
nobis certè (inquit) ô pater, neq; Macedonibus huius, ſed ſuperioris ſecu
li, qui erant paſtores & agricolæ, & ſeruiebant Illyrijs & Triballis. Neq;
quæ circa ſemētem (inquit Philippus) atq; meſſem ab Heſiodo ita magni-
ficè dicta, tibi placent?

Pleiadum exortu gnatarum maximi Atlantis
Meſſes, arua ſed incipias proſcindere caſu.

Multo magis (dixit Alexander) mihi ea placent, quæ ſunt apud Home-
rum de agricultura. Et ubi de agricultura Homerus dixit? (quæſiuit
Philippus) an ea dicis, quæ ſunt in clypeo, imitamina arantium & meten-
tium, uindemiantiumq;? Minimè (inquit Alexāder) ſed illud lōgè magis:

Iliad. λ. *Aſt hi, ut meſſores, uerſo in contraria uultu,*
Hordea triticeamq; metunt qui ex ordine frugem,
Aruis in locupletis heri, at crebri inde manipli
Sternuntur terra: ſic Troiani atq; Pelaſgi,
Mutuò ſe aduerſis uaſtabant frontibus acri
Impete, nil memores trepidi uacuiq; timoris.

Hæc quidem ſcribens Homerus, uictus eſt ab Heſiodo: dixit Philip-
pus. An non audiuiſti epigramma in Helicone tripodi inſcriptum: HESI
ODVS MVSIS HELICONIDIS. HVNC AVTEM OBTVLIT,
QVVM HYMNO IN CHALCIDE VICISSET DIVINVM HO
MERVM. Et admodum iuſtè uictus eſt (dixit Alexander) neq; enim
regibus præſentibus certauit, ſed agricolis atq; plebeijs, immò hominib.
uoluptuoſis & mollibus. Quamobrem ultus eſt Eubœenſes in ſua poeſi
Iliad. β. Homerus. Quomodo? admirabundus interrogauit Philippus. Quia il
los ſolos inter Græcos fœdiſsimè circuntondit, ſinens eos comā retrò de-
mittere, ſicut nunc quidam pueros tenellos. Hic cum arriſiſſet Philippus,
dixit: Scis hinc ô Alexāder, non eſſe cōtriſtādos bonos poetas, nec argu-
tos hiſtoriarum ſcriptores: ut in quorum poteſtate ſit, quicquid uelint, de
nobis dicere. Non omnino (inquit) in illorum poteſtate eſt. Neq; enim
Steſichoro bene cecidit, quòd aduerſus Helenam mentitus eſt. Atqui He
ſiodus, ô pater, non uidetur mihi neq; ipſe ignoraſſe ſuas uires, quanto in
ferior eſſet Homero. Quomodo dicis? Quod quum ille de Heroibus
caneret, ipſe fecerit mulierum catalogum, & reipſa gynæceum quaſi hym
nis celebrauerit, concedens Homero uiros celebrare. Ex hoc interroga
uit Philippus: At tu, Alexander, utrum cuperes Agamemnon, an Achil-
les,

ſes, an illorum aliquis fuiſſe heroum, an Homerus? Nequaquam (inquit Alexander) ſed præcellere longè Achillem, & alios. Neq; enim te minorẽ puto Peleo, neq; Macedoniã infirmiorem Phthia, neq; Olympum minus glorioſum mõte Pelio dixerim: quin neq; uiliorem eruditionem adeptus ſum ſub Ariſtotele, quàm ille à Phœnice Amyntoris filio, homine in exiliũ pulſo, & cui cum patre non conueniret. Ad hæc, Achilles quidem ſubditus erat alijs, & mittitur cum paruis copijs, propriè ad hoc ut alteri auxilium ferret: ego autem nunquam quenquam hominum ferrem regnare ſuper me. Hic Philippus paulùm irritatus, Nunquid nõ ego (inquit) ſuper te regno, ô Alexãder? Non ſuper me certè, inquit. obedio enim tibi nõ ut regi, ſed ut patri. Ergo tu quoq; (inquit Philippus) temet dices ex dea matre progenitũ, quemadmodũ Achilles? aut Olympiadẽ cõparandã Thetidi putes? Et Alexãder ſenſim ſubridens: Mihi quidẽ ô pater (dixit) fortior uidetur, quàm omnes Nereides. Hic ridẽs Philippus, non fortior ſolũ (inquit) ô fili, uerumetiã bellicoſior. Neq; enim unquã deſinit mecũ bellũ gerere. Hæc ita hactenus illi inter ſe, ſerijs tamen admixtis, iocati erant. Rurſus autem interrogauit eum Philippus: At quum uſqueadeô, ô Alexander, Homerum admiraris, quare deſpicis eius ſapientiam? Quia (inquit) & in ludis Olympicis libentiſsimè audirem præconem, uocem magnam & claram emittentem: nec tamen ipſe uellem proclamare alios uictores, ſed multo magis proclamari. Hæc aũt dicens, manifeſtabat, quòd Homerum quidem putaret excellẽtem & diuinum reipſa præconem uirtutis: ſeſe autem & illos uiros, athletas & certatores pro bonis factis exiſtimaret. Nihil ſanè abſurdum (inquit) ô pater, etiam ſi bonus poeta eſſet, præſtante hoc natura: quandoquidem & Rhetorica opus eſt regi. Nam tu frequenter reſcribere cogeris & contradicere Demoſtheni, rhetori ualde uehementi & impoſtori, atq; alijs quoq; qui Athenis rempublicam adminiſtrant. Equidem uellem ſanè (dixit Philippus iocans) ô fili concedere Athenienſibus Amphipolim, pro Demoſthenis uehementi eloquentia. Sed quomodo Homerum ſenſiſſe putas de Rhetorica? Videtur mihi (inquit) ô pater, quòd eam admiretur. Nunquam enim Achilli doctorẽ orationum applicuiſſet Phœnicẽ. Ait enim, miſſum eſſe ipſum à patre ut fieret orator ſermonũ & factor operum. Et alios quoq; optimos & maximè regios ſcripſit ſtudioſos fuiſſe non minus circa hãc facultatẽ: ut Diomedem & Vlyſſem & Neſtorem, atq; hunc excellentiſsimum prudentia & ſermonis ſuadela fuiſſe. Ait enim in Poeſeos principio:

Rhetorica etiam Regi neceſſaria.

Dulcior à cuius lingua uox melle fluebat. *Iliad. α.*

Vt & optaret Agamemnon, ſibi decem dari tales ſenes cõſiliarios, magis quàm iuuenes, quales erãt Aiax & Achilles. Fore enim, ut citò caperet Troia. Et ſanè quàm neceſſarium eloquentiæ ſit ſtudium, manifeſtauit abundè in altero. Quum enim iam Græci propter belli prolixitatẽ, expugnationis difficultatẽ, præterea etiã (opinor) propter graſſantem morbũ, regumq; ſeditionem Agamemnonis & Achillis, deſpondiſſent animum ad expeditionem: inſuper & inter eos quidam orator ſurrexiſſet, turbaretq; cõcionẽ, multitudo ruit impetu ad naues, cõfeſtimq; illis cõſcẽſis uolebãt fugere, & nemo eos retinere poterat: neq; Agamemnon quidem habebat, quo pacto rebus conſuleret præſentibus. Hic igitur ſolus ipſe potuit eos reuocare & immutare Vlyſſes: & tandem, quum concionaretur, adiũcto Neſtore, perſuaſit ut manerent. Itaq; hoc factum manifeſtè rhetorum fuit. Poſſet autem aliquis & alia huius oſtendere exempla. Apparet autem nõ ſolum Homerum ita ſentire, ſed & Heſiodum, quòd nempe philoſophia

Eloquẽtiæ ſtudium quàm neceſſarium.

 pati-

Philoſophia & Rhetorica pariter Regi neceſſariæ.

pariter & Rhetorica uera regi conueniant. Ait enim in ijs quæ ſcripſit de Calliope:

In Theogon.

Quæ reges etiam comitatur ritè uerendos,
Maximi honorarint gratæ quemcunq; Tonantis
Regibus ex altis, & amico lumine natum
Spectarint. —

Verſus quidē facere ô pater, aut oratiōes ſolutas cōſcribere, quales tu in epiſtolis, (ex quibus te ualde aiūt magnū nomen aſſecutum,) non omnino neceſſarium regibus eſt: niſi fortè quum adhuc puelli ſunt, & ocium illis ſuppetit, quemadmodum & te ferunt Thebis laborem impendiſſe circa eloquentiæ ſtudium. Neq; philoſophiam attingere ad ſummum: ingenuè autem & ſimpliciter oſtendere ipſis factis, morum humanitatē, manſuetudinemq; & iuſticiam, inſuper & excelſum animum & fortem, & preſertim gaudentem ſi cui benefaciant, quod quidem proximè ad deorum naturam accedit. Et ſermones quidem ex philoſophia ſumptos audire libenter, ſi quando ſit opportunū: ut qui non contrarij appareāt, ſed conſonent ſuis ipſorū moribus. Oblectari aūt poeſi, atq; animū attēdere, nō quidem cuilibet, ſed optimæ atq; magnificentiſsimæ, conſulerem illi qui generoſus ſit, regiumq; habeat animum: qualem dūtaxat nouimus eſſe Homeri atq; Heſiodi, huiuſmodi ſaltem in rebus, deinde ſi quis alius quid dicit quod in rem ſit. Neq; enim Muſicam (inquit) omnem diſcere uellem, ſed cithara duntaxat aut lyra uti ad deorum hymnos cultusq;: præterea etiam puto, ad bonorum uirorum laudes. Neq; ſanè Sapphûs canere, aut Anacreontis amatoria carmina, decorum eſſet regibus. Attamen ſi quid talium, Steſichori carmina, aut Pindari, ſi iubeat neceſsitas. Forſan autem etiā ad hoc ſufficit Homerus. Atqui (inquit Philippus) quæ nam Homeri putas ad citharam cani poſſe? Et Alexander terribiliter obtuēs, ſicut leo: Equidē (inquit) ô pater, multa Homeri carmina etiam ad tubā cani haud indecens eſſe reor: at non receptui canentem, ſed exhortantem atq; inuitātem, non à muliebri choro dicta, aut à uirginibus, ſed ab armata phalange, multo magis quàm illa Tyrtæi apud Lacedæmonios. Hic laudauit eum Philippus, ut qui bene, proq; poetæ dignitate dixiſſet. Proinde (inquit ille) & huius, cuius modò mentionem fecimus, Homerus ſpecimē profert. Scripſit enim, Achillem in Achiuorum caſtris cunctantem non fracta, neque amatoria carmina canentem, tametſi eum dicat amare Briſeida: at cithara quidem uti, non hercle empticia, aut domo allata à patre, ſed ex ſpolijs erepta, quando cæpit Thebas, occiditq; Eetionem Hectoris affinem.

Muſica reges decens cuiuſmodi.

Hac (inquit) *oblectabat animum, recubāsq; uirorum*
Illuſtres laudes & fortia facta canebat.

Nempe quòd uir generoſus atq; regius nunquam obliuiſci debeat uirtutis, aut glorioſorum facinorum, ſiue bibat, ſiue canat: ſed ſemper ita degere, ut uel ipſe magnum quid atq; admirabile faciat, aut ſimilium recordetur. Hæc ille dicebat ad patrem, ſuū demonſtrās animū Et ſanè diligebat Homerum: Achillem autem non ſolum admirabatur, ſed ei inuidebat etiam ob Homeri poeſim: quemadmodum deformes pueri inuidēt formoſis, quibus interdum meliores obtingunt amatores. Agamemnonē uerò non dicebat beatum. Sperabat enim ſeſe multo pluribus imperaturū, aut certè quantis ille. Aliorum autem poetarum non adeò magnam habebat curam. Porrò Steſichori atq; Pindari recordatus eſt: & illius quidē, quòd Homeri imitator eſſe uideatur, expugnationemq; Troiæ pro Troiæ ſcripſerit dignitate: Pindari autē, & propter illius ſplendorē naturæ, & quòd

Steſichorus.

Pindarus.

quendam

quendam illius maiorum atq; cognominem laudauerit, nempe Alexan-
drum qui appellatus eſt Philellen. Nam de eo ſcripſit: O' cognominis bea
torum Dardanidarum. Et propter hoc, quum poſterius ſubuerteret The
bas, ſolam illius reliquit domum, quum iuſiſſet ei inſcribi: PINDARI
MVSICI DOMVM NE CREMETIS. Certè magnã referebat gra
tiã ijs qui ipſum nõ frigidè celebraſſent: ita nimis erat ambitioſus. Quid
autẽ, inquit Philippus, ô fili, (libenter enim audio te huiuſmodi dicẽtem)
nõ regem etiã iubes habitaculũ præparare, exornatũ auro & ebore & ele-
ctro, rebuſq; precioſis? Nequaquam (dixit) ô pater, ſed multo magis exu
uijs & armis hoſtium. quin & ipſa templa talib. ornatibus excolẽda ſunt,
quemadmodum & Hector dignum exiſtimabat, prouocans ad ſingulare
certamen optimum quemq; Achiuorum. ſi enim uictor euaſiſſet, dicebat,
ſe cadauer commilitonibus redditurum: arma autem ſpoliaturum, & ſu-
ſpenſurum in templo Apollinis longè iaculantis. Omnino enim melior
hic ornatus locis ſacris, quàm ſmaragdorum, & ſardiorum, & onychorũ,
qualiter ornatus erat Sardanapalus quum potaret. Non enim ad regem *Regum & He*
pertinent eiuſmodi ambitioſi cultus: nequaquam ad regem, ſed ſunt ſtul- *roũ ornatus.*
tæ ludicra uirginis, aut petulantis mulieris. Quare neq; Athenienſes (in-
quit) ſic admiror propter ſumptum & impenſam in ciuitatem & templa,
quantum propter maiorum ipſorum facta, à quibus habet ciuitas gladiũ
Mardanij, & Laconum ſcuta, & eorum qui olim in Pylo capti ſunt: multo
honeſtiora & meliora anathemata & cultus, quàm ſunt propylęa arcis, &
Olympion, quæ pluris quàm decem milibus talentûm conſtant. Igitur
(inquit Philippus) in hac parte Homerum laudare non poſſes. Alcinoi e- *Alcinoi re-*
nim regiam, hominis Gręci, & inſulam, exornauit non ſolũ hortis & plan *gia.*
tis & aquis, ut iucundiſsimè inhabitare queas, ſed etiam ſtatuis aureis.
Adhuc magis etiam habitaculum Menelai, atq; hoc ab expeditiõe reuer
ſi. Nunquid non Perſicum quoddam & Medicum enarrat, & propemodũ
non inferius Semiramidis aut Darij & Xerxis regum? Ait enim:

Splendor erat, ſicut Solis, Lunæq; nitentis, *Odyſ. A.*
Inclyti in Atridæ collucens ædibus altis,
Auriq;, electriq;, argentiq; ac elephanti.

Spolijs enim Troianis magis eas oportebat lucere, quàm talibus: iuxta
tuam quidem ſententiam. Et Alexander paulùm moratus: Non ego (in-
quit) Homerum relinquam indefenſum. Fortaſſe enim ſecundum Mene- *Menelai re-*
lai mores fecit etiam regiam: quem ait ſolum eſſe inter Achiuos mollem *gia.*
pugnatorem. Propemodum enim neq; aliorum hominum quicquam fru
ſtra Poeta hic dicere uidetur: ſed & ueſtitum, habitaculumq;, cibumque
quotidianum, moribus hominum aſsimilat. Propterea Phæacum regiam
exornauit nemoribus, & pomis ſuauiſsimis, fontibuſq; perennis aquæ.
Et adhuc magis habitaculum Calypſus, tanquam ſpecioſæ & perhumanę *Calypſus.*
deæ, in inſulam (ut ille ait) remotæ. nunc quidem bonis excellenter odori
bus refertam eſſe dicit inſulam, & ſuauiſsimis thymiamatis, nũc autẽ um-
broſam arboribus uirentibus. In circuitu uerò ſpeluncę uitem ſpecioſam,
ambientem omnia, uuis grauatam: in fronte autem, prata tenera mixtim
apijs & alijs herbis. In medio uerò quatuor fontes limpidæ & perſpicuæ
aquæ in omnes partes defluentis, ut in regione in nullam partem decliui,
neq; inæquali. Omnia enim hæc ſupra modum amatoria & ſuauia, morib.
(puto) deæ accommoda. Menelai autem aulam dicit eſſe pecunijs multis
& auro refertam, quemadmodum (puto) Aſianorum cuiuſpiam regum.
Etenim & hic erat non longè antè Tantali Pelopis filius. Vnde puto & Eu

 ripidem

ripidem Chorum feciſſe obſcutè ad hoc alludentem, in acceſſu regis: Me-
nelaus autem multa mollicie inſignis conſpicitur, ortus ex ſanguine Tan
Vlyßis. talidarum. Atqui Vlyſſis habitaculum nequaquam fecit his ſimile: ſed ut
cauti uiri, & ad munitionem inſtructi. Dicit enim ſic:

Odyſ. π. *Pendent ex alijs alia, & ſtudioſius aula*
Mœnibus & pinnis ſepta eſt, biforesq́; cohærent
Egregiæ portæ, ut nemo expugnauerit unquam.

Quædam autem poetæ dicta ſuſcipienda ſunt ut conſulentis & admo
nentis, quædam autem ut duntaxat recitantis, multa quoq; ut exprobran
tis & deridentis. Videtur ſanè & ea quæ ad cubile & quotidiani uictus ra
tionē attinēt, Homerus ſufficiētet & heroica uereq; regia diſciplina trade
re poſſe: & Laconica conuiuia Phiditiarum cœnarum ab illo didiciſſe Ly
curgum, & inter leges tradidiſſe Spartanis: quoniam etiam aiūt eum Ho
meri laudatorem extitiſſe, & primùm à Creta aut Ionia apportaſſe poeſim
Diomedis. in Græciam. Diomedem ſanè ualde durè reclinauit ſuper tergore bouis
agreſtis, figens in circuitu haſtas, non ornatus gratia, ſed ut paratæ ad ac-
cipiendum eſſent. Et carnibus in conuiuio paſcit heroas, & his bubulis,
Heroum roboris uidelicet, nō uoluptatis cauſa. Atq; etiā ipſum Agamemnona, re-
cibus. gem omniū, & ditiſsimum, bouē ſemper ait immolare, & ad hunc inuita-
re ſemper præſtantiſsimos. Et Aiacem poſt uictoriam amicè excipit dor-
ſo bouis. Nunquam autem eos fecit guſtare piſcem, tametſi ad mare fixis
tentorijs, & Helleſpontum, quem piſcoſum (ſicuti & eſt) paſsim appellat.
Prorſus enim rectè idipſum commemorauit Plato. Quin neq; etiam pro-
cos piſcibus accipit, tametſi uehementer libidinoſi & delicioſi eſſent, &
præſertim in Ithaca conuiuio acceptos. Quod igitur haud alia ratione
iſta percurrat, ipſe manifeſtè oſtēdit. Qualem autē oporteat cibum eſſe,
& ad quæ ordinari, ſimiliter tradit. Quem enim uult laudare *μενοίκεα δ'αῖ-*
τα dicit, qui nempe poſsit præſtare *μένος*, hoc eſt robur. Hæc autē dicit, do-
cens & admonens, quòd bonos oporteat & menſæ curam gerere, quādo-
quidē cibi uarij & precioſi non erat inexpertus: ita ut qui nunc circa hæc
ſtupent, Perſæ & Syri & Græci, Italiq; & Iones, longè abſint à ſumptibus
Veſtitus. & delicijs, quæ ſunt apud Homerum. Quid aūt (inquit Philippus) non-
ne dat ueſtitum, quantum fieri poteſt, pulcherrimum heroibus? Ita per Io
uem (ait Alexander) ſed non muliebrem, neq; uarium: ſed purpura dunta
xat ornauit Agamemnonē, & Vlyſſem una læna domo allata. Neq; enim
exiſtimat Homerus, quòd ducem oporteat apparere abiectum, aut uulgo
& priuatis eſſe ſimilem: uerùm & ſtola & armatura maiore honeſtioreq;,
alijs antecellere, non ſanè ut delicietur aut ludat. Proinde Carem illum,
auro accuratè cultum ad bellum, ualde contumelioſè inceſſijt, dicens:

Iliad. β. *Qui geſtans aurum, dura eſt ad bella profectus*
Ceu uirgo, ſtultus: nec enim illo euadere lethum
Quiuit, ſed manibus ualidi eſt occiſus Achillis
In fluuio, aſt aurum prudens accepit Achilles.

Deridet illius delicias ſimul & inſipientiam, quòd hoſtibus ferè etiam
ſuæ mortis præmia attuliſſet. Non igitur uidetur Homerus auri geſtatio
nem approbare, & præſertim in bellum, armillarum & torquium, inſuper
& aurearum phalerarum & frenorum, quibus ſummopere Perſas ſtudere
aiunt. Neq; enim habent correctorem rerum bellicarum Homerum. Ex
his aūt ſtudijs, principes fecit bonos, & multitudinem bene compoſitam.
Progrediuntur enim cum ſilentio, timentes præfectos: barbari uerò cum
magno tumultu & ordinum perturbatione, gruibus ſimiles. Quòd hoc
præci-

præcipuè ſalutare & uictorioſum ſit in periculis, ſi milites timeant præfectos: & quicunque ſuos duces non timeant, illi ocyſsimè reformidaturi ſint hoſtes. Quin etiam uincentes Achiuos per ſilentium ait caſtrametari: apud Traianos uerò, ſi quid uiſi ſunt ſuperiores, ſtatim eſſe per totam noctem tibiarũ & fiſtularũ ſonũ, hominumque clamorem: ut & hoc ſufficiens ſit uicij ſignum atque uirtutis, ſi qui moderatè felicitates, aut cõtrariũ, haud cum contumelia ferant. Mihi igitur, ô pater, ſufficiens eſt corrector Homerus: & qui huic animum aduertere conatus fuerit, fortunatiſsimus & optimus euadet rex. Ipſe enim ſubijcit manifeſtè duas rege digniſsimas uirtutes, fortitudinem, & iuſticiam, ubi inquit: *Victoria moderata.* *Fortitudo & iuſtitia, regiæ in primis uirtutes.*

Vtrunque, & bonus eſt rex, pugnatorque animoſus.

Quòd cæteræ uirtutes haſce comitentur. Neque ego regem duntaxat excellere oportere puto fortitudine atque grauitate, ſed neque alios audire tibia aut cithara ludentes, neque cantantes languida & delicioſa cantica, neque corruptorum ſermonum malas incitationes amplecti, ad uoluptatẽ indoctiſsimorum inſtitutas: cæterùm omnia talia, primùm quidẽ & præcipuè eijcere quàm longiſsimè, & ablegare ab ſuo ipſius animo: deinde à ciuitate cui præeſt, riſus intemperantes, & huiuſmodi riſus autores poetas, cum ſcommatibus, ſiue carmine ſcripſerint, ſiue oratione ſoluta. Ad hęc ſaltationes tollere libidinoſas, & formas meretricias mulierum in proteruis ſaltationibus, occẽtionesque acutas, atque illegitimas modulationes, confractasque cantiones, incõcinnis compoſitas flexuris, & multarum uocum uarietate. Vnum autem cantum & canet & amplectetur, qui ſcilicet Marti conueniat, fortem & penetrantem, non uoluptatem aut ſocordiam afferentem audientibus, ſed immenſum timorẽ atque tumultum, quali & ipſe Mars uſus eſt, *Iliad. γ.* *Cantiones.* *Iliad. υ.*

Hortans Troianos ſuprema per urbis acumen.

Et Achilles uocem duntaxat emittens, priuſquam conſpiceretur, in fugam uertit Troianos, & uiris duodecim cauſam mortis prębuit, circa ipſorum currus & arma. & qui factus eſt à Muſis in laudem uictoriæ: qualẽ que iuſsit Achilles Achiuis pæana canere, quum Hector traheretur ad naues, ipſe incipiens, *Iliad. σ.*

Nunc agite Argiui pariter pæana canentes
Ad naues redeamus, eoque trahamus & iſtum, *Iliad. χ.*
Gloria magna eſt parta, occidimus Hectora duum
Quem plebs Dardanidũm ſicut deum in urbe colebat.

Inſuper etiam puto cãtum adhortatorium (ut ſunt Laconũ Embateria) ualde congruentem reipublicæ Lycurgi, illiusque ſtudijs:

Nunc agite ô iuuenes, ciues animoſa creantis
Corda uirûm Spartæ, clypeos opponite læua,
Fortiter ac torquete haſtas & ſpicula dextra,
Nemo ſuæ parcat uitæ: nam dedecet iſtud
Præclaram patriam —

Tripudium autem & choros ſecundum proportionem his conſentientes, non uacillantes, neque intemperantes, ſed quantum fieri poteſt, fortes & modeſtos, cum oportebit inducere in conſtituta modulatione: nempe ſaltationem armatam, quæ ſimul & dijs primitias ſoluat, & meditatio ſit rerum bellicarum, cuius non imperitum poeta dicit Merionem eſſe. ſcripſit enim Troianorum quendam dicere, *Saltationes.* *Iliad. π.*

Merione, citò te, quamuis ſaltare peritum,
Haſta mea à pugna fixum ſedaſſet, utrinque

Si non

Si non erraſſem. —

An tu putas eum dicere, aliam nouiſſe Moli filium, commemoratũq; inter Achiuûm fortiſsimos, ſaltationem, quàm illam armatam, quæ dicit Curetica, quæq; erat uernacula Cretenſibus? Illam inquam celerem & leuem motionem, ad facilè dijudicandum & uitandum telum? His concomitatur, quòd regem neq; eodem quo alios modo deos precari deceat, neq; deos inuocare ſic precãtem, quemadmodum Ionum poeta Anacreõ:

Preces ac uota.

O' rex, cui domitor cunctorum, acriſq; Cupido,
Nigroculi & Nymphæ ſemper, rubicundaq; Cypris
Colludunt, montiſq; cacumina celſa peragrant,
Iucundi tecum comites, te quæſo benignus
Adſis iam nobis, atq; audi uota preceſq;,
Conſiliumq; dato Cleobulo mite bonumq;,
Atq; meum effice ut is non aſpernetur amorem.

Neq; hercle temulenta Atticorum cantica, laudatoriæq; optiones, reges decent: ſed plebeios potius, tribuleſq; bonos, atq; uehemẽter molles.

Iambici.

Pulchra lyra fierem utinam, ô Dei, ac eburnea,
Ferrentq; formoſi puelli me in chorum
Bacchi. utinam & aurum plurimum, & coctum & bonum,
Fierem, & puella pulchra me ferret ſibi.

Multo magis autem (ut Homerus ſcripſit) decet ita optare omnium Græcorum regem:

Iliad. β.

Iupiter inclyte, maxime, qui cœleſtia nigra
Nube tegis, puroq; locas tibi in æthere ſedem,
Præſta, ne ſol antè cadat, ueniantq; tenebræ,
Quàm Priami flammis altum deiecero tectum,
Hoſtileſq; igni crepitanti incendero portas,
Hectoris & tunicam circa corrupero pectus
Ferro, circa ipſum ſociorum & millia multa
Mordicùs apprendant proſtrati in puluere terram.

Multa autem & alia quis dicere poſset, quæ apud Homerum ſunt rudimenta, documentaq; uirilia & regia, quæ nunc fortaſſe longius fuerit oratione proſequi: præterquam quòd ſuam ſententiam omnem clarè demonſtret, putetq; regem omnium optimum eſſe oportere. Hoc aũt præcipuè in Agamemnone, quãdo primum ordinat exercitum, alioſq; ductores omnes enumerat, & nauium multitudinem. Illic enim, nullum prorſus de bonitate certamen cum eo ulli Heroum reliquit: ſed quantum taurus præcellit armentum robore & magnitudine, tãtum præcellere ait regem, ita dicens:

Iliad. β.

Taurus ut armentis præſtat longè omnibus unus
Ille, boues alios qui inter præcellit agreſtes:
Illa talem Agamemnona fecit luce uideri
Iuppiter, heroaſq; inter præcellere multos.

Hoc autem non ſimpliciter mihi dixiſſe uidetur, fortitudinem eius dũtaxat laudare & demonſtrare uolens (nam ſic & leoni comparans, bene eum uideretur aſsimilaſſe) uerùm & naturæ manſuetudinem oſtendens, proq; ſubiectis prouidentiam. Taurus enim non ſolum ex generoſis animantibus eſt, neq; ſui ipſius cauſa fortitudine utitur, quemadmodum leo & aper & aquilæ, perſequentes cætera animalia, ſuiq; deuincẽtes cibi gratia: quare potius quis tyrannidis eos dicat quàm regni exemplum eſſe. Taurus autem manifeſtè & in alijs (ut mihi uidetur) ad regni regiſq; imaginem

Taurus regis typus, melior quàm leo.

ginem factus eſt. Cibus enim ei paratus & facilis, in ſilentio paſcit, ut nul
lum neceſſe ſit ui opprimere, aut circūuenire illius cauſa: ſed quemadmo-
dum beatis regibus, abſꝗ defectu atꝗ copioſè ſemper ſuppetūt quæ ſunt
neceſſaria. Regnat autem & principatum gerit inter ſui generis animan-
tia, cum beneuolētia (ut aliquis dicere poſſet) & ſollicitudine: cùm quòd
præcedat ad paſcua, tum quòd beſtia apparente non fugiat, ſed pro toto ar
mento propugnet, & infirmis auxilio ſit, & prouideat quo pacto multitu
dinem à ſæuis & feris beſtijs conſeruet: quemadmodum & principem fa-
cere decet, & eum qui reuera rex ſit, & non indignus maximo inter homi
nes honore. Interdum quidem alio armento conſpecto, certamē init cum
illius ductore, uictoriæ cauſa, ut & ipſe melior appareat, meliusꝗ eſſe ipſi-
us armentum. Atqui in hominum poteſtate ſitum eſt, ne bella gerant.
Cæterùm quum inter inſipientia animalia homo & optimus, principatui-
que aptiſsimus à natura factus ſit, admittat tamen melioris imperium, &
robori quidem & furori atꝗ ui nullius ſuccūbat, rationi uerò & prudētiæ
uoluntariè ſe ſubijciat: quomodo nō & hoc quis cenſeat pro diſciplina eſ
ſe, regaliꝗ decreto modeſtis regib. quòd oporteat hominib. ſimilib. gene
re eum imperare qui optimus eſſe uideatur, iuſteꝗ eum & ſecundū natu-
ram habere imperiū, & multitudinē quidē ſubditorū ſeruare cōſilijs pro-
ſpiciētem, & bellum gerentem quū opus ſit, cuſtodientemꝗ à feris & ini
quis tyrannis? Aduerſus alios autem reges, quicunꝗ ſint, certamen ſuſci
pere oporteat eum de uirtute, & quærere (ſi fieri poſsit) ut omnes ubicun
que ſint homines, ſibi utilitatis publicæ gratia ſubijciat? Deos autem me-
liores ſequi, ſicuti boues (puto) paſtores, & præſtantiorem atꝗ beatiſsimā
naturā honore afficere, ſuos dominos & principes illos exiſtimantem: &
in maximi & primi regis Dei declarantem eſſe poſſeſsione, primum qui-
dem ſemetipſum ut precioſiſsimum, deinde alios quoꝗ ſub ſe cōſtitutos?
Siquidem, quemadmodum modeſti paſtores faciunt, quando taurus ſæ-
uus & ferus factus, imperat petulanter & præter naturam, ſuum quidem
ipſius deſpiciens armentum, & damno afficiens, exterosꝗ inſidiantes re
formidans, protrudens ad pericula imbellem multitudinem, & quum ni-
hil difficultatis adſit, iniuria afficiens, & audaciam oſtentans nūc quidem
acutè & minaciter mugiendo, nunc aūt infeſtis cornibus feriendo non re
ſiſtentem, & oſtendens robur aduerſus inferiores & nō repugnantes, boū
autem multitudinem non ſinens paſcere quietè propter terrorem & timo
rem: tum domini & paſtores talem remouent & occidunt, ut qui idoneus
non ſit, neꝗ commodus, ut imperet armento. Qui autem mitis eſt erga ſe
quentes boues, animoſus autem & imperterritus aduerſus feras, grauisꝗ
& magnificus, quiꝗ poteſt tueri & præcedere armentum, & paſtoribus
cedit obeditꝗ: eum ſinunt præeſſe uſꝗ ad nouiſsimam ſenectutem, etiam-
ſi iam grauior corpore factus ſit. Similiter etiam dij, & ille magnus rex re
gum, utpote communis curator & pater hominum atꝗ deorum Iupiter,
ſi quis hominum factus fuerit uiolentus, iniuſtusꝗ & iniquus princeps,
fortitudinem oſtendens non hoſtibus, ſed ſubditis & amicis, inexplebilis
uoluptatum, & inexplebilis pecuniarum, uelox ad ſuſpicandum, ad iram
prouocatus implacabilis, acutior ipſa calumnia, imperſuaſibilis ſermoni-
bus, aſtutus, inſidiator, abiectus, contumax, malos in altum tollens, melio
ribus inuidens, non intelligēs eruditionem, neminem exiſtimans amicū,
neꝗ habēs, ut rem ipſo inferiorem: illum procul abijcit, remouetꝗ, ut qui
ſit indignus ut regnet, & particeps ſit ſui honoris cognominisꝗ: remouet-
que cum dedecore & uituperio. quemadmodū puto Phalarin, atꝗ Apollo

Tyrannidis non tolerādæ typus: & contrà.

dorum,

ſmperator, prudentia quidem ſufficiens eſt, ut & imprudentibus proſit: cõ-
ſultat enim ſimiliter pro omnibus. modeſtia autem petulãtiores modeſtos
reddit: inſpicit enim ſimiliter omnia. iuſticia uerò & iniuſtis ſeſe commu-
nicat: fortitudo etiam minus animoſos, non ſeruare modò, uerùm & auda-
ciores reddere poteſt. Nemo enim ita nimis timidus eſt, ut non confidat
eum ſequens, qui cum uictoriam adepturus eſt: neq; uſqueadeò remiſſus,
ut ſegnis ſit, eum uidens imperantem, cui ſoli imperium diſtribuit Deus:
neq; rurſus ita uehementer impudens, ut cum præſtò ſit illi, cui laborare
neceſſe eſt, non uelit illi collaborare. Videtur autem mihi & Homerus id-
ipſum dicere. Quum enim feciſſet mentionem boni regis, poſt omnia
dixit:

Ornaturq; omni populus uirtute ſub ipſo.

Talis enim rex, alijs quidem exiſtimat uirtutem eſſe honeſtam poſſeſsi-
onem, ſibi ipſi autem neceſſariam. Cui enim maiore opus eſt prudentia,
quàm qui rebus de maximis cõſultat: & cui exactiore iuſticia, quàm ei qui
maior eſt legibus? Cui ualidiore fortitudine, quàm ei ſub quo omnia ſer-
uantur? Cui modeſtia contentiore, quàm ei cui omnia licent? Quem au-
tem magis delectant uirtutis facta, quàm eum qui omnes homines ſui ipſi-
us animi ſpectatores & teſtes habet, ut quicquid faciat latêre non poſsit,
non magis quàm ſol ingredi per tenebras: omnia enim cætera illuſtrans,
primùm ſemetipſum oſtendit. Et hæc dico, non neſcius quòd ea quæ di-
cta ſunt, plus temporis ad dicendnm poſtulent: ſed non eſt periculum, ut
aliquid ego aſſentatione loqui uidear. Neq; enim modicum, neq; per mo-
dicum tempus ſpecimen meæ præbui libertatis. Et ſi ego antea quidem,
quando omnibus uidebatur neceſſarium mentiri propter timorem, ſolus
auſus fui ueritatem dicere, præſertim quum de uita periclitarer: nunc au-
tem, quando omnibus licet uera dicere, mentior, quum nullum inſtet peri-
culum: næ ego planè ignarus ſim opportunitatis uel ad loquendi liberta-
tem, uel ad aſſentationem? Et omnes quidem, qui aliquid ſponte faciunt,
aut pecuniarum faciunt gratia, aut gloriæ, aut propter aliam aliquam uo-
luptatem, aut porrò (opinor) propter uirtutem, honorantes nempe ipſas
honeſtas actiones. Ego uerò pecunias quidem à nemine concupiui acci-
pere, quũ multi dare uoluiſſent: mea autem propria, quæ modica ſunt, nõ
ſolum communicaui alijs, ſed & abijcere uideor perſæpe. Quam autem ue-
natus ſum uoluptatem, quando etiam ipſi adulatores, quiq; palàm hanc a-
dulandi artem factitant, confiteant, omnium iucundiſsimum eſſe aſſenta-
ri? Quomodo enim iucundum ſit, alium iniuſtè laudare, qui forſan mallet
eum iuſtè uituperare? Et ſanè neq; probabilis neq; honeſta eſſe uidetur
aſſentatio, ut uel precij uel uirtutis cauſa illi ſtudeas. Omniũ enim (ut ſum-
matim dicam) uiciorum turpiſsimum inuenias adulationem. Primùm e-
tenim, id quod honeſtiſsimum iuſtiſsimumq; in uita eſt, corrumpit, nem-
pe laudem, ut iam haud amplius uideatur credibilis, neq; uera: aut (quod
omnium peſsimum eſt) uirtutis præmia uicio attribuit. Itaque multo pe-
ius faciunt, quàm qui corrumpunt monetam, qui uirtutem fide carere fa-
ciunt. Deinde autem opinor prauus interdum fatuus dicitur, & eſt reue-
ra. Inſipientia autem omnes uincit adulator. Solus enim ex his qui uerita-
tem corrumpunt, apud eos audet mentiri, qui maximè nouerunt eum mẽ-
tiri. Quis enim ita rerum inexpertus eſt ſuarum, aut quis ita ſtolidus, qui
neſciat, utrum magis labores quàm ſocordiam amet: atq; utrum maiore af-
ficiatur uoluptate, eo quòd plus poſsideat, quàm quòd iuſta faciat: & utrũ
ſuccumbat uoluptatibus, an ſit honeſtarum amans actionum? Proinde

Virtus regi non tantũ honeſta, ſed & neceſſaria poſſeßio.

Aſſentari moleſtum, & improbum.

quo ſe maximè gratificari putat ijs quos laudat (ut mihi quidem uidetur) eo maximè fruſtratur. Contrarium eſt enim odio laborare, quàm non gratificari ei, qui non planè ſit leuis. Deinde, qui pauperem laudat ut diuitem, ipſe quidem mentitur, laudato autem paupertatem exprobrat. Rurſus qui turpiſsimum laudat ut honeſtum, quid facit aliud, quàm eum turpitudine aſpergit? Aut qui mutilum dicit integrum eſſe, quomodo gratum faceret illi, ſuum in memoriam reducẽs infortunium? Rurſus autem, qui fatuum ut prudentem prædicat, is forſan eſſe poſsit fide digniſsimus, propter audientis dementiã: atq; hoc maius dat damnũ. Perſuadet enim, ut ſuum ipſius conſilium ſequatur, nihilq; permittat prudentibus. Nam qui timidũ ut fortem admiratur, is iuſtiſsimè eius fruitur dementia cui adulatur. Ocyſsimè enim (opinor) perierit illi obtemperans, pariterq; fortitudinis factis admouens manus. Summa, adulator deprehenſus non damnatur ſolum, ſed & odio habetur. putatur enim deriſus gratia dicere. Faciens autem fidem quòd uera dicat, non magnam tamẽ adipiſcitur gratiam. Quid enim gratificari uideatur, quod uera dicat? Quin etiam multo prauior eſt quàm mentientes teſtes. Hi enim non corrumpunt iudicem, ſed tantũ decipiunt: qui autem adulatur, ſimul cum laude & iudicem. Porrò ne ego quoq; adulationis reus agar à calumniatoribus, neq; tu in oculos uelis laudari, ſermonem faciam de bono rege, qualem nempe eſſe oporteat: & quod ſit diſcrimen inter eum qui ſe fingit principem eſſe, longiſsimè autẽ abeſt à principatu & regno. Si quis aũt dixerit, me eoſdẽ facere ſermones: hoc mihi cum Socrate cõmune crimen fuerit. Aiunt enim, aliquando Hippiã Elæũ per multũ tẽpus audiuiſſe Socratẽ de iuſticia & uirtute dicentẽ, & pro ſimilitudine adducẽtẽ (ut ſolebat) nautas & medicos & ſutores, & lutifigulos, eumq; ut ſophiſtã dixiſſe. Rurſus'ne tu hęc ô Socrates? Ille quũ arriſiſſet, dixit: Et quidẽ de eiſdem. Nam tu quidẽ, ut par eſt, ob ſapientiã nunquam eadem dicis de eiſdem: nobis autem hoc unum uidetur honeſtiſsimum eſſe. Quippe eos qui mentiunt, ſcio multa & diſsimilia dicere: ijs autem qui ueritatem dicere uolunt, non eſt poſsibile ut alia quàm uera dicant. Ego ſanè ſi quidem uidiſſem argumentũ aliud grauius, tibiq; conuenientius, illud utiq; tractare inſtituiſſem: nunc autem neq; medicum alios quoſdam audire aut dicere ſermones rectè poſſe puto, quàm qui ſunt de corporis ſanitate & morbo? Hi enim ſani appellantur. neq; nauis gubernatorem alios, quàm eos qui ſunt de tempeſtatibus & uentis & ſideribus. Hi enim nautici iure dicunt. neq; principes & regem alios, quàm de principatu atq; hominum gubernatione. Quid autẽ de his cenſuerit Socrates, dicere conabor. Poſt reſponſum enim ſuper felicitate, percontatus eſt ille Socratem, quæſtionem talem mouens: O Socrates (inquit) hoc tu quidem magis quàm cæteri noſti, quod omnium qui ſub ſole uiuunt hominum, ille longè potentiſsimus ſit, neq; minorem ferè quàm dij habeat potentiam: ita ut illi in manu ſit, quæ impoſsibilia ſunt, facere poſsibilia. Poſſet enim, ſi uellet, facere, ut mare pedibus trãſiretur, & montes nauib. flumina autem deficerent & ſiccarẽtur ab hominibus bibentibus. An nõ audiuiſti, quòd Xerxes Perſarum rex ex terra fecerit mare, diſpartiẽs maximum montium, & ſeparans à continente Athon: per mare autem pedeſtres ducens copias, curru inuectus ſit, quemadmodum (opinor) Neptunũ uehi inquit Homerus, & fortaſſe ſimiliter & delphines & cete ex imo ſubierunt ratem, quando ille uectus eſt? Et Socrates, Ne hoc quidem tibi poſſum dicere, an quum hoc fecerit, plurimùm potuerit, quemadmodum tu dicis, an minimum, an omnino nihil. Conſidera autem hoc inde. Si quidem

Adulator deprehenſus odioſus.

Regia potẽtia

quidem fuit moderatus, & fortis & iuſtus, & cum conſilio fecit quæcūq;
fecit, ualidam eum puto & maximam habuiſſe reuera potentiam. Si n ue- *Poteſtas impotens ac imbecillis incommoda*
rò timidus, & fatuus, & laſciuus, & iniquus fuit, & contumeliæ cauſa iſta
conatus eſt, ecōtrariò mihi uideť imbecillior fuiſſe, quàm ſunt ualde pau
peres, qui nullā terrę glebā poſsident, quam ob uictū ligone cōterant: ne-
dum ut maximos mōtes frangāt, quemadmodū tu dicis. Qui enim nequit
cōtinere irā, quæ nōnunquā propter minima oboriť, neq; poteſt abſtinere
à turpiſsimis cupiditatibus, neq; poteſt repellere animi ęgritudinē, quū in
terdum nihil triſte acciderit: neq; poteſt ſuſtinere labores, ne eos quidem
qui uoluptatis cauſa incidunt: neq; poteſt animi abigere timorem, qui in
rebus difficilibus nihil prodeſt, ſed obeſt maximè: quomodo hic non ual
de ſit imbecillis, qui uincitur & à mulieribus, & ab eunuchis? An tu illum
fortem eſſe putas, qui infirmior ſit ſomno, re omnium molliſsima: à quo cō
ſtrictus ſæpenumero abſq; uinculis, non alteri modo, ſed neq; ſibijpſi au-
xilio eſſe poteſt, neq; adiutorem uocare ullum ex his qui uellent auxilia-
ri? Hæc quū ille audiuiſſet, dixit: Illud certè noſti, Socrates, quòd regnet
ſuper maximam & optimam totius orbis partem. Præter Græciam enim,
& Italiam, & paucas alias gentes in Europa, uniuerſas alias ſibi ſubiecit.
Et toti quidem Aſiæ imperat uſq; ad Indos. Ferunt autem multi, etiam in
Libya, illi complures obedire. In Europa autem, Thraciam & Macedoniā
ſibi ſubiecit, unde & rex magnus ſolus ille nominatur. Et Socrates dixit: *Rex Magnus.*
Sed neq; hoc ipſum ſcis prorſus, an ille rex ſit ullius ciuitatis, aut uici. Tu
ergo (inquit) ſolus non audiſti de hoc, quod omnes norunt? Audio (in-
quit) multos eadem, quæ tu, dicere, & Græcos & Barbaros: quod autem
me noſcere non ſinit, quod dico tale eſt. Haud ſcio (ô bone) an legitimè &
iuſtè his omnibus præſit, taliſq; ſit qualem ſæpe prædicaſti. Nam ſi eſt be- *Potentia maximus & uerè rex quis.*
nignus, & humanus, & legitimus, curamq; gerit ſalutis & utilitatis ſubie
ctorū, ipſeq; primus & felix & prudēs eſt, quemadmodū dixi, & alijs com
municat ſuā felicitatē, neq; ſeparat ſuam ipſius & ſubiectorum utilitatem,
ſed tunc maximè gaudet, exiſtimatq; ſe optimè uiuere, quādo uideat bene
uiuere ſubiectos: potēria maximusq; eſt, & rex uerè. Sin aūt eſt amās uolu *Tyrannus.*
ptatum atq; pecuniarū, & cōtumelioſus & iniquus, ſemetipſum putans ſo
lū augeri debere, ut quàm plurimas poſsideat pecunias, maximisq; & plu
rimis fruať uoluptatibus, & ſocorditer uiuat, & abſq; laboribus: ſubiectos
aūt uniuerſos pro ſeruis habeat, & miniſtris ſuarū deliciarū, neq; paſtoris
humani morib. eſt præditus, tegumenta & paſcua prouidens ſuis ſubditis
inſuper, & feras repellēs, cōtraq; fures cautionē adhibens: ſed ipſe primus
diripit perditq;, & alijs idem permittit, quemadmodum hoſtilem prędam:
nunquam equidem talem dixerim principem, aut imperatorem, aut regē,
ſed multo magis tytannum & latronem: quo nomine compellauit Apollo
Sicyonium tyrannum, tametſi multas haberet tiaras, multaq; ſceptra illi o-
bedirent. Huiuſmodi Socrates conſueuerat dicere, adhortās ſemper ad
uirtutem, & meliores reddens & principes & plebeios. Similia aūt dixe-
runt de principatu & rego, & qui poſt eum uixerunt, ſapientiſsimas uide-
licet (quantum fieri potuit) ſententias ſecuti. Principiò autem rerū dif-
ferentiam ipſa nomina manifeſtant. Dicitur enim Principatus, legitima *Principatus.*
hominum gubernatio, & prouidentia hominum ſecundum legem. Re- *Regnum.*
gnum autem principatus immunis à reddenda ratione. Lex uerò regium *Lex.*
decretum. Tyrannus autem & tyrannis, contrarium his uiolentum quid- *Tyrannus.*
dam ſunt, & illegitimus hominū uſus, eius qui ſibi uidetur uirib. præuale-
re. Sic autem & nos cogitamus & dicimus de diuino, & dijs charo & prę

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Rerump. ſpecies. potente rege. Tres enim exiſtimantur ſpecies Rerumpublicarum manifeſtiſsimę, quæ factæ ſunt iuxta legem & ius, aſsiſtente bono Genio, & ſimili Fortuna. Vna quidem & prima, & quæ maximè contingere poteſt, ea eſt, qua de nunc dicimus, quando ſcilicet uiri unius boni conſilio & uirtute, ciuitas, aut plurimæ gentes, aut uniuerſi homines reguntur. *Monarchia.* Altera aūt *Ariſtocratia.* Ariſtocratia dicitur, in qua non unus, neq; multi aliqui, ſed pauci aliqui optimi præſunt: multū iam à priore diſtans, quod ad potentiam utilitatemq; attinet. Hoc mihi uidetur & Homerus cogitaſſe, quum diceret,

Haud eſt multorum bona res dominatio, uerùm
Vnus ſit dominus, rexq́; omnibus imperet unus,
Cui ſceptrum legesq́; dedit Saturnius ipſe.

Tertia autem, omnium infirmiſsima propemodum eſt & moderatione & uirtute, quæ populo intendit inuenire tandem conditionem æquam *Democratia.* atq; uiuendi legem, ea appellatur Democratia. Plauſibile nomen, & mite, ſiquidem fieri poſſet. Tribus autem his, ſicut dictum eſt, rerum publicarum ſpeciebus tres exiſtunt contrariæ, & iniquæ corruptiones. Et prima *Tyrannis.* quidem, & optima atq; potentiſsima, Tyrannis eſt, in qua unius peſsimi *Oligarchia.* iniuria & uiolentia, alij pereunt. Altera poſt hanc dicitur Oligarchia, dura & iniqua, quę è diuitum quorundam & prauorum paucorum cupiditate, aduerſus plebeios & inopes conſpiratio eſt. Reliqua autem deinceps, uarius eſt & omnigenus multitudinis impetus, nihil ſcientis ſimpliciter, ſed tumultuantis ſemper, atq; ferocientis immodeſtorum opera oratorū, ut fluctus ferus & difficilis à uentis duris huc illuc impulſus. Harum quidem alibi ſermo noſter recitauit multas paſsiones, & poſſem nunc quoq; earum cuiuſq; calamitates ex ſuperioribus temporib. oſtendere: ſed de felici diuinoq; ſtatu, qui modò obtinuit, quędam ſunt commemoranda diligē*Principatus naturalis exēpla.* tius. Multæ ſunt ſanè imagines perſpicuæ, & exempla minimè obſcura huiuſce principatus, quæ natura in armentis & apum examinibus notanda præſtituit, quòd naturaliter melior imperare inferioribus debeat, eorumq; curam gerere. Neq; quicquam illuſtrius aut pulchrius fieri poteſt, quàm uniuerſitatis eſt imperium, quod ſub primo atq; optimo Deo Ioue *REGIS officia.* conſtituitur. Qui igitur tantus eſt rex, primùm quidem pius eſt erga deos, utpote adeptus à dijs maximum honorem & fidem. Et primùm ſanè ac maximè ueneratur diuinam naturam, non confitens ſolum, ſed etiam perſuaſus, quòd dij ſint, ut iam & ipſe ſuos habeat pro dignitate principes. Putat autem alijs hominibus utilem eſſe ſuam prouidentiam: haud ſecus, quàm ſibi deorum principatum. Et ſanè illi hoc certum eſt, quòd nunquā dona ſit accepturus à malis hominibus: quia neq; deos donarijs & uictimis iniquorum hominum gaudere arbitratur, à ſolis uerò iuſtis oblata admittere. Quamobrem colit eos liberaliter & his: at uerò nunquam ceſſat eos honorare honeſtis factis, & iuſtis actionibus. Vnumquenq; deorum placat, poſt ſummi Dei potentiam. Arbitratur autem uirtutem eſſe pietatem, uicium uerò impietatem. Eſſe enim impios & ſceleſtos, nō ſolum qui *Impij & ſceleſti qui.* templa ſpoliant, aut conuicijs deos inceſſunt: ſed multo magis qui timidi ſunt, & iniqui atq; intemperantes, fatuiq;, & breuiter quicunq; contrariū quid faciunt & potentiæ & uoluntati deorum. Non ſolum autem cenſet *Dæmones.* eſſe deos, ſed etiam dæmonas, & bonos heroas, nempe bonorum uirorum *Heroes.* animas, ex mortali natura mutatas. Hoc autem dogma ſi ſirmiter tenet, nō modicè gratificatur etiam ſibiipſi. Curam autem pro hominibus non rem *Proprium Regis munus.* perfunctoriam, neq; negocium intolerabile exiſtimat, grauatus, puto, curas ſuſcipere: ſed ſuum proprium opus & artem. Et quando aliud quid facit,

cit,non ſe remſeriam,neq; ſiram facere. Quando uerò hominibus prodeſt,
tunc exiſtimat ſe ſuum officium perficere,utpote à maximo Deo ordina-
tus ad hoc opus,cui fas non eſt ulla in re non obedire,neq; ob ullam con-
triſtari,eam nimirum ad ſe pertinere exiſtimans. Nullus enim adeò eſt “
mollis & uoluptuoſus,qui non delectetur ſua propria actione,etiamſi ſit “
laborioſa. Vt minimè quidem nauclerus contriſtatur laboribus in mari,
minimè etiam agricola operibus circa agriculturam:minimè quoq; uena
tor,quem oportet uenatione laborare:tametſi uehementer laborioſa ſit a-
gricultura,ualde etiam uenatio. Non igitur reſpuit laborare,& moleſti-
as ferre aliorũ gratia:neq; in hac parte peius ſe uiuere exiſtimat, ſi ipſum
plurimos ſuſcipere oporteat labores, multáque ſuſtinere negocia. Videt
enim & ſolem nullo deorum minorem non contriſtari,quòd hominum ſa
lutis & uictus gratia,perpetuò tranſigat quæcunq; agit. Fortitudinẽ qui- *Regi neceſſa-*
dem & cõtinentiam & prudentiam, neceſſarias exiſtimat,etiam ijs qui iu *riæ uirtutes*
ſticiam non curant, tyrannidemq; affectant. Nam niſi hoc ſtudeant, tales *quæ potiſſimũ.*
quàm ocyſsimè perduntur. Quare tyrannus magis etiam his dat operam,
quando ſe maximè uidet his indigere. Quanto plures enim habet oſores,
pluresq; inſidiatores, & neminem fidum,& qui ipſius curam gerat:tanto
magis,(ſi modò tempus aliquod ſeruari uult) uigilãdum ſibi & curis inſi-
ſtendum eſſe uidet:& ſi ſe uelit ulciſci,ne deficiat rebus bellicis: & paſſus
inſidias,ne ignoret inſidiatores:& abſtinendum eſſe à uoluptatibus & uẽ
tre & ſomno,rebusq; uenereis minimè attendendũ:quanto magis aũt his
opus eſt ei qui diligitur ab omnibus,& neminẽ habet inſidiatorẽ? Nam li
cet eaſdẽ curas habere,aut plures,multoq; maiora negocia oporteat,ſimi-
liter autẽ abijcere uoluptates,ſimiliterq; pericula ſuſtinere: quanto tamẽ
quæſo melius cum iuſticia & uirtute, quàm cum prauitate & iniuſticia,
his omnibus ſtudere? Et cum laude potius uideri uelle talis,quàm cum ui
tuperio? Et diligi pariter ab hominibus atq; à dijs,quam econtrà odio ha
beri? Et præſens quidem tempus homini breue quiddam eſt,& nulla cer
ta ratione conſtans:comprendit autem uitæ plurimum memoria priorum,
& ſpes futurorum. Vtrius igitur uiri magis putamus animum lætari, &
utrius cõtriſtari,& utrius ſpes cõfidenter agere,& utrius cõſternari? Pro- *Regis boni ui-*
inde & ſuauiorem eſſe neceſſe eſt uitam boni regis. Cernis enim ubiq; ita *ta ſuauior,*
Deum ordinaſſe,ut id quod melius eſt,imperet & prouideat inferiori: ut *quàm contrà.*
ars ei quod eſt ſine arte, infirmitati uirtus,fatuoq; fecit prouidere & conſi *Melius ut dete*
lijs adeſſe id quod prudentia præditum eſt. In omnibus autem hiſce curis *riori ſemper*
principatus nequaquam ſegnis eſt,neq; moleſtia grauatus, neq; plus ad- *præſit, diuini-*
hæret remiſsioni & ocio,ſed curis & laboribus. Id quod inde colligere li *tus inſtitutum.*
cet. Nam in naui licet uectoribus abſq; cura agere,& ne aſpicere quidẽ ma *A re nautica.*
re,quinetiam neq; ſcire (quod aiunt) ubi nam terrarum ſint:& multi hoc
modo nauigant in ſerenitatibus,& hi quidem talis ludunt, illi aũt canunt,
alij conuiuantur tota die: quando autẽ eos apprehenderit tempeſtas, in-
uoluti expectant euentum. Nonnulli autem & ſomno oppreſsi, non antè
ſurrexerunt quàm iam eſſent in portu. Nauclero autem neceſſe eſt aſpice-
re in mare,neceſſe ſuſpicere ad cœlum,neceſſe proſpicere ad terram:quin
& ea quæ ſunt in profundo,non licet ei ignorare,niſi uelit in ſaxa incidere
ſub aquis latentia,aut arenarum congeries. Illi ſoli noctu quidem minus li
cet obdormire,quàm natãtibus:interdiu autũ,ſicubi breuem aliquem ſom
num ſuffuratur, hunc tamen ſuſpenſum habet, & dubium, ut ſæpe excla-
met,aut uelum contrahi,aut clauum ſiſti,aut aliud aliquid rerum nautica-
rum:ut dormiens ille magis gerat nauis curam,quàm alij ualde uigilantes.
Atque

A' militia. Atq; etiam in expeditionibus, unuſquiſq; militum ſui duntaxat curã gerit, armaq; & eſcam non hîc acquirere, ſed parata habere cupit. Vnius autem curam gerit ſanitatis ſuæ, uniusq; ſalutis. Ducis autem munus eſt, curare ut omnes bene ſint armati, omnesq; ſatis habeant tegumenti: nec ſolum ut hominum uentres impleantur, ſed etiam ut equorum. Quòd ſi autem non omnes habeant neceſſaria, magis contriſtatur, quàm ſi ipſe ægrotet, atq; illorum ſalutem non minoris æſtimat quàm ſuam ipſius. ſiquidem uictoria acquiri nequit, niſi milites ſint ſalui: pro uictoria autem bonorũ

Ab anima & corpore. multi mortẽ etiã oppetere ligũt. Rurſus idipſum & in reb. ſingulis uniuſcuiuſq; noſtrûm intelligi poteſt. Corpus enim, utpote fatuum, neq; ſibi ipſi ſuccurrere poteſt: neq; ut ſui ipſius curã gerat, à natura factũ eſt: quãdo quidẽ anima reliquẽte, neq; modicum temporis poteſt ſubſiſtere, ſed confeſtim ſoluitur atq; perit. Anima autem pro ipſo omnia curat, omnesq; machinas mouet, & plurimùm diſcruciat afflicta. Et corpus ipſum quidẽ præſentẽ duntaxat ſentit dolorem: anima aũt prius quàm dolor adueniat, diſcruciatur, ſæpe etiam quando tantum futurus eſt trepidat. Mortemq; corpus quidem nunquam ſenſit: anima autem & hãc intelligit, permultaque patitur eripiens corpus ex morbis, eripiens ex bello, eripiens ex tempeſtatibus, eripiens ex mari. Sic undiq; laborioſior anima eſt, magisq; afflicta, quàm corpus: attamen ea diuinior eſt, & ad regendum dignior.

A' uiris & mulieribus. Præterea omnes homines confitentur, uirum eſſe muliere robuſtiorem, & ad imperandum aptiorem: atqui illæ domeſtica ferè opera curant, & ætatem exigunt ſub tecto, inexpertæ tempeſtatum, inexpertæ bellorum, inexpertæq; periculorum. Viris autem congruit in militiam ire, cõgruit nauigare, cõgruit nauigãdi ſolertia, illisq; neceſſe eſt ſua opera ſub dio perficere: ſed per Iouem, non propterea beatiores quis dixerit mulieres uiris. Quicunque autem tandem propter debilitatem, uel mollitiem, amauerunt illarum uitam, quemadmodum Sardanapalus, turpitudine

A' Sole. iam ubiq; facti ſunt diffamati. Deniq; quod maximum eſt, ſolem uides, quanto præſtet omnibus hominibus beatitudine, quum ſit Deus: quòd tamen non renuat nobis perpetuò ſubſeruire, & noſtræ ſalutis gratia facere uniuerſa. Quid enim aliud quis dicat, ſolem perpetuò operari, quâm ea quorum homines indigent? Facit & diſcernit horas, auget & nutrit omnia animantia, omnesq; plantas: ſuppeditat pulcherrimum & ſuauiſsimũ ſpectaculum, nempe lucem, ſine qua cæterorum bonorũ nulla eſt utilitas, neque cœleſtium, neque terreſtrium, immò neque ipſius uitæ. Et hæc omnia non grauatur gratis impartiri. An non eum ſeruitutem ſeruire quis dicat, planè duram? Etenim ſi uel paululum fraudulenter agat, ſuumq; trãſgrediatur ordinem, nihil prohibet omnes homines, omnemq; terrã, & omne mare diſperire, & omnem hunc formoſum & beatum mundũ turpiſſimam horribiliſsimamq; immundiciem uideri. Nunc autem tanquam in lyra concinnè tractans ſonos, nunquam excidit ex pura & ſumma harmonia, unam & eandem progrediens uiam. Et quoniam indiget terra tepore, ad generandum naſcentia, adq; augendum, & ad perficiendum: indigent & animalia, & corporũ ſalutis gratia, & uoluptatis naturalis: indigemus & nos omnium maximè, ut qui quàm plurimo auxilio opus habeamus: ideo æſtatem fecit, ſemper propius ad noſtram accedens habitationem, ut omnia plantet, omnia nutriat, omniaq; perficiat, diuinamq; & admirabilem exhibeat hominibus lætitiam, feſtumq; diem. Quoniam autem rurſus multa, & nos quoque opus habemus diuerſa complexione, (indigent enim corpora, ut frigore contrahantur: indigent plantæ, ut denſen-

ut denſentur, indiget terra imbribus) rurſus abit à nobis, certo modo recedens. Ita autem ſollicitè & per minuta obſeruat ſuos terminos ad noſtram utilitatem, ut ſiue accedens paulo propius accederet, omnia comburerentur: ſiue recedens modicum tranſgrederetur, omnia frigore geluq; perirent. Quoniam autem imbecilliores ſumus, quàm ut mutationẽ feramus precipitem, paulatim iſta machinatur, & quodãmodo nos latens, & conſuefacit in uere ad ferendam æſtatem, exercetq; in autumno ad ſuſtinendam hyemem: & ex hyeme fouet paulatim, & ex æſtate refrigerat, ut ſine dolore ad utrũq; frigoris atq; æſtus exceſſum perueniamus. Præbet autem & lucem, ad uidendum pulcherrimam, & ſine qua nihil agi poteſt. Dormientes quidem in ſilentio agimus, & nihil utimur luce: quantũ autem ſatis eſt ad uigilandum, diem fecit: & quantum neceſſariũ ad dormiendum, noctem produxit. Circumq; omnem terram uadens, alibi alios ad requiem hortatur, aut ſuſcitat: præteruolans ab ijs qui amplius luce non indigẽt, & ijs qui iam indigent apparens. Et hæc machinãs perpetuò, nunquam grauatur. Vbi autem deus omnium pulcherrimus & illuſtriſsimus non deſpicit per omne tempus hominum curã gerere, nuncubi hominem Dei amantem & prudentem in hoc grauari oportet? Atqui potius quantum poteſt, oportet eum imitari illorũ potentiam & humanitatem. Hæc autem conſiderans, non offenditur ferendis laboribus: cõtemplatur autem, quòd labores ſanitatem præbeant, & ſalutem, inſuper etiam bonã gloriam, contrà autem deliciæ omnia his contraria. Præterea labores quidem ſemetipſos ſemper minores faciunt, & ad ferẽdum leuiores: uoluptates autem maiores, minusq; nociuas, ſi poſt labores adhibeantur. Sin hoc minus fiat, labores quidem ſemper difficiliores fiũt: & uoluptates languescunt, infirmæq; eſſe demonſtrantur. Homo enim qui ſemper uerſatur in delicijs, & per omnem uitã nullum attingit laborẽ, is certè neq; ullius laborem perferre, neq; ullam ſentire queat uoluptatem, ne uehementiſsimã quidem. Itaq; laborioſus & continens, non ſolum ad regnandum maximè idoneus eſt: uerumetiam ſirauius uitã trãſiget, quàm ij qui contrarijs ſunt moribus. Vigiliarum quidem & ſomni ex æquo milites participes ſunt, partim quidem cuſtodientes, partim autem requieſcentes: dux autem magis uigilat, quàm omnes qui cuſtodiunt. Amicitiam cenſet omnium ſuarum poſſeſsionum pulcherrimam & ſanctiſsimam eſſe: neq; ſic turpe regno priuari, neq; ita periculoſum indigere pecunijs, ut amicis. Neq; enim ille expenſis & exercitibus, & alia potentia cuſtodiret felicitatẽ ita, ut amicorum fide. Solus enim nemo, ad quicquam, ne priuatarum quidem rerũ, ſufficiens eſt. Regibus autem, quanto plura & maiora agere neceſſe eſt, tãto pluribus quoq; cooperarijs opus eſt, & maiore etiam beneuolentia præditis. Neceſſariũ enim maxima & ſeria negocia aut alijs credere, aut penitus omittere. Et plebeijs quidẽ adiumẽro ſunt leges, ut nõ facilè afficiãtur iniuria ab ijs quibus cum contrahunt, aut pecunias credentes, aut domum locantes, aut alicuius operis communionem facientes (illæ enim damno mulctant facientem iniuriam) regibus autem, ne iniuria afficiantur ab ijs quibus credunt, non ex legibus adiutorium quærendum eſt, ſed à beneuolentia. Potentiſsimos enim omnium eſſe eos par eſt, qui apud reges uerſantur, ſimulq; principatum adminiſtrant. Aduerſum hos non eſt alia cuſtodia, quàm diligi: ut non ſit tutum, quibuſuis potentiæ quicquam credere. Quanto aut quis amicos potentiores facit, tanto potentior & ipſe fit. Vi de autem, quòd aliarum poſſeſsionum, partim quidem neceſſariæ ſolum & utiles omnibus uideãtur, delectationem autem nullam præbeãt: partim

De amicitia.

autem ſuaues ſolum, non autem utiles: econtrario uerò multę ſuaues inutiles inueniuntur. Igitur & quæcunq; neceſſariæ & utiles ſunt poſſeſsiones, omnino nullam præbent uoluptatem poſſeſsoribus. Quæ autem delectabiles, non propterea ſtatim ſunt etiam utiles nam e regione multæ ex ſuauibus inutiles eſſe conuincuntur. Deinde mœnia quidem, & arma, & machinæ & exercitus, ſunt neceſſariæ poſſeſsiones dominantibus: ſiquidem citra has, principatus ſeruari non poteſt: delectationem autem non uideo qualem, præter utilitatem, habeant. Pulchra autem nemora & domicilia, & precioſæ ſtatuæ, & picturæ argutæ ſummæq; artis, & aurei crateres, & uariæ menſæ, & purpura, & ebur, & electrum, atq; unguentorum odores, & delectationes quæ ex ſpectaculis aut auditionibus oriunt, uel ex uoce aut organis, adhæc mulieres ſpecioſæ, & pueri uenuſti, uniuerſa hæc nullius utilitatis, ſed uoluptatis tantum gratia inuenta apparent. Vni autem amicitiæ contigit, ut omnium ſit utiliſsima, omniumq; ſuauiſsima poſſeſsio. Rurſus autem (opinor) ex neceſſarijs maximæ, ut ſunt arma & mœnia, & exercitus & ciuitates, ſine gubernantibus amicis neq; utiles, neq; conducibiles ſunt, ſed & ualde periculoſæ: amici autem, & pręter has utiles ſunt. Et hæ in bello ſolum utiles, ſemper autem in pace uicturis (ſi poſſet fieri) inutiles atq; graues: ſine amicitia autē, neq; in pace uiuere tutum. Præterea ſuaues de quibus dixi poſſeſsiones amicis communicare, delectabiliſsimum: ſolum autem frui in ſolitudine, omnium iniucundiſsimum eſt, & nullus ſuſtinere poſſet. Adhuc autem moleſtius, ſi oporteret communicare cum ijs qui nō diligunt. Quæ enim lætitia iucunda, etiam ſi omnia adſint maxima, & quod ſympoſium ſuaue, ſine præſentium beneuolentia? Quæ deniq; uictima dijs grata, abſq; unà conuiuantibus? Nónne enim & res venereæ illæ ſuauiſsimæ, & maximè expertes iniuriarum, quæ fiunt cum amicitia coeuntiū? Et quęcunq; conciliant beneuolentiam hominibus, ſuperuenere à puerorum aut mulierum amoribus. Multa enim cognomina ſunt amicitiæ, quemadmodum (uerbi gratia) & utilitates. Quæ autem ex formoſitate & uenuſtate oritur amicitia, meritò nomi-

Amor. nata eſt Amor: & uidet pulcherrimus eſſe deorū. Preterea utilia medicamēta, ægrotantib. quidē ſunt utilia, ſanis aūt ſuperuacua: amicitia autem opus eſt non modò ſanis, ſed & ægrotātibus. & cuſtodit quidem diuitias, ſuppeditat autē neceſſaria paupertati, clariorem reddit gloriam, atq; obſcurat ignominiam: unum autem hoc difficilia quidē omnia minuit, bona omnia auget. Quæ enim calamitas extra amicitiam non intolerabilis? Et quæ feli-

Solitudo. citas abſq; amicis non ingrata? Quod ſi ſolitudo tetrica & terribiliſsima res eſt, non hominum ſolitudinem oportet rem talem putare, ſed ſolitudinem amicorum: quandoquidem non habitare cum non beneuolis, ſolitudo bona eſt. Ego quidem neq; felicitatem eſſe eam reor, ſi neminem habet uoluptatum participem: facilius enim quis calamitatem duriſsimam ferat cum amicis, quàm ſolus felicitatem maximam. Vt ego illum miſerrimum eſſe meritò iudicem, qui in calamitatibus quidem plurimos habet inſultātes, in felicitatibus autem neminem qui ſimul uoluptate fruatur. Cui autem plurimi ſunt & optimi amici, inimicus autem nemo, & multi quidem qui diligant, plures qui laudent, uituperare autem eum poſsit nemo, quomodo non talis perfectè ſit fœlix? Talis enim uir multos habet uoluptatis participes, neminem autem inſultantem, eo quòd fortunatus ſit in omnibus: & quòd multos quidem habeat amicos, & hoſtem neminem. Si autem oculi & linguæ & manus hominum, maximi faciunda ſunt, non ſolum

lum ut lætentur uiuentes,uerùm ut poſsint uiuere:his non minus,ſed ma-
gis etiam amici utiles ſunt. Oculis enim uix ea uidere licet, quæ ſunt an-
te pedes: per amicos autem, ea etiam quæ in terræ finibus ſunt ſpectare.
Et auribus haud quis audiat niſi ualde propinqua: per beneuolos autem,
nullius non neceſſariæ rei ubiꝗ gentium auditũ habet. Et lingua quidem
pręſentibus tantum ſignificat. & manibus quis licet uehementer ſit robu
ſtus, non maius perficiat opus quàm duorũ uirorũ: per amicos autẽ poteſt
cum omnib. colloqui, & omnia opera aſſequi. Beneuoli enim, omnia quæ
illi ſunt cõducibilia, & dicunt & faciunt. Quin quod omniũ eſt incredibi-
liſsimũ, quum ſit unus multis ille pręditus amicis, multa ſimul poteſt in u-
no tempore facere, deꝗ multis ſimul cõſiliũ capere, atꝗ multa uidere, mul
taꝗ audire, ineꝗ multis ſimul eſſe locis, quod & dijs difficile eſt: & nihil uſ-
quam relinquere deſertum ab eius prouidentia. Quapropter non minus
ipſorum amicorum iucunditates, bonũ uirum naturaliter lætificant, quàm
propriæ quædam delectationes. Quomodo enim non ſit beatiſsimus, cui
cunꝗ licet multis corporibus ſimul uoluptate & lætícia frui, multiſꝗ co-
gitationib. curare & conſultare, multiſꝗ animis fortunato eſſe, & gaude-
re? Si uerò gloria ambitioſis affectanda, ſæpenumero certè glorioſus eſſe
queat laudantibus amicis. Sin uerò diuitiæ naturalirer ſolent lætificare
poſsdentes, ſæpenumero certè diues eſſe queat, qui amicis tribuit de reb.
pręſentibus. Atꝗ ſuaue eſt, quum ſuppetit rerum copia, donare liberis ho
minibus: ſuaue rurſus & dona accipere eum qui iuſtè accipit, & propter
uirtutem. Qui igitur dona dat amicis, dando lętatur. perinde enim eſt, ac ſi
ipſe poſsideat. Etenim uerus eſt ſermo, qui communia demonſtrat eſſe a- *Amicorũ om-*
micorum omnia. proinde quum bona habeãt boni, maximè utiꝗ fuerint *nia cõmunia.*
ea communia. Et in cæteris quidem rebus non omnino uult talis rex præ-
cellere plebeios, ſed plerunꝗ eſſe in illis inferior, ueluti in ocio, ſegnicie,
remiſsione: in una autem amicitia uult plus poſſe & habere. Et in hoc ſe ni
hil putat facere abſurdum, uerùm etiam exultat, quod magis à minoribus
diligitur, quàm parentes: magiſꝗ à ſenioribus, quàm ipſi filios diligunt:
magiſꝗ à familiaribus, quàm illi ſuos æquæ conditionis familiares dili-
gunt: magiſꝗ ab ijs qui ſolo auditu audiunt de ipſo, quàm ualde propin-
qui ſe inuicem diligunt. Quum autem ſit cognatorum & familiarium a-
mantiſsimus, eſt tamen ubi maius bonum exiſtimat eſſe amicitiam, quàm
cognationem. Sine cognatione enim utiles ſunt amici: ſine amicitia uerò,
neque ualde propinqui ſunt conducibiles. Tanti autẽ æſtimat amicitiam,
quòd neminem putet unquam iniuriã paſſum ab amico, ſed hoc ex his eſſe
quæ dicuntur impoſsibilia. Itaꝗ malo affici ab amico, cenſet eſſe impoſsi-
bile. ſimul enim ut quis deprehenſus eſt iniuriam feciſſe, manifeſtauit ſe,
quòd non fuerit amicus. Quicunꝗ autem graue quid paſsi ſunt, ab inimi-
cis paſsi ſunt: pro amicis quidem habitis, ſed non cognitis, quòd eſſent ini
mici. Reprehendenda igitur eſt ipſorũ ignorantia, ſed non uituperandum
amicitiæ nomen: quum fieri poſsit ut & pater filium iniuria afficiat, & pu
er delinquat aduerſus parentes, ſimiliter & fratres mutuò mali aliquid fa-
ciant. Ita autem prorſus amicitiam rem ſacram exiſtimat, ut & deos ſibi co
netur facere amicos. In omnibus igitur prædictis licet intelligere, quòd
his bonis, quæ commemorauimus, omnia contraria eueniant tyrannis: *Tyrannis õm*
non modicè autem idem intelligi poteſt ex iam dictis. Omnium enim e- *nia prædicto-*
gentiſsimus amicorum eſt tyrãnus: neꝗ enim poteſt facere amicos. Sui e- *rum contra-*
nim ſimiles malos ſuſpectat, à diſsimilibus autem & bonis odio habetur. *ria euenire.*
Qui autem odio habetur, inimicus eſt, & iniquis iniquus. Nam hi quidem

iurè eum oderunt: qui autē eiuſdem rei tenentur deſiderio, ſibi inuicē ſtru
Regis oculus. unt inſidias. Itaq; rex Perſarū unū quempiam habuit, qui dictus eſt Regis
oculus: atq; hic nō erat homo grauis, ſed ex uulgaribus, ignorās quòd bo
ni regis amici omnes ſint oculi. Porrò amans familiariū & cognatorū qui
non eſſet excellenter, qui quidem familiares & cognatos partem ſuæ ani-
mæ exiſtimat, & prouidet non ſolū ut ſint participes prædictæ felicitatis,
multo ſed magis ut digni uideanť cōmunicatione principatus: Et hoc illi
ſemper ſtudiū eſt, ut eos nō ob cognationē, ſed propter uirtutem uideatur
honorib. præ alijs cumulare. Et eos qui ſanguine illi ſunt propinqui, præ
omnib. diligit, & neceſſarios amicos exiſtimat. Nam amicos quidē diſſol-
uere poteſt difficultas quædā inter eos incidens: inter cognatos uerò non
poſsibile eſt diſſolui cognationē, ſed qualeſcūq; tandē ſint, neceſſe eſt hoc
audire nomē. Vxorem aūt nō lecti tantū & rei ueneree conſortem exiſti-
mat, uerùm & conſilij & operū, & totius uitæ cooperatricē. Solus aūt feli-
citatē nō mollicię exiſtimat, ſed multo magis uirtutis ſtudiū: & uirtutē nō
neceſsitatem, ſed uoluntatem: & fortitudinem, nō miſeriam, ſed ſecurita
tem. Et uoluptates quidem auget laboribus, proptereaq; ijs fruitur maio-
ribus. Labores autem conſuetudine facit leuiores, & hęc eadem putat eſſe
utilia & ſuauia. Cernit enim plebeios, ſi rectè ſunt ualituri, & peruenturi
ad ſenectutem, nunquam ocioſo & laborib. experti corpori cibum præbe
re: ſed alios quidem artes exercere, quarum nōnullæ magnum requirūt la
borem: & alios eſſe fabros ferrarios, illos autem & nauiū & domorum cō-
ſtructores. eos autem qui terram poſsident, exercere ſe in laboribus circa
agriculturam: qui uerò in urbe degunt, facere aliquid eorum quæ in ciui-
tate fiunt. Eorum autem qui ocium agūt, eſſe gymnaſia plena & palæſtras,
& partim currere in ſcurriculis, partim luctari: eos autem qui non ſunt a-
thletæ, aliud aliquid facere circa certamina. Et ut ſimpliciter dicam, unū-
quemq; qui non ualdè ſit fatuus, & cibos & lauacra, & labores, & omnia
eò exercitia dirigere, ut bene ualeat. Princeps autem ab his omnibus pluri
mùm differt, quòd non fruſtra laboret: nec corporis ſolum ſtudeat incre-
mento, ſed propter actus rerum. Aut enim uenit ad aliquid earum quę in-
digent prouidentia, aut præuenit ubi uelocitate opus eſt, aut conficit ali-
quid confectu difficilium, aut exercitum recenſet, aut regionem māſuefa-
cit, aut ciuitatem ædificat, aut flumina pontibus ſternit, aut terram facit
peruiam. Atque hic non ſanè putatur beatus eſſe, quòd poſsidere poſsit
pulcherrimos equos, & optima arma, & optima ueſtimenta, & alia ſimili-
ter: ſed quòd amicos optimos. Et longè illi turpius eſt pauciores plebeijs
habere amicos, quàm illis in reb. à plebeijs ſuperari. Cui enim ex omnib.
hominibus eligere licet fideliſsimos, & ferè nullus ſit qui non ei libenter
obtemperet, uolenti eius opera uti: quomodo non ridiculum ſit, non uti
grauiſsimis: Plurimi quidem ex potentibus, eos qui quoquo modo in
aulam uenerūt, quiq; adulari uolunt, amant, & expellūt alios, & optimos
adhuc magis: hic autem ex omnibus ſelectionem facit, abſurdum exiſti-
mans ex inſulis equos accenſere, quòd meliores ſint Theſſalicis, & canes
ex India, hominibus autem ſolis uti uicinis. Omnia enim illi ſuppetunt,
unde amicos & amicitiā parare poſsit. Trahuntur enim ad beneuolentiā,
ambitioſi quidē laude: apti autem ad regimen, ſi participes fiant principa-
tus: bellicoſi autem, ſi faciant aliquid rerum bellicarum: diligentes autem,
ſi negocia gubernent: qui uerò magno ſuorum affecti ſunt amore, familia
ritate. Quis igitur magis poteſt rectores creare: & quis plurium indiget
induſtriorum: quis etiam poteſt plura communicare negocia: cui alij licet
credere

credere res bellicas? à quo illuſtriores conferuntur honores? apud quem
menſa eſt glorioſior? Quod ſi emẽda ſit amicitia, quis copioſior pecunijs?
ita ut nullum habeat, qui de pecunijs cum eo auſit inire certamen. Præte-
rea autem oportet, quũ homo natus ſit, interq; eos qui in hac uita præcel-
lunt, numeretur, & ipſum aliquod habere ſolatium. Vnde ſanè multi mul
tis acciderunt morbi ignobiles, damnoq; afficientes animos, inſuper & de
trahentes regni maieſtatem. Hic quidem à cantione correptus, ætatem trã
ſegit cantillans, & lamentationes occinens in theatris: & ſui regni incu-
rioſus, amauit hiſtrio ueterum regum agere perſonas. alius autem tibiarũ
amator factus eſt. Bonus autem rex nunquam huiuſmodi aſsiduè audit:
optimum autem inuentum putat uenationem, & hac maximè gaudet, per
quã corpus fit robuſtius, animaq; fortior, & ad omnes res bellicas exerce
tur. Etenim equitare & currere neceſſarium, & ſuſtinere incurſum multa-
rum fortium ferarum, & æſtum perferre, frigusq; tolerare, ſępe quoq; peri
culum facere & famis & ſitis, reiq; cupiditate aſſuefacientem ſe, perferre
omnia cum delectatione. Quippe non de Perſarum loquimur uenatione.
Illi enim hortis incluſas, (ſi quando cõcupiſcerent uenari) tanquam in car-
cere beſtias occidebant, ut nullum ſcilicet haberent laborem quærendo,
neq; periculum in occidendo, utpote infirmas, & in ſeruitutem redactas:
ſimul etiam abſtulerunt ſibi gaudium ob inuentionem, & ſtudium ad cõ-
prendendum, & ſollicitudinem ob euentum. Simile autem quid fecerunt,
quemadmodum ij qui bellicoſi eſſe uolunt, & relicta hoſtibus pugna, ut
captiuos domi acceptos interficiunt.

DE REGNO QVARTA.

FERVNT aliquando Alexandrum congreſſum eſſe cum
Diogene: non ſanèocioſum, cum ualde ocioſo. Erat enim
ille rex Macedonum, & aliarum multarum gentiũ: hic au-
tem exul ex Sinope Hæc autem dicunt & ſcribunt multi,
Alexandrũ non minus admirantes quàm laudantes, quòd
tantus princeps, & omnium eo tempore potentiſsimus,
non deſpexerit hominis pauperculi congreſſum, mentem habentis, & to-
lerantiam edocti. Omnes enim homines natura gaudent, quando pruden
tiam uident honore affici à maxima poteſtate & potentia. Itaq; non ſolum
uera narrant de his, ſed & ipſi affingunt ſupra modum, alia inſuper prudẽ-
tibus auferentes, ut pecunias & honores & corporis robur, ut propter ſo-
lam uideantur honorari intelligentiam. Quomodo autem illi conuenien-
ter ſint collocuti, dicam: quandoquidem nunc ocium agimus ab alijs ne-
gocijs. Erat autem Alexander (ut aiunt) hominũ ambitioſiſsimus, & præ-
ſertim gloriæ indagator, & quomodo quàm maximum ſuum nomen relin *Alexandri*
queret inter omnes Græcos & Barbaros. Et concupiuit honorari prope- *ambitio.*
modum non ab hominibus ſolum ubiq;, uerùm etiam ſi quà fieri poſſet, ab
auibus & feris in montibus. Alios quidem omnes ſpreuit, & neminem
arbitrabatur dignum, qui ipſi hac in re conferretur, neq; Perſarum ne-
que Scytharum neque Indorum regem, neque ullum uirum inter Græ-
cos, neque ullam ciuitatem. Intellexit enim, quòd propemodum omnium
animi eſſent corrupti ex delicijs & ſegnicie, lucrandiq; cupiditate, atq; uo
luptate uicti. Audiens autem de Diogene, & illius ſermonibus quos di-
xiſſet, & operib. quę feciſſet, & quomodo tuliſſet exilium, interdum quidẽ
ſpreuit hominis paupertatem & frugalitatẽ, utpote iuuenis, & educatus
in regio faſtu: ſæpe autem admirabatur, & inuidebat illi ob fortitudinem
& tolerantiam, & maximè ob gloriam, quod quum talis eſſet, inter omnes

Diogenis ad Alexandrũ collatio.

Græcos cognoſceretur, eſſetq; admirationi, & nemo aliorum poſſet ulla ambitione talis fieri, qualis ille: & quòd ſibi quidem opus eſſet Macedonum phalange, & Theſſalorum equitibus, & Thracibus & Pæonibus, & alijs multis, ſi eſſet iturus quò uellet, & cõſequi ea quæ deſideraret: ille autem ſolus ambularet ualde ſecurè, non ſolum interdiu, ſed etiam noctu, ubi ei placeret. Et quod ipſe auro & argento quamplurimo indigeret, ut perficeret ea quæ uellet: inſuper ſi habere cuperet obediẽtes Macedonas, & alios Græcos, quòd ſibi principes & aliæ turbæ colẽdi eſſent ſermonib. & donarijs ſæpe: ille autem neminem hominum ſubiret adulans, ſed uera omnibus dicens: & nullam drachmam poſsidens, pro uoluntate uiueret, nullaq; re parabili fruſtraretur: & uitam uiueret ſolus, quam putaret optimam & beatiſsimam: & non acciperet illius regnum, neq; Perſarum aut Medorũ diuitias: pro ſua paupertate. Ob hoc irritatus, quòd quis ab ipſo differret, ſic facilè & incurioſe uiuens, & ad hoc non minus celebris fieret: forſan & exiſtimans, ſe utilitatem capturum aliquam ex congreſſu hominis, olim quidem cõcupiuerat uidere hominem, & cum eo colloqui. Poſtquam autem uenit Corinthum, & Græcorum legationes ſuſcepit, & alia ſociorũ negocia diſpoſuit, dixit ijs qui circa ipſum erant, ſe uelle paulùm quid ociari: & abijt non ad fores Diogenis, nullas enim ille habebat fores, neq; minores neq; maiores, neq; domum propriam, neq; focum, quemadmodum opulenti: ſed ciuitatibus utebatur pro domibus, & hîc conuerſabatur, in publicis & ſacris locis, quæ dijs conſtructa erant. Focum autem exiſtimabat omnem ſibi terram, quæ ſanè eſt communis omnium hominũ focus & nutrix. Is tunc temporis conuerſabatur in Cranio ſolus. Neq; enim ullos diſcipulos, neq; circa ſe turbã habebat, ut ſophiſtæ & tibicines, & tripudiorum magiſtri.

Alexandri cũ Diogene congreſſus.

Acceſsit igitur ad eum ſedentem Alexander, & ſalutauit. Et ille ſuſpexit ad eum acribus oculis, quemadmodũ leones: & iuſsit eum modicùm recedere. Apricabatur enim ad ſolem. Hîc Alexander ſtatim admiratus eſt hominis audaciam & quietem, quod non pauefactus eſſet ipſo aſtante. Atq; aliquo modo ita natura comparatum eſt, ut audaces diligant audaces, timidi autem hos ſuſpectẽt & oderint ut inimicos, ignobiles autem admittant diligantq;. Vnde fit, ut illis quidem ueritas & loquendi libertas omnium ſuauiſsima ſit, his autem adulatio & mẽdaciũ. & audiunt libenter, hi quidẽ colloquẽtes ad gratiam, illi aũt ad ueritatem. Diogenes igitur pauliſper moratus, interrogauit illum, quis eſſet? & quã ob cauſam ad ſe ueniſſet? An (inquit) ut aliquid meorum accipias? Num res eſt tibi (inquit Alexãder) & habes tantam, ut alicui communicare poſſis? Multam ſanè (inquit) & magni æſtimandam, quam tu haud ſcio an unquam recipere queas. Neq; enim enſes, neq; lebetas, neq; crateras, neq; lectos, neq; menſas poſsideo, ut quidem aiunt poſsidere Darium apud Perſas. Quid autem (inquit) tu non noſti Alexandrũ regem? Nomen quidẽ (inquit) audio ex multis dicentibus, ut graculi uolant: ipſum uerò non cognoſco. neq; enim ſum gnarus illius mentis. At nunc (inquit) cognoſces & mentem. Ob idipſum enim adſum, ut me tibi præbeam explorandum, ſimulq; te uideã. At difficulter (inquit) me uidendo amabis, quẽmadmodũ lucem qui imbecillibus ſunt oculis. Hoc autem mihi dic: Túne ille es Alexander, quem aiunt ſuppoſititium?

Alexander ſuppoſititius.

Hoc quum ille audiſſet, rubore perfuſus eſt, & incanduit: retinuit tamen ſeſe. Pœnitebat illum autem, quod ſermones miſcere cupiuiſſet cum homine ſiniſtro & petulante, ut ipſe exiſtimabat. Diogenes igitur intelligens eum eſſe perturbatum, uolebat eius animum immutare, ſicut pueri inter ſe talis ſolent. Dicente autem illo: Vnde

de

de tibi uenit in mentem, ut nos ſuppoſititios diceres? Inde (inquit) quòd
audio & matrẽ tuam eadem de te dicere. An non Olympias eſt, quæ dicit
quòd non ex Philippo natus ſis, ſed ex dracone, aut Hammone, aut neſcio
quo deorum aut hominum, aut ferarum: & ſi talis es, ſuppoſititius utique
eſſes. Hic ſubriſit Alexander, & lætatus eſt, ut aliàs nunquam: & uiſus eſt
illi Diogenes non ſolum non ſiniſter, ſed omnium dexterrimus, & qui ſo-
lus noſſet ad gratiam loqui. Quid igitur (inquit) utrum uerus an falſus
ille ſermo eſſe uidetur? An non incertum eſt, inquit? Incertum (inquit) eſt.
Nam ſi fueris modeſtus & fortis, & Iouis regiã artem didiceris, nihil pro- *Iouis filij qui.*
hibet te Iouis eſſe filium. Quoniam hoc & Homerũ dicere aiunt, quòd pa
ter ſit Iupiter, quemadmodum deorum, ita & hominum: ſed non mancipi-
orum, neq; ullius uitioſi & ignobilis. Sin uerò timidus fueris, & delicijs
deditus, & illiberalis, neq; dij neq; homines boni quicquam ad te perti-
nent. Apud Thebanos, illis qui appellantur Sparti, ſignum quoddam di- *Thebanorum*
citur eſſe generis, lanceam (opinor) quandam in corpore: & quiſquis id ſi- *Sparti.*
gni non habeat, non uidetur ex Spartis eſſe. Iouis autem filijs tu nullũ pu-
tas ſignum eſſe in anima, ex quo manifeſti fiant ijs qui queant cognoſcere,
an ex illo nati ſint, an non? Valde lætatus eſt hac ſermone Alexãder. Poſt
hæc autẽ interrogauit eum, quomodo optimè regnare poſſet? Et ille acrè
obtuens: Sed non eſt (inquit) poſsibile, ut malè quis regnet, non magis
quàm ut quis malè bonus ſit. Rex enim hominum optimus eſt, quũ ſit for
tiſsimus & iuſtiſsimus, humaniſsimusq;, & inuictus ab omni labore, om-
niq; concupiſcentia. An tu putas eum qui aurigare non poſsit, aurigam
eſſe? Aut inexpertum nauis regendæ, nauclerum: aut mederi neſcientem,
medicum eſſe? Neq; ſi omnes affirmarent Græci & barbari, & multa diade
mata & ſceptra & tiaras affigerent illi: quemadmodum pelliculæ affigi ſo-
lent pueris expoſitis, ut cognoſci poſsint. Quemadmodum igitur non eſt
poſsibile, ut quis nauem gubernet, non ſecundum gubernandi artem: ita
nec, ut quis regnet, non ſecundum regiam artem. Hic Alexander metuẽs,
ne inexpertus appareret regiæ artis: Et quis tibi (inquit) uidetur hanc ar-
tem tradere poſſe? & quò eundum eſt, ut quis eam addiſcat? Diogenes re-
ſpondit: Sed tu iam eam noſti, ſiquidem uerus eſt Olympiadis ſermo, &
natus es ex Ioue. Ille enim eſt, qui hanc artem primus & pręcipuè habet, &
communicat quib. uult. Quibus autem communicat, omnes illi Iouis ſunt *Iouis filij.*
& dicuntur filij. An tu putas ſophiſtas docere poſſe, qui regnum guber-
nes? Atqui complures ex illis non ſolum non regnare, ſed ne uiuere qui-
dẽ ſciũt. Neſcis (inquit) quòd duplex eſt eruditio: una diuina, altera huma *Eruditio*
na? Diuina quidem, magna ualidaq; & facilis eſt: humana aũt, parua atq; *duplex.*
imbecillis, & multa habens pericula, & deceptionẽ non paruã. attamẽ ne-
ceſſaria eſt, ut alteri applicetur, ſi rectè fieri debeat. Et uocant multi hanc
eruditionem: quemadmodum, puto, propriè eruditionem. Et exiſtimant
eum qui plurimas literas norit, Perſicas & Græcas & Syriacas & Phœniſ-
ſas, & qui plurimos legerit libros, eſſe ſapiẽtiſsimum, & maximè eruditũ.
Rurſus autem, quum inciderint in horum aliquos, flagitioſos timidosq;
& auaros, rem dicunt eſſe parui precij, ſimiliter & hominem. Alteram autẽ
interdum quidem eruditionem, interdum autem fortitudinem, animiq;
magnitudinem appellant: atq; ita citra illam eruditionem appellarũt ij qui
ante nos uixerunt, eos qui bonam nacti eſſent eruditionem, bonamq; ani
mam, fortes & eruditos, ut Herculem illum. Proinde quiſquis hanc erudi
tionẽ habet, ut à natura bene ſit diſpoſitus, facilè & illius particeps fuerit,
quum uel pauca modò audierit. Quippe non rarò ipſis maximis, maximè-

que ad rem pertinentibus initiatus eſt, eaq́ſeruat in animo: & nemo illi amplius ea auferre poteſt, neq́ tempus, neq́ homo, neq́ ſophiſta: immò neq́ ſi quis eum igne exurere uellet. Verùm & ſi hominem quis combuſſerit, ut Herculem aiũt ſemetipſum combuſsiſſe, dogmata tamen in eius animа manent: quemadmodũ, opinor, exuſtorũ hominũ dentes aiunt permanere, reliquo corpore igni cõſumpto. Non enim diſcere, ſed recordari tantum debet: deinde ſtatim ſcit & cognoſcit, quaſi à principio hæc dogmata habẽs in ſuo intellectu. Ad hęc aũt, ſi quidem incidat in hominẽ qui uiã nouerit, ille facilè oſtenderit illi, ut diſcens ſtatim recedat: ſin autem in ignorantem & glorioſum ſophiſtam, is ad nihilum rediget eum, circumducens trahensq́, nũc quidem ad orientem, nunc autem ad occidentem, nunc uerò ad meridiem, quum ipſe nihil ſciat, ſed conijciat, & multo prius & ipſe à talibus erroribus in errorem ductus ſit. Quemadmodum indoctę & laſciuę canes in uenatione, non intelligentes neq́ cognoſcentes ueſtigia, decipiunt alias uoce & forma: ex ſcientibus autem atq́ uidentibus multæ eas ſequuntur, ſtultiores propemodũ quàm illæ quæ fruſtra latrant. Ex illis hę quæ uocem non emittunt, ſed ſilent, ipſę tantum decipiuntur: hæ uerò petulantiſsimæ & ſtultiſsimæ ſunt, quę priores imitãtur, tumultum excitantes: atq́ eò imitantur, ut & alias ſeducant. Eiuſmodi quiddam inuenias & circa eos qui dicuntur ſophiſtæ, quos interdum multa ſequitur turba ſtolidorum hominum: & intelliges, quòd nihil homo ſophiſta ab libidinoſo eunucho differat. Hoc ille quum audiſſet, admiratus eſt qua nam in re ſophiſtam eunucho comparaſſet, & interrogauit eum: Quia (inquit) eunuchorum libidinoſiſsimos aiunt uiros eſſe, & amare mulieres, & dormiunt cum illis, & negocium faceſſunt: generatur autem nihilo plus, etiam ſi totas noctes dies q́ cum illis coeãt. Ita & apud ſophiſtas multos inuenias, ad ſenectutem perueniſſe, adhuc indoctos: multoq́ peius errantes in ſermonibus, quàm Vlyſſem ait Homerus erraſſe in mari: & multo prius ad inferos deſcenderent, quemadmodum ille, quàm fierent boni uiri, quantumuis multa dicãt audiantq́. Et tu, quandoquidem hanc indolem nactus es, ſi conſecutus fueris uirum doctum, ſufficit tibi adhuc una dies ut negociũ intelligas, & artem: & nihil amplius indigebis uariorum ſophiſmatũ, aut ſermonum. Sin uerò haud nactus fueris magiſtrũ Iouem, aut aliũ talẽ, qui citò & clarè dicat quæ oporteat facere, nihilo plus conſequẽris, neq́ ſi totã contriueris uitam, uigilans, & inediã ferens apud infelices ſophiſtas. Hoc autem non ego nunc primùm dico, ſed Homerus ante me. An non gnarus es carminũ Homeri? Hic Alexander ſibi ualde placebat, quòd ſciret alterũ poema totũ, hęc p Iliada, multa quoq́ ex Odyſſeia. Admiratus igitur inquit: Et ubi diſſeruit de his Homerus? Illic (inquit) ubi Minoa dicit Iouis confabulonem. An non confabulari eſt colloqui? Ergo collocutorem Iouis dicit eum eſſe, tanquam ſi diceret diſcipulum. Porrò quibus de rebus alijs putas eum cum Ioue collocutum, aut quæ alia ab eo didiciſſe, quàm iuſta & regalia, quando & omnium iuſtiſsimus dicitur Minos fuiſſe? Rurſus, quando dicit reges eſſe à Ioue nutritos, & Ioui amicos, tũ ne aliud quid putas eum dicere, quàm cibum illorum, de qua dixit, eſſe doctrinã & diſciplinam? An tu putas eum dicere, quòd reges à Ioue nutriantur lacte tanquã à nutrice, & uino & cibis, & non potius ſcientia & ueritate? Similiter & quòd Iouis dicit amicos, non aliam dicit amicitiam, quàm eadem conſultare & cogitare. Talis amicitia concordia quædam eſt. Ita enim & hominib. uidentur amici omnium maximè eſſe concordes, & nulla de re diſsidere. Qui igitur Ioui amicus fuerit, & eadem cum illo ſenſerit, poteſt' ne fieri ut

Sophiſtarũ eruditio.

Sophiſta, eunucho libidinoſo ſimilis.

Minos Iouis confabulator.

Reges curà Ioue nutriti Homero dicti.

rem aliquam iniquam concupiſcat, aut turpe aliquid cogitet, aut prauum?
Hoc ipſum autem manifeſtare uidetur, quum laudans quendam regem, di
cit eum eſſe paſtorem populorum. Paſtoris enim non eſt aliud opus, quàm *Rex paſtor*
prouidere ouibus, eaſq; conſeruare atq; cuſtodire. non aſſare (non per Io- *populorum.*
uem) neq; mactare & excoriare. Sanè interdum multas oues unus coquus
pellit, mercatus eas. Cæterùm plurimùm differt ars culinaria à paſtorali, fe
rè quantum regia à tyrannica. Quando igitur Xerxes aut Darius ex ſu-
perioribus prouincijs & Suſis multas turbas Perſarum & Medorũ & Sac-
corum & Arabum Aegyptiorumq; huc in Græciam pepulerunt perden-
das, utrum regis an coqui fecerunt opus, prædam pellentes obtruncan-
dam? Et Alexander: Tibi, inquit, ut apparet, non uidetur rex eſſe, neq;
magnus ille rex? Et Diogenes ſubridens: Nõ magis (inquit) ô Alexãder,
quàm minimus digitus. An neq; ego (inquit) quum eum peſſundedero,
magnus rex ero? Non ſanè ob hoc, dixit Diogenes. Neq; enim inter pue
ros, is qui uicit, quum ludunt (ut aiunt) reges, reuera rex eſt. Ipſi enim &
pueri affirmant, quòd ille qui uicit, & rex dictus eſt, ſutoris filius ſit, aut fa
bri: & oportet eum paternam diſcere artem. Qui quũ aufugerit, ludit cum
alijs, atq; tunc ſibi maximè uidetur rem ſeriam facere. Interdum autẽ idem
facit & ſeruus, deſerens herum. Fortaſsis autem & uos tale quid facitis,
quum uterq; ueſtrûm pueros habeat contendentes, ille quidem Perſas &
alias gentes in Aſia, tu autem Macedonas & Græcos: & quemadmodum
illi ſe inuicem ſphæra petunt, & ictus uincitur, ita & tu nunc Darium pe-
tis, & te ille, & forſan percuties & eijcies eum (attẽtior enim mihi eſſe uide
ris) deinde qui prius illi adhęrebãt, adherebunt tibi, & ſubſternentur, tuq;
rex omnium nominabere. Alexander aũt rurſus cõtriſtatus eſt, & moleſtè
tulit. Neq; enim uiuere uolebat, niſi rex eſſet Europæ & Aſiæ & Aphricæ, *Alexandri*
& inſularum ſi quæ iacent uſquam in Oceano. Diſsimiliter enim affectus *ambitio.*
erat, quàm Homerus ſcribit Achillem mortuũ affectum fuiſſe. Ille enim di
cebat, ſe uiuere malle, & mercede ſeruire homini pauperi, cui uictus etiã
eſſet penuria, quàm omnibus mortuis imperare. Alexander autem uide-
tur mihi electurus fuiſſe imperium ſuper tertiam mortuorum partem mo-
riens, potius quàm uitam perpetuã deus factus, tãtum ſi non rex fieret aliorũ
deorum. Solum fortaſſe Iouem non deſpexit, licet eum homines regem uo
cent. Vnde etiam caſtigauit eum Diogenes. Tu quidem ludere (inquit)
uideris: ego autem quum Darium cæpero, & inſuper Indorum regem, ni-
hil prohibet quin maximus omnium qui unquã fuerunt regum ſim. Quid
enim mihi reliquum eſt, quum uicero Babylonem & Suſa & Ecbatana,
& quicquid eſt in India negociorũ? Et ille uidens eum ardentẽ ambitio-
ne peſsimo animo, totumq; extentum & tractum, quemadmodum grues
quocunq; impetum faciunt, ſeſe extendentes uolant: At nihilo plus habe
bis (inquit) quàm nullus, neq; reuera regnabis, quandoquidem hoc ani-
mo præditus es: neq; ſi tranſilieris mœnia in Babylone, ſic capies ciuitatẽ:
neq; ſi perfoderis extrinſecus, & ſubfoderis, ſimiliter & Suſianorũ & Ba-
ctrianorum, neq; ſi aſſumeres maiorem continentem quàm Aſia eſt, tranſ-
natãs Oceanum: neq; ſi Cyrum imitatus, per fluminis alueum ingredere-
ris. An tu gallos gallinaceos non uocas ſpurios, qui nati fuerint ex diſsi-
milibus? An non maior differentia inter Deum & mulierem mortalem,
quàm inter generoſum gallum? Si igitur ita natus es, ut aiunt: & tu utiq;
ſpurius eſſes, quemadmodum gallus. Forſan autem & omnium pugnaciſ-
ſimus eris, propter hanc degenerationem. Et qui præterea mihi (inquit)
hoſtis erit reliquus, ſi cæpero eos quos dixi? Omniũ (inquit) inexpugna-

 bilisſimus,

biliſsimus, non Perſica neqꝫ Lydia utẽs lingua, quemadmodum(opinor) Darius, ſed Macedonica & Græca. Hîc ille perturbatus eſt, eratqꝫ anxius, ne forte quem noſſet in Macedonica, aut in Græcia, qui ſe ad bellum mouendũ præpararet. Et interrogauit: Quis ille meus hoſtis eſt in Græcia, aut Macedonia? Tú ne(inquit)ignoras præ omnibus, qui te putas ſcire? Ergó ne(inquit)tu non dices eum, ſed abſcondes? Iamdudum(inquit)dico, at tu non audis Nam tu ipſe tibi inimiciſsimus es, & maximus hoſtis, quãtiſper malus fueris, & ſtultus. Et hic(inquit)uir eſt, quem tu ignoras, ut neminem aliũ. Nemo enim inſipientiũ & prauorum ſemetipſum nouit. Neqꝫ
Noſſe ſeipſum. enim hoc unquã in primis mandaſſet Apollo, niſi eſſet difficilimũ unicuiqꝫ ſeipſum noſſe. An nõ inſipientiã reris eſſe maximũ atqꝫ extremũ inter omnes morbum, & nocumẽtum, ijs qui eam habent? & hominem quemlibet inſipientem, ſibijpſi nocẽtiſsimum eſſe? an nõ nocentiſsimũ unicuiqꝫ, quique plurimorum malorum cauſa ſit, inimiciſsimum unicuiqꝫ & maximum hoſtem eſſe confiteris? Ob hæc ſæui (inquit)& ſalia, meqꝫ omnium hominum ſceleſtiſsimum eſſe exiſtima, & conuicijs inceſſe apud omnes, & ſi tibi placet, etiam haſta transfige, quòd audieris ex me uno inter homines quæ uera ſunt. Et ſanè ab nullo alio hæc diſcere queas. Omnes enim ſunt peiores me, minusqꝫ liberi. Hæc autem dicebat Diogenes, pro nihilo quidem ducens, etiamſi quid paſſurus eſſet: porrò manifeſtè norat, eum nihil facturum. Sciebat enim Alexandrum ſeruum eſſe gloriæ, & nunquam peccaturum in ipſo. Dixit igitur, quod neqꝫ ſignum regium haberet. Et Alexander admiratus: Nón ne modò dicebas(inquit)quòd nihil opus ſit regi
Regia ſigna. ſignis? Ita per Iouẽ(inquit)ſed externis, tiara & purpura. In his enim nulla eſt utilitas. At ſignũ illud naturale omnino illi adeſſe oportet. Et quódnam illud eſt? inquit Alexãder. Id quod(inquit)inter maxima regi adeſt. An nõ audiuiſti, quòd rex ſit inter apes natura cretus, nõ ex genere hoc habens: ſicut uos dicitis, quòd ſitis ex Herculis genere? Quod ergo(inquit Alexander)illud ſignũ eſt tandẽ? Nõ audiuiſti(inquit)ab agricolis, quòd illa apis
Apum rex aculei expers. ſola aculeũ nõ habeat, quòd nullis nẽpe illi armis opus ſit aduerſus quenquã? Nulla enim aliarũ apum cum ea diſceptauerit de regno, neqꝫ ea pugnat cũ alia aculeũ habẽte. Tu uerò mihi uideris nõ ſolum deambulare, ſed etiã dormire in armis. Neſcis (inquit) ꝙ timidi hominis eſt, geſtare arma? Timidus aũt nullus unquã rex fieri poterit, nõ magis quàm ſeruus. Auditis his Alexander, parũ abfuit quin haſtam ex manu proijceret. Hæc autẽ dicebat Diogenes, adhortans eum, ut ſe potius tueretur beneficentia & iuſtitiæ ſtudio, quàm armis. Tu autem(inquit)& furorem in animo geris acutum, tam ſæuum & uiolentum aculeũ. Non tu igitur abiectis his quæ nũc habes, & breui ſumpta tunica, miniſtrabis te meliorib. ſed circũambulabis diadema geſtans deridiculum? Paulo pòſt autem fortaſsis & criſtam iacta-
Saccorum ludicrum. bis, & tiaram, quemadmodum galli. Non animaduertiſti Saccorum diem feſtum, quem Perſæ celebrant, quò tu nunc exercitum ducere te accinxiſti? Et ille ſtatim interrogauit, qualém nam diceret? uolebat enim omnes res Perſarum noſſe. Accipiũt(inquit)unum ex captiuis ad mortem, collocantqꝫ in regis thronum, & eundem illi dant ueſtitum, ſinuntqꝫ eum deliciari, & concubinis uti, illis regni diebus. & nemo illum uetat quicquã facere quæ uelit. Poſthæc autem exutum, uirgisqꝫ cæſum, ſuſpendunt. Cuius rei putas hoc eſſe ſignum, & quamobrem fieri apud Perſas? Nónne ideo, quòd ſæpenumero ſtulti homines & praui, talem poteſtatem & nomẽ adipiſcũtur, deinde aliquanto tempore ſuperbè uiuentes, turpiſsimè atqꝫ ocyſsimè perduntur? Proinde tunc, quum hominem tollunt ex uinculis,

ueriſimile eſt,fatuũ quidem & rei inexpertũ gaudere, & ſemet propter ea
quæ fiunt beatum prędicare:ſcientem aũt lamentari, & nolle ſponte ſequi,
ſed potius in cõpedibus(ut erat)manere uelle. Ne igit̃ prius,ô uaniſsime,
regnare coneris,ꝗ ſapere. Tantiſper aũt(inquit)melius eſt te nihil pręcipe
re,ſed ſolitariũ uiuere,renonem,ueſtemq; agricolæ durã, ad imbrium ma-
ximè effugiũ idoneã,indutũ. An tu(inquit)iubes renonẽ ſumere me, qui
ſum prognatus ab Hercule, & Græcorũ dux & Macedonum rex? Prorſus
(inquit)quẽadmodũ anteceſſor tuus. Qualis(inquit)anteceſſor? Arche
laus. An nõ paſtor caprarũ fuit Archelaus? Nónne uenit in Macedoniam, *Archelaus.*
pellens capras? Vtrũ igit̃ in purpura potius ꝗ in renone putas eum hoc fe
ciſſe? Et Alexãder lætatus eſt, & riſit, dixitq;: De ijs quæ ad oraculum atti
nent, dicis ô Diogenes. Ille aũt rigido uultu: Quale oraculũ, inquit? Me la
tet, niſi quòd paſtor caprarũ fuit Archelaus. At quũ diſceſſeris à faſtu, præ
ſentibúsq; rebus, eris rex, nõ ſermone forſan, ſed opere: & uinces non ſolũ
omnes homines, uerumetiã mulieres: quemadmodũ Hercules, quem tu in
maiorib. tuis numeras. Et ille, Quas mulieres? inquit. An conſtat(inquit)
quod dicas de Amazonibus? At illas(inquit ille)nõ erat difficile uincere:
de alio aũt genere dico, uehemẽti prorſus, & fero. An nõ Libycã fabulam
audiuiſti? Ille aũt negauit ſe audiuiſſe. Narrauit aũt illi poſtea prõptè & iu-
cundè, uolẽs illum cõſolari: quemadmodũ nutrices pueros ſolent, poſtquã
eis plagas impoſuerunt, cõſolari atq; benignè tractare. Fabulã illam in po-
ſteriorib. recitabo. Bene aũt noſti(inquit)quòd non prius eris rex, quàm
placaueris tuum Genium, eumq; cultum ut addecet oſtenderis principatu
dignum & ingenuum, regiumq;, & non qualem nunc habes ſeruum & illi
beralem atq; prauum. Hìc Alexander ſtupefactus ob hominis fortitudinẽ
& audaciam, exiſtimansq; eum plus quàm alios ſcire, multum ſumebat
operę, ſupplicans, ne grauaretur ullo modo, ſed diceret, quiſ nam eſſet ipſi
us Genius, & quomodo oporteret eũ placare. Sperabat enim ſe nomẽ Ge-
nij auditurum, aut ſacrificia quædã, aut purgationes, quas oporteret abſol
uere. Cernens igitur illum Diogenes perturbatum, & ualde animo ſuſpẽ
ſum, alluſit & circumiuit ſermone, ſi quo modo is poſſet remotus à faſtu &
gloria, paululum quid reſipiſcere. Etenim perſenſit eum nunc quidem lęta
ri, nunc uerò mœſtum eſſe eadem in re, illiusq; animum incerta ferri lege:
quemadmodum aerem in ſolſtitijs, quando ex eiſdem nubibus pluitq; &
ſplendet Sol. Intellexit autem eum & modum contemnere, quo cum eo di
ſputabat: utpote qui nunquam audiuiſſet uirum uehementem in dicendo,
ſed qui admiraretur ſophiſtarum ſermones tanquam excelſos & magnifi-
cos. Proinde uolens illi gratificari, ſimulq; demonſtrare, quòd non impo-
tens eſſet, eum tanquam equum docilem, & parentem, quando ſibi uidere-
tur, ſermone erigere, dicit illi ita de Genijs, quôd non ſint extra homines
tam praui quàm boni Genij, qui calamitates felicitatesq; illis adferunt. *Hominum*
Propria autẽ uniuſcuiusq; hominis mens, Genius eſt ipſius. bonus quidẽ *Genij.*
prudentis & boni Genius, prauus autem praui: ſimiliter uerô & ingenuus
ingenui, ſeruus autem ſerui. Et regius quidem regij & magnanimi, humi-
lis autem abiecti & ignobilis. Vt autem(inquit) non ſingula perſequẽs,
multis utar ſermonibus, dicam communiſsimos & manifeſtiſsimos Geni-
os, à quibus omnes(ut ita dicam)impelluntur tyranni & plebeij, & diui-
tes & pauperes, totæq; gẽtes & ciuitates. Hìc iam omnib. omiſsis, pulchrè
admodũ atq; excelſè intrepidèq; ſequentẽ abſoluit ſermonẽ. Iam olim pla-
nè(ô nate Philippi) omnib. in reb. plurima ſunt uicia, corruptiões q; homi-
nũ: & tãtæ ferè, quãtas recitare nemo queat. Reuera enim ſecundũ poetam,

Euripid. Oreſte.

Nullum adeò uerbum peßimum dici poteſt,
Nec paßio, nec calamitas diuinitùs
Immiſſa, cuius pondus hominis non ferat
Natura. ——

Viuẽdi rationes tres.

Tribus enim dominantibus (ut ita dicam) uiuendi rationibus, in quas maximè quamplurimi incidunt, non (per Iouem) cum ratione rebus conſideratis aut examinatis, ſed irrationabili impetu & fortuna appulſi: tot etiã dicendum eſt eſſe Genios, quos ſequuntur, quibusq́ inſeruiunt uulgares illi & indocti hominum cœtus, alius alij: ſicuti prauo duci & inſanienti, prauus & libidinoſus mulierculárum cœtus. Eſt autem harum, quas dixi, uiuendi rationum, una mollis & delicioſa circa corporis uoluptates: altera autem auara, & diuitiarum amans: tertia ambabus illuſtrior, magis que perturbata, ambitioſa & amans gloriarum, manifeſtiorem & uehemẽtiorem oſtendens perturbationem & inſaniã, decipiens hominem ut ſe putet alicuius eſſe honeſtæ rei amatorem. Age igitur, ſicuti ſciti opifices ad omnia breui applicant ipſorum conſiderationem & artem, non ſolum deorũ naturas effingẽtes humanis ſpeciebus, uerumetiam aliorum unumquodque, fluuiosq́ interdum pingentes uiris ſimiles, & fontes in muliebribus quibuſdam ſpeciebus, & inſulas & ciuitates, & alia ferè uniuerſa, qualem Homerus etiam auſus eſt effingere Scamandrum loquentem ſub aquarũ uortice. Et illi quidem uoces addere ſimulacris nõ poſsunt, ſpecies autem peculiares & ſigna ex natura ſumpta, ut fluuios iacentes, nudos, cana barba, multumq́ promiſſa, myrica aut arũdine coronatos. Proinde & nos, ne peiores uilioresq́ in ſermonibus uideamur quàm illi in ſuis artibus, fingẽdoq́ & aſsimilando mores triplicis Genij, triũ uiuendi rationũ diuerſam & contrariam qualitatem oſtendemus, ab experientia & diuinatione eorum qui Phyſiognomonici appellantur. Illi enim ex forma & ſpecie mores cognoſcũt & annũciant: nos autem ex moribus & operibus characterem formamq́ illis dignã trahemus, ſi fortè ita magis attingere queamus plurima & peruerſiora, ad demonſtrandum illarum uiuendi rationum abſurditatem. Neq; enim deforme neq; odioſum uideri debet, ſi cõparemur poetis & opificibus & purgatoribus: ſiquidem oportet conari, ut undiq; imagines & ſpecimina acquiramus ad abſterrendum à uicijs & erroribus, prauisq́ cupiditatibus, adq́ promouendum ad uirtutis amicitiam, uitæq́ amorem melioris. Aut, ut ſoliti ſunt quidam, qui initiationibus & purgationibus dant operam, ſeq́ Hecates iram dicũt placare uelle, innocuamq́ facere: deinde (opinor) multa & uaria ſpectra ante purgationes enarrant atq; oſtendunt. Eſto igitur auarus Genius, auri & argenti & telluris & pe-

Genius auarus.

corum & ædium & omnis poſſeſsionis amator. Nónne igitur tetricúsque & mœſtus aſpectu, inq; habitu humili & ignobili fingeretur ab opifice artis non ignaro? præterea ſqualidus & ſordidus eſt, neq; filios neq; parentes neq; patriam amans, neq; cognationem aliud quid exiſtimans quàm pecunias. Deos autem eſſe non amplius exiſtimat, niſi ſi multos illi & magnos theſauros commonſtrant, aut familiarium quorundam mortes & cognatorum, ut hæreditates adire poſsit. Dies autem feſtos damnum putat, & inanem ſumptum. omnis planè riſus expers eſt, metuit omnes, damnoſosq́ putat, & nemini credit, rapax quiddã obtuetũ: ſemper mouet digitos, aut ſuas ipſius ſupputãs facultates, aut alterius cuiuſpiã: cætera aũt ſenſu caret, & indoctus eſt: eruditionẽ & literas deridet, niſi quantũ ad ratiões & cõtractus faciũt. Cæci iurè & dicti pariter, & picti Pluti cæcior amator, rabioſus eſt erga omnes poſſeſsiões, nihilq́ putat reijciendũ. Non quemadmodum

modum Magnetem lapidẽ trahere ad ſe ferrum aiũt: ſed hic & æs & plumbũ attrahit, immò & arenã & lapidem, ſi quis det. Vbiq; & in omnibus propemodum utilius meliusq; putat habere, quàm non habere. Maximè autẽ in argenti poſſeſsione prudẽs eſt, & attentus, quod & ocyſsimè & abſq; impenſis maximè accedat, ſingulis diebus & noctibus greſſum promouens, & præueniens (opinor) lunæ curſus. Porrò inimicitias & odia & conuicia nuſquam curat. Præterea alijs poſseſsionibus fucum quendam & moram adhærere putat, argentum uerò compendioſè ualde diuitiarũ comprehendere uim. Id igitur inſequitur, & undiquaq; conquirit, nihil plane in ſe cõuerſus, neq; ſi cum iniquitate pareatur, niſi quantum pœnas metuit: hicq; tãdem ſibi uidetur ſecurior, ſuperatur ab timiditate: & ingratiſsimi habet hominis animum, hæc quidem rapientis ſpe fallendi, illa autem intuentis, illisq; abſtinentis inuitè propter aſtantes cuſtodes. Eſto ergo breuis uiſu, ſeruilis, peruigil, nunquam ſubridens, ſemper aliquem conuicijs inceſſẽs aut impugnans, lenoni maximè ſimilis & moribus & habitu impudẽti & lubrico, tinctum indutus palliolum, qualia meretrices ferunt quas nouimus. Genius autem turpis eſt & informis, ſuos ipſius amicos & ſocios ſeruosq; præcipuè & miniſtros mutilãs & deturpãs uſquequaq;, ſiue in plebeij quem habitu apprehenderit, ſiue in regis. An non multos ex regibus uidemus eſſe caupones, publicanosq; & lenones? Sed Eromona quidem atq; Sarabon, quòd Athenis cauponam exerceant, & ab Athenienſib. hoc nomine appellentur, iurè ita dicimus appellari: Darium autem illum ſuperiorem, quòd in Babylone & Suſis cauponam exercuerit, & Perſæ illum etiamnum cauponem uocent, iniuria ita uocatum putas? Proprium autem huic accidit præ cæteris Genijs, quod interdum quidem continet & uincit animum, interdum autem illi obſequitur: propterea quòd diuitiæ omnis concupiſcentiæ & ſtudij ſeruæ & miniſtræ ſint, nullamq; admittant tergiuerſationem. At ego nunc dico de eo ipſo, qui præſidet infelicis hominis cõſilio, neq; ad aliquam uoluptatem, neq; ad gloriam pecuniarum poſſeſsionem refert, neq; congregat ceu impendia facturus, aut ijs uſurus, ſed uinctas & infrugiferas cuſtodit opes, reuera clauſas in quibuſdam occultis & tenebroſis carceribus. Eſto autẽ iam ſecũdus uir, & Genius illius uiri qui uoluptatis profert Orgia, & hãc deã admiratur & honore afficit, ſupra modum muliebrem deam, uarius & multiformis, circa odoratum & guſtum inexplebilis: immò etiam (puto) circa omnes uiſiones & auditiones, quæcunq; ad uoluptatem aliquam faciunt, inexplebilis etiam tactus cuiuſque lenis & mollis, lauacrorumq; cotidie calidorum, immò binorum quotidie, & unctionum nihil facientium ad ſanãdos labores, inſuper & ueſtimentorum mollium. Ad uolutationes & accubitus ſtudioſè paratus, & miniſteria accurata iuxta omnem concupiſcentiam & uſum propenſus, & circa hæc omnia obſtupefactus, maximè autem & intemperantiſsimè circa rerũ Venerearum acutam & flagrantem inſaniam, fœmininarum & maſculinà tum commixtionum, & aliarum plurium infandarum & innominatarum turpitudinum. Ad huiuſmodi omnia ſimiliter ducitur, trahiturq;, nihil fugiendum aut non faciendum ducens. Nunc enim unum horum ponimus, qui omnes hoſce ſuſceperit morbos, animiq; intemperantias, ut non magnum aliquod coaceruemus examen quorundam adulterinorum Geniorum, uitæ & uini cupidorum, & aliorum ſexcentorum: ſed ſimpliciter unum Genium ponamus intemperatũ, & in ſeruitutem redactum à uoluptate. Cui ſi affluat alicunde ſubſtantia nunquam deficiens ad expenſas, ut regia, uel maxima quædam plebeia, in maxima & abundanti uolutatur libi-

Genius uoluptuarius.

dine uſꝗ ad ſenectutē. Sin minus, admodū citò conſumptis præſentibus, egenus fit intemperans & laſciuus, in penuria eum & deſiderio ualde grauiter concupiſcentijs relinquentibus. Si quos autē ille ex ſubiectis in muliebrem transformauit uitam & habitum, quemadmodum fabulæ aiunt quoſdam transformatos ex hominib. in uolucres aut beſtias, ſi conſequantur eiuſmodi uoluptatem deuicti, rurſus & hîc expenſis non parcitur. Imbecillis enim & timidus eiuſcemodi Genius, ad muliebres morbos, aliáſque turpitudines, quibus damnum adhæret & opptobrium, facilè adducit. Vbi autem quarundam uoluptatum pœnæ ſunt propoſitæ, moribus aut uinculis aut magnis pecuniarum mulctis punientes eos qui peccant, non ferè ad hæc procedit. Generoſior uerò & audacior, omnia ſimpliciter tranſgredi compellit, & humana & diuina. Cęterùm ille imbecillis & timidus illic inhærens, id genus turpitudinem confitetur, nullum attingens uirile negocium, ſed concedens communes & politicas actiones ijs qui melius uitam egerunt. Imptobus autem & immutabilis, poſtquam multas cōtumelias & turpitudines ſuſtinuit, teſta (quod aiunt) cadente, dux exercitus aut reipúblicæ adminiſtrator emergit, acutum & ſonorum inclamans, quemadmodum fabularum hiſtriones: abiecta interea muliebri, & arrepta militis cuiuſdam aut rhetoris ueſte, circumambulat ſycophanta, & terribilis ex aduerſo omnes intuetur. Nunquid igitur uirilis & honeſta ſpecies hunc talem Genium decet, & non potius languida & mollis? Proinde conuenientem illi habitum applicabimus, non illum quem ipſe ſibi fingens ſæpe induit, uirilem & terribilem. Præcedat igitur deliciarum plenus, unguentum & uinum exhalans, crocoton indutus, cum multo & inordinato riſu, ebrio aſsimilis, & comeſſanti totas díes laſciuèatꝗ petulanter, coronis quibuſdam marcidis coronatus caput, & circa collum, & obliquè incedens, ſaltanſꝗ & cantans muliebre & inconcinnum carmen. Ducatur autem à mulieribus impudentibus & laſciuis, quæ Concupiſcentiæ dicantur, alijs ad alia trahentibus: ille nullam earum reijciat, neꝗ eis contradicat, ſed paratus & promptus ſequatur. Illæ autem magno labore cum cymbalis & tibijs ducentes inſanientem illum, procedant. Is uerò ex medio illarum proclamet acutius & incontinentius. albus aſpectu, atꝗ delicatus, tempeſtatum & laborum inexpertus, inflectens collum, humidis oculis meretricum more obtuens, corpus ſemper aſpectans, animo prorſus neglecto, eiuſꝗ præceptis. Hunc ſtatuarius aut pictor effingere iuſſus, nō alteri facere poſſet ſimiliorem, aut certè regi Syriæ cum eunuchis & concubinis domi uiuenti, qui exercitum & bellum & forum omnino nunquam uidit. Horum autem dux ſit etiam error ualde ſpecioſus & efficax ad perſuadendum, ornatus mundo meretricio, ſubridens, & pollicens copiā bonorum, ut ſibi uidelicet aſſcribens felicitatem, donec non animaduerſus in barathrum coniecerit, inꝗ multum & ſordidum cœnum. illic deinde ſinit eum uolutari cum coronis & crocoto. Miniſtræ talis heri, & talia paſſæ, errāt in hominū uita, quæcūꝗ animæ ad labores quidē timidæ ſunt & impotētes: in ſeruitutem autem redactæ à uoluptatibus corporis, & deliciarum amantes, uitam turpem & probroſam non ſponte uiuentes, ſed in eam inductæ. Poſt hunc iam, quemadmodum in certamine Sphettiorū,

Genius ambitioſus

tertium ſermo inducit chorum (ut illic) nempe ambitioſum, non ſanè admodum alacriter præſens certamen certantem, tametſi contentioſus ſit natura in omnibus, & primas obtinere conetur: uerùm illi præſens iudicium non cōſtitutum eſt de gloria aut honore, ſed de magna iuſtaꝗ ignominia. Age uerò, qualem fingere debemus & habitū & ſpeciē ambitioſi Genij?

An

An conſtat, quòd alatum & uentis expoſitum, ſecūdum illius mores atq; cupiditates, cum uentis pariter ruentem, quales Boreæ filios excogitarūt & pinxerunt pictores, leues & ſublimes cum uenti flatibus currentes? At illi, ſi quando uellent, ſuam oſtendebant uirtutem, atq; cum alijs Heroib. in Argo nauigarunt, atq; alia effecerunt nulli cedentes. Ambitioſorum autem uirorum præfectus, ſemper eſt in ſublimi ſuſpenſus, neq; unquam cōtingit terram, aut aliquid humile, ſed excelſus & ſublimis fertur. Quando nactus fuerit ſerenitatem & tranquillitatem, aut Fauonium leniterſ ſpirantem, ſemper magis exultatq; & uadit in æthera ipſum. Et frequenter ſeſe in tenebroſa abſcondit nube, concurrente aliqua ignominia & timore à uulgaribus hominibus, quos ille colit & honorat, & felicitatis ſuæ dominos eſſe demonſtrat. Non ille quidem, quod ad ſecuritatem attinet, aſsimilari poteſt aquilis, neq; gruibus, neq; alij uolucrum generi: ſed magis eum dicas eſſe ſimilem Icari, uiolento & innaturali uolatu, quem Dędalus inſtituerat artificio ſanè acuto, ſed impoſsibili. Quapropter ob iuuentutē & iactantiam, cupiens etiam aſtra tranſcendere uolatu, modicum quidem temporis conſtitit: laxatis autem uinculis & cera defluente, cognomen ab hoc facto, mari præbuit, ubi interijt decidens. Ita & ille imbecillibus & reuera leuibus ſe credens alis, puta honoribus & opinionibus, ab hominib. uulgaribus caſu exortis, periculoſè & inſtabiliter fertur, hominemq; fert ipſius amatorem & miniſtrum, nunc quidem excelſum & beatum multis apparentem, mox rurſus autem humilem & miſerum, qui tamen ſibiipſi maximè primus uideatur. Si cui uerò non placet, illum alatum excogitare & facere, ille aſsimulet eum difficili & uiolentæ Ixionis reuolutioni & neceſsitati, rotæ cuiuſdam impetu in orbem tracti atq; rotati. Neq; enim abſonum, neq; multis res indiget ſapientibus ſcitisq; fictionibus. Eſſet autem rota comparata gloriæ, motu & mutatione facillimè in orbem currēs. In circumferentia uerò omnifarias figuras cogeret animam recipere: magis quàm figulorum rota, ea quæ ſuper eam fingunt. Talem igitur hominem uolutum ſemper, & circumrotatū, adulatorem populorum & turbarum in concionibus, in oſtentationibus regum, aut tyrannorum amicitijs & culturis, quis non miſeraretur ob hanc naturam & uiolentiam? Non loquor autem de hoc, quicunq; ab optimo pręfectus, magnam hominū multitudinem perſuaſione & ſermone, cum beneuolētia atq; iuſtitia conatur dirigere, & ad meliora promouere. Habeat iam & hic Genius finem, ne ueſtes formasq; illi apponentes, alijq; conuenientia, multos & infinitos adferamus ſermones. Eſſent autem illius mores (ut breuibus comprehendā) contentioſi, fatui, futiles, ſuperbiæ & æmulationi atq; omnib. huiuſmodi ſæuis & feris affectionibus proximè accedentes. Omnia enim hęc incōmunicabilia & fera, ſæuaq;, omnino neceſſe eſt ambitioſam animam cōſequi: præterea & ipſum multo magis uacillare, & incompoſita habere conſilia, utpote incompoſito ſeruientem & adhærentem negocio, crebrius contineñtiusq; quàm uenatores aiunt, gaudentem, rurſusq; affectum ægritudine. Illis enim illud accidere maximè ſolere aiunt, uiſa & perdita præda. Ita hic quando magni fit, laudesq; illi obtingunt, animus eiuſmodi hominis creſcit & pullulat, & admirandam habet magnitudinem: quemadmodū Athenis aiunt ſacrum oliuæ ramū in una die pullulaſſe, maximumq; factū. mox autem rurſum contrahitur ac dejcitur, & deficit, quum uituperium aliquod acciderit, aut ægritudo. Error autem etiam hūc Genium comitatur omnium probabiliſsimus. Non enim, ut illi auari & uoluptuoſi nihil potuerunt magnificum ſermone polliceri, neq; quod ad honeſta & magnifica

Icarus.

Icariū mare.

Ixionis rota.

fica promouerent eum quem ſeducerent, ſed ſolummodo bonum nomen
ſucclamauerunt. adiunxeruntq́ꝫ, ita & hic ſe habet: immò hic uerberib. pro
pellens, & præſtigijs illudens, ait eum rei eſſe honeſtæ ſtudioſum, & quaſi
ad uirtutē quandam bonamq́ꝫ famam refert gloriam. Atqꝫ hîc iterum peri

Ixionis cū Iunone concubitus.

culum erit, ne in Ixionis fabulam incidat. Quippe illum aiunt concupiſcē-
tem beatas Iunonis nuptias, cum nube quadam coiſſe tenebroſa & obſcu
ra, inutilesq́ꝫ & portentoſos generaſſe filios, nempe Centaurorum genus
uarium & commixtum. Qui enim deſiderio bonæ famæ oberrat, cum'que
gloriæ cupiditate negocium habet, non animaduertit quod reuera cū nu-
be, loco diuinæ & honeſtæ coitionis, negocium habeat. Ex tali autem coi-
tu, talibusq́ꝫ nuptijs, nunquam quicquam utile aut frugiferum naſci po-
teſt, ſed admiranda & irrationabilia, non diſsimilia centauris, nempe rhe-
torum quorundam ciuiles orationes, aut commentaria ſophiſtarum. Ho-

Rhetores et ſophiſtæ hoſpitū ſeductores.

ſpitum enim ſeductores ſunt & rhetores & ſophiſtæ. Hoc autem dico, di-
ſtinguens duces exercituum, ſapientesq́ꝫ & politicos uiros à iam dictis.
Hi omnes illi genio attribui digni ſunt, & in illius parte atqꝫ ſocietate nu-
merari. Et nunc ita quidem recitaui eos qui ab unoquoqꝫ dictorum ge-
niorum impelluntur. Sæpe aūt & duo, aut omnes tres, unū atqꝫ eūdem ſor-
titi ſunt, contraria inuicem agentes, & interminantes, ſi non obediat, ma

Geniorum diuerſorū in uno homine uexando intemperies.

ximis quibuſdam mulctare damnis. Voluptuoſus enim prodigere ad uo-
luptates iubet, & neqꝫ auro neqꝫ argento, neqꝫ alij rei ulli pàrcere: eregio-
ne rurſus auarus & parcus non ſinit, ſed retinet & minatur, ſi illi obtempe
rauerit, ſe eum fame & ſiti, & omni paupertate egeſtateq́ꝫ perditurū. Rur-
ſum autem & ambitioſus conſulit & hortatur facultates exponere hono-
ris gratia: ille autem & cum hac pugnat, & gradum confert contrariū. Por-
rò uoluptatis amicus, & gloriæ amicus, nuuquam poſſunt concinere, neqꝫ
idipſum dicere. ille enim contemnit gloriam, & nugas eſſe arbitratur, &
Sardanapali ſæpe obijcit carmen:

Hæc habeo, quæ edi, quæq́ꝫ hauſit blanda libido,
Cætera ſunt uerò cuncta relicta bona.

Et mortem præſertim ſemper ante oculos oſtēdit: qua ingruente, nullius
rei ſuauis amplius poſsit eſſe particeps. Ambitioſus autem ducit & retra-
hit à uolupiatibus, opprobria & conuicia interminans. Non habens ille
quid faciat, quoqꝫ ſe uertat & occultet, aufugit ſæpe in tenebras, & conat̃
latêre, & alteri (genio) gratificari & miniſtrare: alter autem reuelat, & in
medium ipſum protrahit. Animum igitur ita huc illuc raptū, tractumq́ꝫ,
ſemperq́ꝫ ſecum pugnantem, aſsiduaq́ꝫ uerſantem in ſeditione, in omnem
infelicitatem peruenire neceſſe eſt. Quemadmodum enim morbi ſemet im
plicantes, & inter ſe contrarij, difficilem ferè & ambiguam faciunt medelā:
haud alio (opinor) modo fieri neceſſe eſt, cum commixtis animi & implica
tis in idipſum affectionibus. Sed iam hinc tranſeuntes, puram & melio-

Bonus Genius.

rem, quàm prior eſt, harmoniā, bonum nempe & modeſtum laudibns ce-
lebremus genium, Deumq́ꝫ. Quicunqꝫ illum bona aliqua fortuna nacti
ſunt, eruditionis ſanæ, & rationis, ita uolentibus fatis, participes fiunt: &
hoc quidem illis ita fato à dijs conſtitutum eſt.

FABVLA LIBYCA. V.

FAbulam Libycam componere, & in huiuſmodi conterere in-
duſtriam circa orationes conceptam, non fauſtum quidem eſt
(non enim eſt eorum qui moderatiſsimorum hominum imita-
tores eſſe cupiunt) tamen non abſtinendum à talibus, contem-
ptu quodam garrulitatis. Forſan enim & nobis aliquando utilitatē ea non

contem-

contemnendam præbere poſſent, tracta eò quò oportet, & comparata
ijs quæ exiſtunt, & ueris. Hæc autem potentia, hicq; conatus perſimilis eſt
agricolarum induſtriæ circa plantas, ſi quidem idoneo modo fiat. Illi enim
interdum infructuoſis & agreſtibus imponẽtes & inſerentes mitia & fru-
ctuoſa, utilem pro inutili, & frugiferam pro infrugifera plantam efficiũt.
Ita etiam infrugiferis nugamentis, utilis inſerta oratio & commoda, neq;
illa ſinit incaſſum eſſe dicta. Forſitã autem & primi qui hæc compoſuerũt,
ad aliquid tale compoſuerũt, ænigmatibus & translationibus utentes, il-
lorum gratia qui rectè coniectare poſſunt. Et hoc eſto procemium (ut ait
quidam) legis. Reliquum eſt, ut ipſa lex aut fabula dicatur & cantetur,
quali nam imagini aſsimilemus concupiſcentias. Dicitur enim olim ali
quando fuiſſe quoddam beſtiarum genus ſæuum & agreſte, plurimùm &
maximè prouenięs in deſertis Libyæ. Hæc enim regio etiamnum uidetur
omnifarias ferre animalium naturas, reptilium & aliarum beſtiarum. Ac
inter eaſdem eſſe & hoc genus, de quo nunc ſermo eſt, compoſitam habẽs
corporis formam propemodum ex uehementer diſcrepantibus, omnino
abſurdam. Errare autem ipſum uſq; ad mare in Syrtim ferunt, cibi gratia.
Venari enim & alias beſtias, & leones & pardales, ſicut illi ceruos & aſi-
nos agreſtes, oueſq;: maxime autem lætari hominum captura, quorum gra
tia etiam loca habitata adire uſq; ad Syrtim. Eſt autem Syrtis, ſinus maris, *Syrtis Libyæ.*
plurimùm in regionem incurrens, atq; trium dierum nauigatione illò (a-
iunt) abſq; impedimẽto nauigatur. Ingreſsis autẽ, iam nõ patẽre egreſsũ.
Breuia enim & bimares loci, & uincula longa, in longitudinẽ uſq; magnã
pertinentia, omnino difficile & inuium efficiunt pelagus. Neq; enim alue-
us maris in illis locis purus eſt, ſed locus concauus & arenoſus intro ſuſci
pit pelagus, nihil habens ſolidum. Vnde, puto, magni acerui & aggeres a-
renarum in illo fiunt, quemadmodum in regione hac contingit à uentorũ
flatibus, illic autem magis à fluctuationibus. Sunt autem & omnia ferè in
circuitu eiuſmodi deſerta nempe, & arenarũ acerui. At enim naufragos à
mari aſcẽdẽtes, & ſi quos Libycorũ ex neceſsitate diſcurrere aut errare cõ
tigerit, illæ beſtiæ rapiũt, ſubitò apparentes. Natura aũt corporis ipſarũ &
forma talis eſt. facies eſt muliebris, & qualis ſpecioſiſsimę mulieris eſſe po
teſt: mamillę aũt & pectora & colla pulcherrima, qualia nulla uirgo mor-
talis habere poſsit, neq; adultæ nymphæ, neq; fingens neq; pingens quiſq;
poſsit exprimere. Cutis nitor clariſsimus eſt, & hilaritas ex oculis & deſi-
derium animis incidit, ſimulac eas quis aſpexerit. Reliquũ autẽ corpus du
rum, & infractum ſquamis: & omne quod deorſum uergit, ſerpẽs eſt. Ex-
tremum autem caput ſerpentis, ualde impudẽs. Ipſæ autem beſtiæ non di-
cuntur naſci alatæ, quemadmodum Sphinges: neq; colloqui poſſe, ut illæ,
neq; aliam emittere uocem: ſed ſibilare tantum, ut dracones, acutiſsimè.
Eſſe autem omnium pedeſtrium uelociſsimas, ut nemo ferè eas queat effu
gere: & alia quidem animalia robore uincere, hominem autem deceptio-
ne, oſtendentes pectora & mamillas, ſimulq; aſpicientes. Incantare autem,
& uehementem eas coitus inijcere deſiderium. & nonnullos accedere ad
eas tanquam ad mulieres: illas autem ſubſiſtere quietè, & ſæpe in terram
oculos deijcere, imitantes mulierem honeſtam. Propinquum autem iam
factum corripere. Habere enim & beſtiales manus, quas abſcondant inte-
terea. Serpens igitur confeſtim mordens, occidit ueneno: cadauer autem
deuorant ſimul & ſerpens & altera beſtia. Hic igitur apologus, non ſanè
pueri cauſa confictus, ut minus ſit temerarius & immodeſtus: ſed maiorũ
gratia, & perfectiorem inſipientiã habentium, à nobis huc adductus, for-

Concupiſcentiarũ typus. ſan ſufficienter demonſtrare poterit, quale nam ſit concupiſcentiarum genus, quòd nempe ratione careant, ſintq́ beſtiales. Deinde uoluptatẽ quandam oſtendentes, adducentesq́ fatuos deceptione & præſtigijs, miſerrimè atq́ luctuoſiſsimè diſperdant. Hinc timendum eſt, ante oculos hæc habentibus nobis (quemadmodum faciunt nutrices, quando pueri extra legitimum tempus, cibum, aut ludum, aut aliud quid appetunt) quando cibum, aut pecunias, aut rem uenereãm, aut gloriam, aut etiam aliquam uoluptatem amamus, ne quando accedentes ad aſtutas illas, corripiamur ab illis ad interitum, perditionem que omnium turpiſsimam. Etenim reliquam fabulæ partem huc adaptare nõ graue eſt homini loquaci, & plus ocij quàm oportet agenti. Apponunt enim, quòd rex quidã Libyæ conatus ſit exterminare hoc genus beſtias, ægrè ferens populi perditionem. Etenim iam multas illic habitare cœpiſſe, & ſaltũ ſupra Syrtum apprehendiſſe, denſum & immitem. Collecto igitur magno exercitu (eas enim non potuiſſe latere propter ſerpentum tractus, odoremq́ inde grauẽ erumpentem) ſalruiq́ undiq́ circumdato ignem inieciſſe, relictasq́ illic iſta perijſſe unà cum catulis. Quo facto, Libyes fugiſſe uelociſsimè à regione illa, neq́ noctu neq́ interdiu ſumpta requie: donec ſe multum promouiſſe exiſtimantes, exonerati quieuerũt propter fluuium quendam. Beſtiæ autem quæcunq́ abfuerant in uenatu, ſimulac citò ſenſerunt luſtra ſua perdita, perſecutæ ſunt exercitum uſq́ ad fluuium: & partim quidem ſommo oppreſſos, alios autem defeſſos à labore perdiderunt uſq́ ad unum. Et tunc ita illi (Regi) conatum fuiſſe irritum, in huius generis perditione. No

Hercules. uiſsimè autem Herculem, omnes terras repurgantem à beſtijs & tyrãnis, etiam illuc perueniſſe, locumq́ illum cõbuſsiſſe: elapſasq́ ex igne, partim claua percuſſas interfeciſſe, quæcunq́ uidelicet pariter incedebant: aufugientes autem, ſagittis. Fabula igitur forſan obſcurè loquitur, dicens quòd inter uulgares homines, ſi quis conatus eſt ſuũ repurgare animum, quemadmodum inuium plenumq́ aliquem ſeuis beſtijs locum, expellens perdensq́ concupiſcentias: deinde ſperans ſe liberatum, atq́ effugiſſe, nõ ſtrenuo uſus curſu, paulo pòſt à relictis cupiditatibus perditur, corrumpiturq́. Herculem autem Iouis & Alcmenæ filium, rem aggreſſum, ſuumq́ reddidiſſe animum purum atq́ manſuetum. Et hoc ipſum indicare uelle, terræ manſuefactionem. Vultis nunc, modicum quiddam & ex iuniorũ ſermonibus pro auctario fabulæ addamus? Ita enim omnino illi eam credunt & arbitrantur eſſe ueram, ut tandem aliquando dicant, hoc genus apparuiſſe Græcis ad Hammonis templũ euntibus, deumq́ cõſulturis, cum magnis copijs equitum & ſagittariorum conductis. Viſum enim illis eſſe, ſuper quendam arenarum tumulum ſediſſe mulierem, ſupernè renonem indutam, ut Libyſſæ ſolent. Oſtẽdiſſe autem pectus & mamillas, collumq́ infregiſſe, & pòſt aſſumpta ex quodam uico meretrice quadam, ſic iuiſſe ad turbam. Duos uerò adoleſcentes forma illius ſtupefactos, adiſſe eam: & alterum quidem præueniſſe. Beſtiã autem eum apprehẽſum traxiſſe in arenæ locum cauum, & comediſſe. Porrò alium adoleſcentem cunctantem ſpectaſſe, & exclamaſſe, atq́ ita ſuccurriſſe reliquam multitudinem. Beſtiam autem impetum feciſſe in adoleſcentẽ, prætenſo ſerpẽte: eoq́ occiſo, receſſiſſe cum ſibilo. Cadauer aũt inuentum eſſe, iam marcidum atq́ putreſcens: Libyesq́ uiæ ductores non permiſiſſe tangi cadauer, quaſi omnes inde forent perituri.

DIOGENES, AVT DE TYRANnide. VI.

DIOGENES Sinopenſis, poſtquam fugit ex Sinope, perueniens in Græciam, uiuebat nunc quidem Corinthi, nūc autem Athenis. Dicebat autem, ſe imitari regis Perſarum uiuendi rationem. Quippe ut ille hyeme quidem in Babylone & Suſis, interdum autem in Bactris, in ſereniſsimis totius Aſiæ locis, æſtate autem in Ecbatanis Medicæ prouinciæ uiueret, ubi ferè ſemper aer frigidiſsimus eſt, ſimilisꝗ æſtas hyemi circa Babylonem: ita etiam ſe mutare habitationē, iuxta anni tempora. Atticam enim regionem neꝗ montes habere magnos, neꝗ flumina irrigantia, quemadmodum in Peloponneſo & Theſſalia. Eſſe enim regionem mollē, & aerem leuem, ut neꝗ crebrò pluat, neꝗ aqua diu ſubſiſtat, ſed abſorbeatur. Circumdari autē propè omnē mari, unde & nomen acceperit, quaſi ἀκτὴ quædam, hoc eſt, littus ſit. Alteram autem cōtrà, in humili ſitam, adꝗ merdiem. Signum autem huius eſſe, quòd ſoluētes à Sunio, in Piræeū, non aliter poſsint appellere, niſi Auſtro flante. Meritò igitur hyemem in Corintho mitem fieri, & æſtatem uētis temperatam, propter ingredientes ſinus, ſemper ferè uentis illic coeuntibus. Idꝗ etiam Acrocorinthus efficit, & in ea parte magis qua ad Lechæum & ad Arctūm declinat. Multo pulchriores autem eſſe has ciuitates, quàm Ecbatana & Babylonem: multoꝗ meliꝰ Craniū & Athenis arcem ueſtibulumꝗ Mineruæ conſtructa eſſe, quàm illic domum regiam. Sola autem magnitudine eſſe inferiores (has ciuitates). Et quidem ducenta ſtadia conficere circuitum Athenarum, adiuncto Piræeo & mœnibus intermedijs ad urbis ambitum. Olim enim etiam hæc uniuerſa habitata fuiſſe, ita ut dimidium Babylonis habeāt Athenæ: ſi modò de Babylone uera ſunt quæ dicuntur. Sanè quod ad portuum pulchritudinem, præterea & ſtatuas picturasꝗ, & aurum & argentum ac æs, nomiſmataꝗ & ſupellectilem, ac ædium apparatum attineat, uincere quidem ea quæ ibi ſunt: uerùm ſe non multum curare huiuſmodi. Porrò uiæ longitudinem illi, ut redire poſsit, ualde magnam eſſe. Namꝗ illi in uia tranſigendam eſſe ferè æſtatis & hyemis maiorem partem: ſe autem in propinquo diuertentem Megaris, poſtridie admodum facilè Athenis eſſe poſſe, ſiquidem uelit uerſus Eleuſinem: ſin minus, breuiore uia per Salaminē, & deſertas ſtationes eūtem, ut hac etiam parte regem ſuperet, magisꝗ deliciet: melius enim ſibi habitationē eſſe præparatā. Hæc ille ſolebat quidē ludēs dicere: attamen oſtendebat admirantibus Perſæ diuitias, iactatamꝗ illam felicitatem, quòd illius res non tanti eſſent, quanti æſtimarentur. Partim enim ad nihil eſſe utiles, partim autem licere ſimilia & ualde pauperibus facere. Neꝗ enim ille (ut exiſtimarunt nonnulli inſipientium) nullam gerebat corporis curam. Sed illi quum uiderent eum frigus pati, atꝗ ſub dio dormire, & ſitire frequenter, putabant nullam ualetudinis uitæꝗ habere rationem. Ille uerò talia patiens, magis quàm qui ſemper pleni ſunt, magisꝗ quàm qui domi manent, & nunquam frigus neꝗ æſtum experiunt, & bona ualetudine fruebatur, & uiuebat. Præterea iucundius apricabatur in ſole, cibumꝗ ſumebat iucundius. Maximè uerò temporum quoꝗ plus quàm alij mutationibus gaudebat: & nūc quidem delectabatur æſtate ineunte, quando iam diſcuteretur aer frigidus: neꝗ contriſtabatur ea deſinēte, utpote à feruore liberatus uehementi. Temporibusꝗ ſe accommodās, paulatimꝗ illis aſſueſcēs, abſꝗ moleſtia perueniebat ad alterutram hyper-

Diogenes cur diuerſa loca occupare ſolitus.

Athenarum ambitus.

Babylon.

Diogenis uiuēdi ratio cuiuſmodi.

bolem Supramodum autem uel umbra, uel tegumento rarò utebatur, præ
occupans opportunitatem. Neq; ſe gerebat quemadmodum alij homines,
quibus quia ſemper licet ignem accendere, copiamq; habent ueſtium, ha-
bentq; ædes, ſi uel modicum ſentiant frigus, continuò aerem fugiunt, cor-
poraq; faciunt inutilia & impotentia ad hyemem perferendam: quando au
tem æſtate illis licet calore uti abundãti, ædes ſubeunt, bibuntq; uinũ quan
tum libet: propter hoc ſolis inexperti degunt, inexperti quoq; ſeparatæ a-
ctionis ſecundum propriam naturam, aeremq; fugitant, non minus quàm
mulieres, corpora habentes laborum inexpertia, molliaq;, replentes ani-
mos crapula atq; obliuione. Vnde etiam machinantur ſibi prauas cauſas,
atq; balneas. Hanc obrem in una eademq; die ſæpenumero indigent uen-
to, indigent ueſte, indigẽtq; pariter niue atq; igni. Et quod omnium eſt ab-
ſurdiſsimum, concupiſcunt famem & ſitim. Cumq; ſint libidinoſi, nullam
ex uenere capiunt uoluptatem, eo quòd non expectent naturalem & tem-
peſtiuum appetitum. Vnde quærunt ingratas & iniucundas uoluptates.
Fames opt. ob- Ille autem fame & ſiti utebatur ante cibum ſemper, & exiſtimabat hoc eſſe
ſonium. aptiſsimum & acerrimum opſoniorum. Quapropter iucũdius comedit of-
fam, quàm alij precioſiſsimos cibos: iucundiusq; bibit fluentem aquam,
quàm alij uinum Thaſium. Deridebat autem eos, qui quum ſitirent, præ
terirent fontes, quærerentq; unde omnino emerent Chium, uel Lesbium:
& multo hos dicebat eſſe inſipientiores iumentis. Illa enim nunquam, quũ
ſitiunt, fontem aut fluentum purum præterire: neq; quum eſuriunt, abſti-
nere à tenerrimis folijs, & herba quæ poſsit nutrire. Domos aũt ſe habere
dicebat in omnibus ciuitatibus apertas, nẽpe templa atq; gymnaſia. Veſtis
autem una ſufficiebat ei & hyeme & æſtate. Aerem enim facilè ferre pote-
rat, utpote qui aſſueuiſſet. Pedes autem nunquam uelauit. Neq; enim aie-
bat eos eſſe delicatiores oculis & facie. Etenim hęc quum infirmiſsima ſint
natura, maximè tamen frigus ſuſtinere, eo quòd ſemper nudentur. Neq; e-
nim eſſe hominibus poſsibile, ut oculis obligatis incedant, quemadmodũ
pedibus. Dicebat autem, diuites ſimiles eſſe nuper natis infantibus: ſem
per enim eos indigere faſcijs. Pro quo autem maxima homines habent ne-
gocia, plurimasq; expendunt pecunias, multæq; uaſtatæ ſunt ciuitates,
& cuius gratia multæ gentes miſerabiliter perierunt, illud illi minimo ſum
ptu & pecunijs conſtabat. Neq; enim uſquam illi eundum erat ob rem ue-
neream, ſed iocans dicebat, ubiq; ſibi adeſſe uenerem gratis. Et poetas mẽ-
Venus aurea. tiri aduerſus deam, propter ſuam ipſorum intemperantiam, quum auream
uocarent. Quoniam autẽ multi hoc non credebant, in propatulo ea uteba
tur, atq; omnibus uidentib. dicebatq;: Si homines ita fuiſſent animati, nun
quã capta eſſet Troia: neq; Priamus Phrygũ rex, prognatus à Ioue, ſuper
Iouis arã eſſet interfectus. Achiuos uerò ita uideri inſipiẽtes, ut & mortu-
os exiſtimarint indigere mulieribus, & Polyxenã occiderint ſuper Achil
lis ſepulchrũ. Dicebat aũt & piſces nõnihil prudentiores apparere, q̃ ho-
mines. Quũ enim illis opus eſt, ut ſemẽ emittant, egredi & affricare ſeſe ad
aſpera. Et ſe homines admirari, ꝙ pedẽ nolint dato argento fricari, neq; ma
num, neq; aliã corporis partẽ, neq; ualde diuites huius expenderent cauſa
ne drachmã quidem. Vnã aũt illã corporis partẽ fricari multis talentis, nõ-
nullos autem & anima ipſa comparare. Dicebat aũt iocans, & coitum hũc
inuentum eſſe Panos, quando amatam Echo non potuit comprendere, ſed
errauit in montibus noctes ac dies. Tunc Mercurium docuiſſe eum, miſe-
rantem ſcilicet eius deſperationem, ut ſui filij. Qui poſtquam didicit, libe-
ratus eſt ab ea miſeria. Ab illo deinde didiciſſe paſtores, atq; eo uti. Talia in

terdum

terdum dicebat, deridens alios inflatos, fatuosq;. Maximè autem uitupera
bat ſophiſtas, qui honeſti uideri uellent, ſeq; plus alijs ſcire putarent. Dice
bat autem, propter molliciem homines miſerius uiuere quàm beſtias. Illas
enim aqua uti in porum, in cibum autem herba, & multas earum nudas eſ-
ſe per annum, & nunquam ſubire tectum. Igne autem nihil utentes, par-
tim quidem ſi nemo occidat, tantum uiuere temporis, quantum natura cui
que conſtituit: partim uerò fortes, beneq; ualentes, ſimiliter omnes dege-
re. Nihil autem prorſus opus habere medicis, neq; pharmacis. Homines au
tem ita planè uitæ amantes, plurimaq; ſtudioſè excogitantes pro mortis di
latione, permultos quidem neq; ad ſenectutem peruenire: uiuere autē mor
borum plenos, quos nec nominare facile: terram autem illis non ſufficere
ad præbenda pharmaca. indigere autem & ferro & igne, neq; tamen eos ſa
nari poſſe neq; à Chirone, neq; ab Aeſculapio, neq; ab Aeſculapij nepotib.
propterq; ſuam ipſorum prauitatem atq; intemperantiā nihil illis prodeſſe,
neq; diuinorum diuinationes, neq; ſacerdorum purgationes. Conuenire
autem eos in ciuitates, ne qua ab externis iniuria afficiantur: deinde eregi-
onè ſeſe iniuria inuicem afficere, & peſsima quæq; operari, quaſi ad hoc i-
pſum conuenerint. Eapropter putabat & Fabulam dicere, quòd Iupi-
ter Prometheum puniret, ob inuētionem & traditionem ignis, quòd nem
pe hic cauſa ſit & occaſio hominibus molliciei & deliciarum. Neque e-
nim Iouem odiſſe homines, neq; illis inuidere quicquam boni. Quum au-
tem quidam diceret, hominem non poſſe uiuere ſimiliter ut alia animalia,
propter carnium teneritatem, eoq; quòd nudus ſit, neque pilis tectus, quē
admodum multæ beſtiæ, neq; pennis, neq; pellem fortem indutus: ad hæc
contradicebat: Quòd ita teneri eſſent, id propter uiuendi accidere rationē.
fugere enim eos ferè ſemper à ſole, fugere & à frigore: corporis autem
nuditatem nihil adferre moleſtiæ. Monſtrabat autem & ranas, & alia
non pauca animalia longè homine teneriora, longeq; nudiora: & quędam
ex his tamen ſuſtinere nō ſolum aerem, uerùm etiam in frigidiſsima aqua
uiuere poſſe hyeme. Monſtrabat quoq; ipſorum hominum oculos atq; fa-
ciem nihil indigere tegumento. In ſumma autem, nullo in loco animal na-
ſci, quod non in eo uiuere poſsit. Aut quomodo conſeruati eſſent primi il-
li nati homines, quū neq; ignis uſus eſſet, neq; domorū, neq; ueſtimentorū,
neq; alius cibi q̃ ſponte nati? Aſtutiam autē poſterioribus, & quòd multa
inuenerint machinatiq; ſint ad uictum, nihil prorſus conferre. Neq; enim
ad fortitudinem, neq; ad iuſticiam homines uti ſapiētia, ſed ad uoluptatē.
Perſequentes igitur ſuauia, ſemper uiuere iniucūdius & laborioſius: & uo
lentes uideri prouidentiam gerere ſui ipſorū, peſsimè perire, propter mul-
tas curas, multamq; prouidentiam. Atq; ita Prometheum iuſtè dici alliga
tum petræ, eiusq; iecur deuorari ab aquila. Quæcunq; ergo magno con
ſtabāt, indigebāntq; negocio atq; miſeria, illa auferebat, utentibusq; noxia
eſſe affirmabat. Quæcunq; autem facile licebat, nulloq; negocio ſubmini-
ſtrare corpori, & aduerſus hyemem & famem, & ad ſaturandum quemuis
corporis appetitū, nō prætermittebat illorum quicquam: ſed & locos eli-
gebat ſalubres potius quàm inſalubres, & immunitos unoquoq; tempore.
Et ut cibum ſufficientem haberet, curabat, & ueſtem mediocrem. A nego
cijs uerò, & cauſis, contentionibusq; & bellis atq; ſeditionibus, longè ab-
erat. Et maximè imitabatur deorum uitam. Illos enim ſolos ait Homerus
facilè uiuere: quaſi homines laborioſè & difficulter uiuerent. Similia autē
dicebat & beſtias facere. Ciconias enim locis calidis in æſtate relictis, in
aerem temperatum ſe conferre, & inibi commoratas quantum libuit tem-

Homines beſtijs miſerius uiuere, propter molliciē.

Promethei pœna.

Hominum teneritas unde.

Promethei pœna.

Deorum uita.

poris,deinde agminatim recedere,hyemem fugientes.Grues autem adue
nire ad ſementem,quòd hyemem mediocriter ferre poſsint, & cibi gratia.
Ceruos uerò,& lepores,frigoris tempore in campos & caua loca ex mon-
tibus deſcendere,atq; inibi ſeſe ſubmittere locis mitibus,& minimè uento
ſis:æſtus autem tempore diſcedere in ſyluas, regionesq; Boreæ expoſitas.
Quum uideret autem alios homines totius uitæ tempore perturbari,om-
nesq; ſibi inuicem inſidias ſtruere,ſemperq; in plurimis uerſari malis:nun
quam etiam poſſe quieſcere,neq; in ſacris menſium ſolennitatibus,neque
quum inducias pacti ſunt:& hæc uniuerſa ob aliud nihil uel facere uel pa
ti,quàm ut uiuere poſsint(nam maximè reformidare,ne quando ipſos de-
ficiant,quæ dicuntur neceſſaria)præterea ſollicitos eſſe, & quærere,ut ſu-
is liberis multas relinquant pecunias: admirabatur quòd ipſe nihil tale fa
Diogenis libertas. ceret,ſed ſolus inter omnes liber eſſet,nemoq; alius intelligeret ſummam
ipſius felicitatem.Quare iam nolebat cum Perſarum rege comparari:mul
Regis Perſarũ miſeria. tum enim aiebat intereſſe.Illum enim eſſe omnium miſerrimum, timentē
in tanta auri copia paupertatem,timentem morbos:nec tamen morbidis
abſtinere poſſe,conſternatum ad mortis memoriam,exiſtimantē omnes ſi-
bi ſtruere inſidias,uſq; ad liberos & fratres.Propterhæc aũt,neq; ueſcentē
lætari,etiã ſi ſuauiſsima ſint parata,neq; bibentē obliuiſci rerum moleſta-
rum:nullam quoq; diem facilè tranſigere, in qua non uideatur grauiſsima
pati:& nunc quidē ſobriũ concupiſcere ebrietatem, tanquã ſe ita liberari
poſſe à calamitatibus:nunc autem ebrium putare ſe perijſſe, ut qui impo-
tens ſit ſibi ipſi ſuccurrere:præterea uigilãtem optare obdormitionem, ut
obliuiſcatur timorum:dormientem autem ſurgere ocyſsimè,ueluti à ſom
nijs pereuntem.Platani uerò aureæ, & ædificiorum Semiramidis,& muro
rum in Babylone,nullam capere utilitatem.Et quod præter omnem ratio
nem eſt,timeri ab eo inermes, & credere ſe armatis,& explorare acceden-
tes ne quis habeat ferrum,& in medio eorum uiuere qui ferrum geſtant,&
fugere ab inermibus ad armatos,& ab armatis ſecedere ad inermes, & ad-
uerſus multitudinem cuſtodiri à ſatellitibus, aduerſus autem ſatellites ab
eunuchis. Non habere autem quò ſe uertat,aut quibus credat,quò unam
diem uiuere queat abſq; timore.Suſpectare cibum & potum, & prægusta
tores horum habere,quaſi in uia hoſtium plena preſcrutatores.Quin neq;
Monarchia. etiam neceſſarijs confidere,neq; liberis,neq; uxori. Quumq; monarchia
res ſit tam difficilis atq; infelix,ab ea tamen liberari neq; uelle, neq; poſſe.
Atq; omnia quæcunq; hominibus grauia ſunt,conſolationē habere,quòd
paulùm fortaſſe ab illis ſint quieturi.nam qui uinctus eſt, ſperat aliquãdo
ſe liberatum iri:& qui exulat patria,poteſt aliquando redire:& qui ægro-
tat uſq; ad mortem,ſperare poteſt ſanitatem. eum autem liberari non poſſe
à negocio,immò ne optare id quidem. Quicunq; etiam in ægritudine ſunt
ob amicum quempiam mortuum,manifeſtè norũt,tempus aliquando do-
lorem ablaturum:ei autem ediuerſò, magis ſemper ſuperuenire mala. &
Tyranni ſenectus ut rara, ita grauis. non facilè hominem tyrannum ad ſenectutem peruenire.Grauis autem ty
ranni eſt ſenectus:non qualis equi, ut aiunt. Partim enim ab eo mala ſunt
paſsi,& hi quidem plures:partim autem eum deſpiciunt,ipſe autē ſibi cor
pore ſuppetias ferre non poteſt.Omnia quidem dura naturaliter magis ex
terrent expectantes,quàm contriſtant expertos:ut eſt paupertas,exilium,
& uincula,ignominiaq;. Mortis autem ſi quis abſtulerit metum, nihil illi
Metus, perpetuus monarcharũ comes. relinquitur difficile.Non ſolum enim ipſa mors non exhibet moleſtias ex-
pertis,ſed neq; illi amplius contriſtantur.Metus autem ita difficilis res eſt,
ut multi iam opus peroccuparint:hi quidem in naui tempeſtate preſsi, nõ
expecta-

expectauerunt nauis ſubmerſionem,ſed ſemet prius interfecerunt:hi autẽ ab hoſtibus comprehenſi,licet manifeſtè ſcirent ſe nihil grauius paſſuros. Hæc ita difficilis res,ſemper cohabitat monarchis pariter & noctes & dies:Et condemnatis quidem,dies certa præſtituitur,qua ipſis ſit moriendũ: his autem & hoc incertũ, an paulo pòſt,an modò:& nullum tempus,quãuis breuiſsimum,liberum eſt ab hoc metu:uerùm ijs & comedentibus neceſſe eſt timere,dijsq; ſacrificantibus.Et ſi quando huiuſmodi homini uenit in mentem ludere,& rebus uti uult Venereis,tametſi ualde amet,tamẽ illi mortis incidit memoria,quaſi forſan ab amata periturus:atq; hoc timore ſimul in ſympoſio bibens, ſimulq; dormiens in lecto premitur. Itaque mihi uidetur tunc gaudere uir tyrannus,quando occiditur,tanquam à maximo liberatus malo. Quod autem omnium abſurdiſsimum eſt, alij qui in inſanabilib.ſunt calamitatib.ſciũt non multũ temporis illos affligi,quibus non ſit impoſsibile mori: Tyranni autem,maxima habentes mala, exiſtimant ſe in maximis bonis eſſe,decepti(opinor) in negocio aliorum hominum opinione.Et hanc illis Deus ignorantiam coniunxit,ut diu durẽt pœnas ſufferentes. Videtur autem hominibus bene uiuentibus,uita eſſe melior, mors autem acerbior:qui uerò malè uiuũt,uitam difficilius ferre, mortem autem iam præſtolari. Porrò tyrannis hæc utraq; difficiliora, quàm alijs. Viuunt enim multò iniucundius, quàm qui omnino deſiderãt mori:mortem autem ita timent, tanquam ſuauiſsimè degentes in uita.

Tyrannum gaudere cum occiditur.

Cumq; ita natura comparatum ſit,ut magis delectẽt ſuauia, ſi fuerint rara; ijs uerò qui continuè utuntur,in triſticiam conuertantur:mala autem grauiora ſint, quæ nunquam recedant:propemodum ambo tyrannis, & ſuauia & acerba,ſemper adhærent.ut quum contriſtãtur, nunquam deſinãt: quum fruũtur uoluptate,nunquam ſentiãt. Metuit autem ſemper ferè diuitum potentiam,indigentium autem diuitiarum cupiditatem. Et ſolis monarchis nemo beneficio affectus habet gratiam: nunquam enim putãt ſe digna conſecutos.Qui aũt nõ cõſequuntur quæ uolunt, omniũ maximè oderũt illos.Et ſanè maxima ille laborat inuidia,qui plurima etiã iuſtè poſſidet.quare nemo maiore laborat inuidia ꝙ tyrãnus. Accedit huc, quod illi neceſſe eſt donare his qui circa ipſum ſunt:ſin minus,uelociſs. perditur. Frequẽter aũt donare multis,haud facile,niſi ab alijs auferat. Habet aũt & eos à quibus quid abſtulit inimicos,eosq; qui acceperũt ſuſpectos, ut qui quærant ꝙ ocyſsimè ab ipſo liberari.Ea quæ procul abſunt, propter longũ interuallum,timet: quæ uerò propè,eo quòd ipſi ſint propinqua.Et à longinquis ſuſpicatur ſibi inferri bellum, à propinquis autem dolum. Et pacem quidem exiſtimat infructuoſam,propter hominum ocium:bellum autem, quòd ſubditos neceſſe ſit perturbare exigendis pecunijs, & ad militiam compellendo.Proinde quando bellum geritur,pacem amat:facta autem pace,ſtatim ſtudioſè apparat bellum.Et nunc quidem quum rerum neceſſariarũ magna præſtò eſt copia,multitudinis formidat iniuriam : nunc aũt ſi qua inopia apprehenderit,iram Arbitratur aũt ſibi neq; peregrinari eſſe tutum,neq; manere,neq; progredi,neq; intus uiuere:immò neq; aſcẽdere ea quæ tuto etiam aſcenduntur,ſed omnia eſſe plena inſidiarum atq; doli.Recogitat autem horũ quiſq;,& tyrannorum mortes & inſidias,atq; diſcrimina quæ unquam acciderũt,eaq; uniuerſa ſibi imminere exiſtimat, atq; ita metu corripitur,quaſi omnibus illis moriens mortibus: unde ſemper circumſpicit atq; circumuertitur,deliberatq;,ab omni ſe parte percuſſum iri putans.Idipſum autem non licet facere, propter pudorem pariter & timorem. Quanto enim meticuloſior aut timidior fuerit uir tyrannus,

Monarchæ et ſemper & omnibus inuiſi.

Tyranni metus atq; animi intemperies.

hoc

Tyranni uita qualis. hoc magis illi ſtruunt inſidias, contemnentes eius timiditatem. Eſt igitur eius uita eiuſmodi, ut ſi quis compingat aliquem in arctum carcerem, gladijs partim ſupernè dependentibus, partim in gyro fixis, cutem attingentibus. At gladij non ſolum corpori, ſed etiam animæ tyranni infixi ſunt: ut *Tantalus.* Tantalus apud inferos, quem aiunt ſaxum capiti imminens formidare, facilius degat, neq; enim Tantalus amplius timet, ne moriatur. Tyranno autem uiuo hoc accidit, quod illi mortuo dicunt accidere. Quicunq; ergo unius facti ſunt tyranni ciuitatis, aut paruæ regionis, ijs non licet aufugere *Tyrannus omnibus inuiſus.* ex principatu, atq; alibi uſquam refugium habentibus uiuere. Nemo enim uirum tyrannum diligit, ſed oderunt omnes, ſuſpectumq; habent, & facilè tradunt iniuriam paſsis. Quicunq; autem multis imperant ciuitatib. gentibusq;, atq; infinitæ terræ, quemadmodum rex Perſarum, ijs nunquã tantum contingit boni ut mala ſua intelligant: & tametſi deorum aliquis ab illis auferat ignorantiam, non poſſunt tamen effugere. Videtur autem tyrannus nunquam ſecurè poſſe uiuere, neq; ſi aheneus aut ferreus fiat: nã *Tyranno omnia ſuſpecta.* ſic quoq; conciſus & conflatus periret. Si quis ergo cum eo loquitur confidenter, iraſcitur, metuitq; illius loquendi libertatem: ſin uerò obſeruanter & ſubmiſſe, ſuſpectam habet obſeruantiam. Et à liberis quidem accedẽtibus ſe putat contumelia affici, ab humilioribus autem decipi. Conuicijs proſciſſus multipliciter contriſtatur, maximè quòd, quum ſit tyrannus, malè audiat: laudatus autem non lætatur, non enim eos ex animo putat dicere. Optimæ autem & utiliſsimæ poſſeſsionis omnium egentiſsimus eſt, nẽpe beneuolẽtiæ atq; amicitiæ. Nihil enim boni à quoquam ſperare poteſt: ſed prius ab altoribus ſæui diligerentur leones, quàm tyranni à miniſtris, *Diogenis ſecuritas.* atq; ijs qui eos conueniunt. Ego autem uado quò lubet noctu, uado & interdiu ſolus: audacter quoq; ſi ſit opus, per caſtra iturus ſine caduceo, perque latrones. Nullus enim mihi eſt inimicus, nullusq; hoſtis eunti. Et ſi deficiat omnè aurum, & omne argentum, omneq; æs, nullo ego damno afficiar uel modicè. Etſi omnes domus cadant à terræ motibus, ut quondam in Sparta: & omnes diſpereant oues, ut nemo ueſtem conſequi queat: & non ſolum Atticam, ſed & Bœotiam & Peloponneſum, & Theſſaliam egeſtas apprehendat, quemadmodum iam ante factum aiunt, nihil ego peius, neq; maiori uiuam indigentiã. Quãto enim futurus ſim nudior quàm nunc ſum, quantoq; domo magis cariturus? Sufficiunt autem mihi ad alimẽta, mala, & milium, & ordea, & orobi, legumi num uiliſsima, & fagus ſub cinere, & corni fructus, quo Homerus ait Circen Vlyſsis ſocios pauiſſe, à quibus & maximæ beſtiæ nutritæ conſeruantur.

EVBOICA, AVT VENAtor. VII.

ID quod ipſe uidi, non ab alijs accepi, narrabo. Fortaſsis enim ſenum eſt multa loqui, & nullum facilè repudiare incidentem ſermonem. Senibus autem forſan propè accedunt & circulatores, ſeu peregrini. In cauſa autem eſt, quòd ſenes ferè multa ſint paſsi, quorum non ſine iucunditate recordantur. Dicam autem, quibus hominibus, & qualem uitam uiuentibus, congreſſus ſim in media fermè Græcia. Traijciebam cum quibuſdam piſcatoribus à Chio, extra æſtiuum tempus in parua prorſus nauicula. Tempeſtate autem exorta, difficulter & uix euaſimus ad caua Euboiæ: ubi nauiculam quidem in aſperũ quoddã littus ſub rupibus eijcientes confregerunt, ipſi autem receſſerunt ad quaſdam pur-

purarum

purarum piſcatores, qui ſtationem habebant in proximo promontorio,
illiſ'que cooperari cogitabant illic manentes. Derelictus itaque ſolus, ac
neſciēs in quam poſſem ſaluus euadere ciuitatem, errabam iuxta mare, ſi-
cubi quoſdam aut prętemauigantes aut appellentes uiderem. Prægreſſus
autem plurimùm, neminem quidem hominem uidebam. offendo autē cer-
uum, qui nuper admodū ex præcipitio ceciderat, iuxta ipſum littus: iam-
que uerberabatur à fluctibus adhuc ſpirans. Et paulo pòſt uiſus mihi ſum
audire ſupernè latratum canum: licet uix id ſanè, propter maris ſonū. Pro-
cedens autem, & aſcendens admodum ægrè in quādam excelſum locum,
& canes uidi, dubitantes & diſcurrentes: à quibus conijciebam animal co-
actum deſiluiſſe in præceps: & poſt paululum, uirum uenatorem, quan-
tum ex aſpectu & ueſtitu diuinabam, malis ſanum, comam habentem non
malè neq; illiberaliter retro demiſſam, quales ad Troiam ueniſſe ait Ho-
merus Eubœenſes: mordens (opinor) & deridens, quod quum alij Achiui
rectè eſſent comati, illi ſoli ex parte dimidia tantum comam haberent. Et il-
le interrogauit me: Nunquid ô hoſpes hac uſquam ceruum fugere animad
uertiſti? Et ego: Ille quidem (inquam) iam eſt in fluctibus. perductoq; ad
locū, oſtendi. Extracto igitur ex mari pellem detraxit machera, me adiuuā-
te quantum poteram: & crurum poſtremas detruncatas partes portabat u-
nà cum tergore. Hortabatur autem me ut ſequerer ſe, ſimulq; ueſcerer de
carnibus. Eſſe autem non procul habitationem ſuam. Deinde mane (in-
quit) poſtquam apud nos dormieris, redibis ad mare: in præſentia enim
nunc nauigari non poteſt. Et ne ob hanc rem (inquit) timeas. Vellem equi-
dem poſt quinq; dies uentum ponere: ſed non facile (inquit) fiet, quando
ita conſtringuntur promontoria Eubœæ à nubibus, ut nunc quidem com
prehenſa uides. Et ſimul interrogauit me, unde & quomodo illuc appuliſ-
ſem, & an non confractum eſſet nauigium. Valde paruum fuit, inquam.
traijcientibus quibuſdam piſcatoribus me ſolum adiunxi, feſtinās ob rem
quandam. Confractum eſt tamen in terram eiectum. Haud ferè aliter po-
teſt fieri, inquit. Vides enim, quàm ſęua & aſpera ſint inſulę extrema uer-
ſus mare. Et hęc ſunt (inquit) caua Eubœę: quò ſi nauis appulerit, haud am Caua Eu-
plius poterit ſeruari. Raro ſeruant̄ ex hominib. aliqui, niſi ualde leues, ut bœæ.
uos, nauigarint. Cęterùm ito, & nihil timeas. Nunc enim ex uexatione re-
fouebis teipſum. in craſtinum autem, quatenus fieri poterit, curabimus
quo pacto ſeruari poſſis: quādoquidem te ſemel cognouimus. Videris au-
tem mihi urbanorum eſſe quiſpiam, nō nauta, neque operarius: ſed infir-
mitate corporis aliqua laborare uideris, ex gracilitate. Ego uerò libēter ſe-
quebar. Neq; enim unquam mihi inſidias parari timui, nihil habenti præ-
ter uile palliolum. Et ſæpe quidem & aliàs expertus ſum in talibus oppor- Paupertas res
tunitatibus, utpote in errore continuo, uerùm etiam tunc, paupertatē rem ſacra & tuta.
eſſe uerè ſacram & tutam: & nemo ferè pauperes iniuria afficit, non ma-
gis quàm qui caducea ferunt. Igitur & tunc audacter ſequebar, utpote ni-
hil habens quàm uile palliolum. Erant autem ferè quadraginta ſtadia ad
uillam. Vt igitur ibamus, narrabat mihi inter eundum ſuas res, & uitam
quam uiuebat cum coniuge ſua & liberis. Nos (inquit) duo ſumus, ô ho-
ſpes, in eodem habitantes loco. habemus autem uxores, alter alterius ſoro-
res, & liberos ex illis filios & filias. Viuimus autem ex uenatione plurimū,
paululum quid terræ colentes. Prædium enim non eſt noſtrum, neq; pater-
num, nec nos poſſedimus: ſed erant patres noſtri quidem liberi, pauperes
autem non minus quàm nos bubulci, paſcentes mercede boues uiri prędi-
uitis cuiuſdam ex inſula, multa armenta equorum & boum poſsidentis,

 multosq;

multosq́ greges, pulchrosq́ & multos agros, multaq́ alia bona, & uniuerſos hoſce montes. Quo mortuo, & facultatibus eius publicatis, (aiunt autem illum periſſe propter pecunias, à rege) armentum quidem ſtatim abegerunt ut mactarent, cũq́ armento noſtras quoq́ aliquas buculas, & mercedem nobis nemo reddidit. Tunc ergo neceſsitate cògente, illic remanſimus, ubi habebamus boues: & caulam fecimus ex lignis, non magnã, neque fortem, propter uitulos, quæ ſufficeret, ut opinor, in illam æſtatem. Hyeme enim in campeſtribus pauimus, paſcua ſufficientia habentes, & multum pabuli repoſitum. Aeſtate uerò armentum propulimus in montes. Maximè autem in hoc loco ſuam parentes noſtri reſidentiam fecerant, hac de cauſa. Ager ſecretus erat, & utrinq́ profunda uallis, & umbroſa: in cuius medio fluuius non aſper, ſed quem facilè poſſent ingredi & boues & uituli. Aqua autem erat copioſa, & pura, utpote ex fonte propinquo profluens, & uenti æſtate uallem continuè perflabant. Circum uerò iacentes ſyluæ molles erant & irriguæ, nullum aſilum nutrientes, nullũq́ aliud bobus incommodum. Multa autem & pulcherrima prata ſub excelſis & raris arboribus aperiebantur, & omnia plena erant herbarum uirentium per totam æſtatem: ut non eſſet neceſſe multum loci pererrare, quorũ gratia ex more illic armentum locauerant. Atque ita tunc manſerunt in caſis, donec inuenirent aut mercedẽ aliquam, aut opus: alebanturq́ à paruo ualde agello, quem colebant prope ſtatiua. Hic illis ſuffecit abundè, cum magnam haberent fimi copiam. Quum uerò feriati eſſent à bubus, ad uenationem ſe uertebant, nunc quidem ipſi ſoli, nunc autem cum canibus. Duo enim canes ex ijs qui boues ſequuntur, non uidentes (ut qui longè aberant) paſtores, reuerſi ſunt ad locum, relinquentes armentum. Hi primum quidem eos ſequuti ſunt, tanquam ad aliud quid: & quum uidiſſent lupos, perſequebantur aliquò uſq́, ſues autem & ceruos nihil curabant. Si quando uiderent aliquem hominem manè uel ſerò, conſiſtentes latrabant, & arcebant, quemadmodũ ſi homo aduerſus hominem pugnaret. Guſtato autem ſanguine & ſuum & ceruorum, & comeſtis ſæpe carnibus, ſerò condidicerunt carnibus pro offa gaudere. Quibus expleti, alios cibos faſtidiebant. Non eſurientes autem, magis talibus attendebant, & quodcunq́ apparuiſſet, ſimiliter perſequebantur. Et odorem aliquo modo atq́ ueſtigia ſentiebant: tandẽq́ euaſerunt pro boum cuſtodibus, eiuſmodi tardi quidam diſcipuli, multoq́ tardiores uenatores. Hyeme autem adueniente, nullum certũ opus illis erat, neq́ deſcẽdebãt in ciuitatẽ, neq́ in uicum aliquẽ: ſed obſeptis diligentius caſis, caulisq́ denſiorib. factis, ita uiuebant, agrumq́ illum colebant omnẽ. Venatio aũt hyemalis illis erat facilior. ueſtigia enim magis apparebant, utpote humido ſolo impreſſa: & nix ualde perſpicua præber, ut non opus ſit ueſtigando magnũ laborem ſumere, utpote uia ducente ad ipſas feras, quæ etiã magis tum expectant cunctantes. Licet autem & lepores & capreas in cubilib. apprehẽdere. Ita igitur ex illo tẽpore ibi manſerunt, nullam aliã ſibi uitã exoptantes: nobiſq́ coniunxerũt uxores, alter alterius filijs, uterq́ ſuam filiã. Defuncti aũt ſunt ambo, anno ferè præterito, (& multos dicebat annos, quib. uixerant) robuſti aũt adhuc, & iuuenes, & generoſis corporibus. Ex matribus autẽ mea ſola ſupereſt. Et alter quidẽ noſtrûm nunq́ deſcẽdit in ciuitatẽ, annos natus quinquaginta: ego aũt bis dũtaxat. ſemel quidẽ adhuc puer, cũ patre, quãdo adhuc armentũ habebamus. Tandẽ uenit quidã argentum poſcens, tanq́ ab habentib. aliquid, iubensq́ ut ſequeremur ſe in ciuitatẽ. Nobis aũt nullũ erat argentũ, & iuſiurandũ dedi, quòd nullum haberemus: ſin minus, de-

diſſemus

diſſemus utique. Hoſpitio autem rec[illegible]us eum pro facultatibus, præci-
puè autem duo ceruina tergora illi dedimus: & ego eum ſecutus ſum in ci
uitatem. Dixerat enim, neceſſe eſſe alterutrum uenire, & docere, ut hæres
haberēt. Vidi igiť (in ciuitate) ſicut et prius, multas & magnas ędes, et mœ
nia extrà ualida, habitationesq́; excelſas & quadrangulares, in muro nem-
pe turres, & multas naues in portu ſtātes, quemadmodū in lacu ualde quie
tè. Hoc autem hìc nuſquam eſt, ubi tu appuliſti: & propterea naues pereūt.
Hæc ergo uidebam, & interea multam turbam congregatam, atq; immen
ſum tumultum & clamorem, ut mihi uiderentur pugnā inter ſe conſerere.
Duxit me igitur ad quoſdam magiſtratus, dixitq́; ridēs: Hic eſt, poſt quem
me miſiſtis. Nihil autem habet, præter uillam, caulamq́; ex fortibus admo-
dum lignis. Magiſtratus uerò ibant in theatrum, egoq́; cum illis. Theatrū
autem eſt in uallis ſimilitudinem, cauum, non lōge utrinq; protenſum, ſed
ex dimidietate incuruum: non ita natura factum, ſed lapidibus exædifi-
catum. Fortaſsis aūt me derides, quòd hæc narro tibi bene alioqui ſcienti.
Primùm quidem longo tempore alia quædā agebat turba, & clamabant a-
liquando quidē manſuetè & hilariter omnes, laudantes quoſdam: aliquan
do aūt uehemēter, atq; iracundè. Ex hac uerò illorū ſæua ira, perterrebātur
illi homines, quibus acclamabant, ut illorū quidam circūcurrentes ſuppli
carēt, quidā etiā ueſtimēta abijcerent prę timore. Ego ipſe quoq; ſemel pro
pemodum concidi præ clamore, tanquā tempeſtate ſubita, & tonitru cum
impetu & fragore accidente perculſus. Alij uerò quidam homines ingreſ-
ſi, atq; è medio ſurgentes, ſermonē fecerunt ad multitudinem: hi quidem
paucis, illi autem plurimis. Et his quidem auſcultabant longum tempus, il
lis autem iraſcebātur, ſimulac uocem emiſiſſent, & ne mutire quidem per-
mittebant. Poſteaquam uerò conſederunt tandem, & ſilentium factū eſt,
produxerunt & me. Et dixit quidam: Hic eſt, ô uiri, ex illis qui fruuntur
publicis agris multos annos, nō ipſe ſolus, uerùm antea ſuus quoq; pater,
& depaſcunt noſtros montes, uenanturq́;, & uites inſeruerunt, multasq́;
conſtruxerunt domos, atq; alia multa habent bona, neq; interim ulli præ-
bent precium illius terræ, neq; gratis acceperūt à populo. Pro qua re enim
accepiſſent? Quāquam poſsideant autem noſtra, & diuites facti ſint, neq;
onera tamen publica unquam ſubierunt ulla, neq; aliquā partem fructu-
um & redituum ſoluerūt: ſed immunes, & ab oneribus publicis liberi de-
gunt, tanquam benefactores ciuitatis. Puto aūt (inquit) eos neq; unquam
huc ueniſſe. Et ego abnui. Turba autē, ut uidit, riſit. Ille uerò iratus eſt pro-
pter riſum, meq́ue conuicijs impetebat. Deinde conuerſus: Si igitur (in-
quit) hæc ita placent, non prohibere poterimus nos, communia diripien-
tes, partim ciuitatis pecunias, quemadmodum uerbi gratia nunc faciunt
quidam, partim eos qui regionem abſq; fauore ueſtro depaſcunt, ſi permi-
ſeritis iſtis beſtijs poſsidere gratis, pluſquam mille iugera optimæ terræ,
unde uobis uiritim licet tres ſemodios Atticos frumenti accipere. Qui-
bus ego auditis, riſi quantum maximè potui. Multitudo autem non ride-
bat, ut prius, ſed tumultuabatur. At ille rhetor indignabatur, meq́ue
acribus intuitus oculis, dixit: Videtiſne ironiam & contumeliam iſtius
piaculi, quàm audacter derideat? quem oporteret ferè hinc (in carcerem)
abduci, pariterq́; eius participem. Audio enim eſſe duos præcipuos, qui
apprehenderunt omnem propè montanam regionem. Arbitror autem eos
neque à naufragis abſtinere, qui interdum illac eijciuntur, quum propè ſu
pra Caphareidas petras habitent. Vnde enim tam precioſos agros, immò Caphareides
magis totos uicos compararunt, & tantam pecorum multitudinem, & [illegible] petræ.
[illegible] ga

ga, & mancipia? Et uos fortaſſe [illegible]citis eius tunicam, quòd ſit uilis, & pellem, qua ueſtitus huc uenit, ut uos decipiat, quaſi mendicus uidelicet, & nihil habens. Ego quidem eo aſpecto, ferè extimui, tanquam uiderem Nauplion à Caphareo uenientem. Quippe & eum puto ignes à promontorijs oſtendere nauigantibus, ut in ſaxa illa eijciantur. Hæc illo, atque alia multa dicente, turba quidem exaſperabatur: ego autem hæſitabam, timebam'que ne quid mihi mali facerent. Progreſſus autem alius quidam, uir humanus, ut apparebat & ex ſermonibus quos dixit, & ex habitu: primùm quidem rogabat multitudinem, ut tacerent. Et tacuerũt. Deinde dixit manſueta uoce, quòd nullam facerent iniuriam qui ocioſam regionem colerent & exercerent, uerùm econtrariò laude eſſent digni. Et non oportere, ædificantibus & plantantibus publicam terram iraſci, ſed ijs qui corrumpunt. Quoniam & nunc (inquit) ô uiri, propemodum duæ noſtræ regionis partes deſertæ ſunt, propter incuriam & negligentiam. Et ego multa iugera poſsideo, ſicut alius (puto) quiſpiam, non ſolum in montibus, ſed etiam in campeſtribus: quæ ſi quis uellet colere, non ſolum gratis darem, uerùm etiam inſuper argentum illi libenter exoluerem. Manifeſtum enim, quòd mihi inde pluris fierent. Simul quoque iucundum eſt ſpectaculum, regio inhabitata & exculta: deſerta autem, non ſolum inutilis res eſt poſsidentibus, uerùm etiam miſerabilis oppidò, & infelicitatis cuiuſdam dominos accuſat. Quare mihi uidetur, uos alios magis adhortari debere, quoſcunque poſſetis ex ciuibus, ut acceptam publicam terram colerent: & eos quidem qui facultates haberent, maiorem: pauperes autem, quantam quiſque poſſet colere: ut uobis & regio non eſſet ocioſa, & ciues cultores à duobus maximis liberarentur malis, ſegnicie & paupertate. Et decem quidem annos gratis habeant: poſt hoc tempus autem, conſtitutam modicam partem præbeant de fructibus, de pecoribus autem nihil. Si quis uerò peregrinus coluerit, quinque annos: & hi nihil ſoluant, tandem autem duplum illius quod ciues. Quicunque autem peregrinorum excoluerit ducenta iugera, in ciuium numerum recipiatur, ut quàm plurimi ad colendum inuitentur. Quoniam nunc ea quæ ante portas ſunt, agreſtia prorſus & turpia ualde ſunt, quemadmodum in profundiſsima ſolitudine, non ut in ſuburbio ciuitatis: ea autem quæ ſunt intra muros, plurima ſeminantur & depaſcuntur. Proinde admiratione digni ſunt rhetores, quòd eos qui in Caphareo, in extremis Euboiæ locis, terram colunt, calumnientur: qui autem gymnaſium colunt & forum depaſcunt, nihil mali arbitrentur facere. Aſpicite enim ipſi quæſo, quod gymnaſium iam uobis aruum fecerint, ita ut Hercules & aliæ ſtatuæ plurimæ tam deorum quàm Heroum à meſſe abſcondãtur: quodq́ue quotidie rhetoris huius oues manè irrũpant in forum, & paſcãt circa curiam & palatium, ita ut hoſpites qui primùm huc peregrinantur, partim quidẽ ciuitatẽ derideant, partim miſerentur. Rurſum igitur his auditis, iraſcebantur aduerſus illum, & tumultuabantur. Et licet (inquit) hæc faciat, miſeros tamen plebeios ducendos putat eſſe, ut uidelicet nemo operetur in poſterum, ſed qui foris ſunt latrocinentur: qui autem in ciuitate, furtis dent operam. Mihi ergo (inquit) uidetur, hos ita ſinere eſſe in his quæ ipſi fecerunt, in poſterum ſoluturos quod mediocre fuerit. Redituum autem antè perceptorum illis ueniam eſſe dãdam, quod deſertam & inutilem terram proſcindentes, cultam reddiderint. Si uerò agrorum preciũ ſoluere uoluerint, minoris illis uendendos quàm alijs. Hęc eo dicente, rurſum denuò ille cõtradicebat, ſeq́ue mutuò conuicijs inceſſebant

bant

bant plurimùm. Demum & me iuſſerunt dicere, quicquid uellem. Et quid mihi (inquam) dicendum eſt? Ad ea reſponde quæ dicta ſunt: dixit unus ex ſedentibus. Dico igitur (inquam) nihil eſſe uerum eorum quæ dixit. Equidem ô uiri, inſomnia mihi uidere uiſus ſum (inquam) quum ille de agris & uicis & ſimilibus blateraret. Nos enim neq; uicum habemus, neque equos, neq; aſinos, neq; boues. Vtinã autem uerum eſſet, habere nos quæcunq; ille dixit, bona: dediſſemus utiq; & uobis, atque nos in diuitũ numero eſſemus. Et ſanè ea quæ nunc habemus, ſufficiunt nobis, ex quibus ſi quid uultis accipite: & ſi omnia uolueritis, nos alia poſsidebimus. Ob hunc ſermonem laudauerunt me. Deinde interrogauit me magiſtratus, quid' nam poſſemus populo dare? Et ego: Quatuor (inquam) ceruina tergora ualde pulchra. Multi hîc ex illis riſerunt, magiſtratus autẽ indignatus eſt aduerſum me. Nam urſina (inquam) ſunt aſpera, & hircina non tanti quanti ceruina: alia uerò ſunt partim uetuſta, partim parua. ſi autem uultis, & illa accipite. Rurſus ergo indignatus eſt (magiſtratus) dixitq; me omnino eſſe agreſtem. Et ego rurſum: Nunquid & tu (inquam) de agris dicis? Non audis quòd agros non habemus? Ille autem interrogauit me, an uterque talentum Atticum uellemus dare. Ego uerò dixi, Non. Minimè enim tantùm nobis eſt carnium: quas autem habemus, dabimus. Sunt quædam paucæ in ſale, aliæ autem ſuſpenſæ in fumum aridæ, non multo illis peiores pernæ ſuilllæ & ceruinæ, & aliæ nobiles carnes, Hic tumultuabantur, mentiriq; me dicebant. Magiſtratus autem interrogauit me, an frumentum haberemus, & quantum? Dixi igitur, id quod aderat, uerè: Duos (inquam) modios tritici, & quatuor hordei, & totidẽ milij, fabarum autem ſemiſextarium: non enim bene prouenerunt hoc anno. Triticum ergo & hordeum (inquam) uos accipite, milium uerò nobis relinquite. Quod ſi milio indigetis, & illud accipite. Non etiam facitis uinum? alius quidam interrogauit: Facimus, inquam. Si igitur ueſtrûm aliquis ad nos peruenerit, dabimus: at ueniens ſecum utrem adferat, nos enim non habemus. Quot autem ſunt uobis uites? Duæ (inquam) ante fores, extra caulas autem uiginti: & trãs fluuium, quas nuper plantauimus, aliæ totidem. Sunt autem ualde generoſæ, & uuas magnas ferunt, quod tranſeuntes ſentiunt, ſi contrectent eas. Ne autem negocium uobis crεetis, ſingula interrogantes, dicam & alia quæ habemus: Octo capras, bouem mutilã, uitulumq; ex ea ualde elegantẽ, falces quatuor, ligones quatuor, lances tres, machæram uterq; noſtrûm habet ad feras. Fictilia autem uaſa quid opus eſt dicere? Et ſunt uxores nobis, & ex his liberi. Habitamus autem in duabus pulchris caſis: & tertiam habemus, ubi uictualia iacent, & tergora. Immò per Iouem, (inquit Rhetor) ubi fortaſsis & argentũ defoditis. Ergo (inquam) ueni, & refode, ô ſtulte. Quis enim defodiat argentũ? neq; enim utiq; naſcitur. Hic omnes riſerũt, illum (ut mihi uidebatur) deridentes. Hæc (inquam) ſunt nobis. quæ ſi omnia uultis, nos uoluntariè uobis donabimus: & nõ opus eſt, ut nobis quidquam ui auferatur, tũquàm ab alienis aut prauis. quandoquidem & ciues huius ciuitatis ſumus, ut ego ex patre audiui. Atque is aliquando huc ueniens, ſuperuenit diſtributioni argenti, & ipſe quoque accepit inter alios ciues. Proinde educamus ueſtros ciues, noſtros liberos. Et ſi quando indigueritis, uobis auxilium ferent aduerſus latrones, aut hoſtes.

Nunc quidem pax eſt: ſi quando autem talis acciderit occaſio, optabitis multos nobis eſſe ſimiles. Neque enim iſtum rhetorem tunc pro uobis pugnaturum exiſtimetis: niſi ſi quid conuicijs poterit, ut ſolent mulier

Rhetorũ pugnam conuicijs conſtare.

culæ. De carnibus & tergoribus, ſi feram cæperimus, partem uobis dabimus, modò mittite qui accipiat. Si autem iuſſeritis diruere caſas, ſi quid officiunt, diruemus: uerùm ita, ut detis nobis hîc domum. quomodo enim aliter hyemem ſufferre poſſemus? Sũt uobis multæ ædes intra mœnia, in quibus nemo habitat: earũ nobis unę ſufficient. Quòd uerò hic non uiuimus, neq; in tot hominum anguſtijs eodem in loco uerſantium & nos moleſti ſumus, non ſanè propterea in exilium mitti digni ſumus. Quod autem auſus eſt dicere de naufragis, rem tam impiam & prauam, (hoc ferè oblitus ſum dicere, quod præ omnibus mihi dicendum erat) quis unquam de nobis credat? Præter pietatem enim qua præditi ſumus, etiam impoſsibile eſt, inde uel hoc accipere, ubi etiam ex lignis nihil præter cinerem uidere licet, ſic ualde parua eijciuntur. Et eſt unum illud littus inacceſſum præ omnibus. Et lares ſemel aliquando æſtu uidi eiectos, eos'que ſuffixi in ſacram quercum, quæ prope mare eſt. Nunquam enim mihi obtingat, ô Iupiter, accipere & facere tale lucrum, ex hominum infortunijs: neque etiam unquam ne tantum quidem inde commodi percepi. Quin potius ſæpe miſertus ſum naufragorum ad me uenientium, & ſub caſam meam recepi, & dedi quod ederent & biberent: & ſi qua alia in repotui, opem tuli, comitatus'que eos ſum ad habitata loca. At quis nunc ex illis hominibus mihi præbeat teſtimonium? Atqui neque illud ſanè feci teſtimonij aut gratiæ cauſa: neque enim, unde tandem illi erant ſciebam. Abſit enim, ut ueſtrûm aliquis in talem infelicitatem incidat. Hæc me dicente, exurgit quidam ex medijs: & ego apud meipſum cogitabam, etiam illum aduerſus me forſan eſſe mentiturum. Ille uerò dixit: Ego hunc iam olim noſcitans, dubitabam: tamen quoniam iam ſatis eum manifeſtè noui, graue mihi uidetur, immò magis impium, non ea dicere quæ ſcio, neque ſermone referre gratiam, quum re maximis affectus ſim beneficijs. Sum autem (inquit) ciuis, uti ſcitis, (& ſimul ſuum monſtrabat patrem ſedentem, qui & ſurrexit) nauigabamus autem iam tertium annum in Soclei naue. Naui'que fracta ad Caphareum, ualde pauci quidam ex multis ſeruati ſumus. Purpurarum quidem captores perierunt. Habebant enim illorum quidam argentum in marſupijs. Nos autem omnino nudi eiecti, ſemita quadam ibamus, ſperantes nos tectum aliquod paſtorum aut bubulcorum inuenturos. Eramus autem in periculo, ne fame & ſiti periremus. Et uix tandem uenimus ad caſas quaſdam, & ſtantes inclamauimus. Egreſſus autem iſte, ducit nos intrò: & accendit ignem, non plurimum principiò, ſed paulatim maiorem. & alterum quidem ipſe, alterum autem uxor adipe attriuit. nullum enim illis erat oleum: demum aqua nos perfudit calida, donec propemodum mortuos reduxit in uitam. Deinde ſeſſum ducentes, & amicientes nos ijs quæ habebant, appoſuerũt nobis ad edendum triticeos panes, ipſi autem milium coctum edebant: dederunt & uinum nobis ad bibendum, quum ipſi aquam biberent: ceruinas'q; carnes dederunt multas, partim aſſas, partim elixas. Poſtridiè abire uolentes retinuerunt tres dies. Deinde conduxerunt nos in campum, & abeuntibus carnes dederunt, & pulchrum admodum utrique tergus. Videns autem iſte me adhuc ex afflictione malè affectum, induxit me tunicam, quam filiæ detraxerat. Quæ quidem aliam uilem induit ueſtem. Illam autem, poſtquam in uicum peruenimus, illi reddidi. Ita nos ab iſto maximè ſecundum deos ſeruati ſumus. Hæc illo dicente, populus libenter audiuit, laudabant'q; me. Et ego poſtquam rediſſem in memoriam: Salue (inquam) Sotades: & accedens oſculabar

eum, & ſocium. Populus autem ualde riſit, quòd eos eſſem oſculatus. Tunc didici, quòd in ciuitatibus ſe mutuò non oſcularentur. Prodiens autem in medium ille humanus, qui initiò pro me dixerat: Mihi (inquit) ô uiri, uidetur, hunc uocandum eſſe in Prytanium, ut hoſpitalitatem illi exhibeamus. Non enim, ſiquidem in bello aliquem ciuium ſeruaſſet, ſcuto protegens, magna & multa dona conſecutus eſſet: nunc autem quũ duos ſeruarit ciues, fortaſsis & alios qui non adſunt, nullo dignus eſt honore? Pro tunica autem, quam ciui dedit periclitanti, ſpoliata filia, reddat illi ciuitas tunicam & pallium, ut & alij exhortentur ad iuſticiam, & mutua auxilia. Decernendum quoque, ut regionis illius fructus percipiant & ipſi & liberi, & nemo illis ſit moleſtus. Dandas inſuper iſti centum drachmas, ad augendam ſupellectilem. Argentum autem hoc pro ciuitate, ego ex meo do. Hoc quidem recuſatum eſt: alia autem facta ſunt, ut dixit. Et confeſtim allatæ ſunt in theatrum ueſtes, & argentum. Ego uerô nolui accipere. At dicebant: Non potes cœnare amictus tergore. Proinde (inquam) hodie manebo incœnatus. Attamen induerunt me tunicam, & iniecerunt mihi pallium. Ego autem ſuper hæc uolebam tergus iniicere: quod illi non permiſerunt. Argẽtum autem nolui accipere ullo modo: ſed deieraui, me non accepturum. Si uerò quæritis (inquam) qui uelit accipere, date rhetori iſti, ut illud defodiat. Scit enim haud dubium. Ex illo autem deinde nemo nobis fuit moleſtus. Quum hanc propè narrationem abſoluiſſet, eramus apud caſas. Et ego ridens dixi: At uerò unũ abſcondiſti ciuibus, poſseſsionem nempe pulcherrimam. Quod nam iſtud? inquit. Hunc hortum (inquam) ualde elegantem, multa olera, multaſq; arbores habentem. Tunc non erat (inquit) ſed poſtea fecimus. Ingreſsi igitur cõuiuabamur reliquã diei partẽ, nos quidẽ accũbentes ſuper folijs & tergoribus in excelſo lecto, uxor autem iuxta uirum ſedens. Filia uerò iam nubilis miniſtrabat, & infundebat ad bibendum nigrum uinum ſuaue. Pueri autem carnes apparabant, appoſitis que illis ſimul cœnabant. Vt ego beatos dixerim illos homines, putarimq; beatius lõgè uiuere quàm omnes quos noſſem. Atqui & diuitum domos & menſas noueram, non ſolum plebeiorum, uerùm etiam ſatraparum & regum: qui maximè mihi ſunt uiſi aliquando etiam prius miſeri: magis autem tunc, uidenti eorũ hominum paupertatem ſimul & libertatem, & quod nihil illis deeſſet, neq; quod ad bibendi & ueſcendi uoluptatem attinet, ſed etiam in his propemodum alios ſuperarent. Porrò, quum iam ſaturi eſſemus, uenit & ille alter. Comitabatur autem eum filius, adoleſcentulus non illiberalis, ferens leporem. qui quum ingreſſus eſſet, erubuit. Interea autem dum pater eius nos ſalutaret, ipſe oſculatus eſt puellam, & leporem illi dedit. Puella quidem ceſſauit miniſtrare, & iuxta matrem aſſedit: adoleſcens autem pro illa miniſtrabat. Et ego hoſpitem interrogaui: Hæccine (inquã) eſt, cuius tunicam detractã naufrago dediſti? Et ille ridens: Non (inquit) ſed illa iampridẽ uiro nupſit, & liberos iam grandes habet. Nupſit aũt uiro diuiti in uicum. Ergo (inquam) ſuppeditãt uobis, ſi qua re egetis? Nulla re (inquit mulier) nos indigemus. Illi autem accipiunt, & quando quis quid uenatu cæpit, & poma & olera. nullus enim hortus eſt apud eos. Triticum accepimus ad ſementem, & reddidimus illis ſtatim à meſſe. Quid igitur (inquam) an non & hanc cogitatis diuiti dare, ut uobis triticum commodare poſsit? Hîc ambo erubuerunt, & puella & adoleſcens. At puellæ pater dixit: Pauperem uirum accipiet, ſimilem nobis uenatorẽ. Et ſubridens, reſpexit ad iuuenem. Et ego: Quid igitur obſtat, quo minus

iam

iam detis? An oportet eum alicunde ex uico huc accedere? Videor
mihi uidere (inquit) non longè eum hinc abeſſe, ſed hîc intus. Et facie-
mus ſanè nuptias, bona ad hoc electa die. Et ego, Quomodo (inquam)
iudicatis bonam diem? Et ille: Quando luna non parua eſt: oportet au-
tem & aerem eſſe purum, & ſerenitatem claram. Et ego: Etiam'ne re ue-
ra bonus uenator eſt (inquam)? Sum equidem (inquit iuuenis) & cer-
uum opprimo, & urgeo. Videbis autem cras, ſi uolueris, ô hoſpes. Et lepo
rem hunc tu (inquam) cępiſti? Ego prorſus (inquit ridēs) funiculo cæpi
noctu. Erat enim ſerenitas ualde pulchra, & luna tātę magnitudinis, quan
tæ nunquam fuit. Hîc riſerunt ambo, non ſolū puellæ, ſed & adoleſcentis
pater. Ille aūt pudore ſuffuſus eſt, & tacuit. Dicit igitur puellę pater: Ego
ſanè (inquit) ô fili, nō differo: ſed pater tuus expectat, donec aliquò profe
ctus uictimam emat. Oportet enim dijs ſacrificare. Dicit ad hæc iunior
frater puellæ: Atqui uictimam iampridem hic comparauit, & intus eſt, &
alitur poſt caſam ualde elegans. Interrogabant ergo illum, Vere'ne i-
ta eſt? Et ille affirmauit. Et unde ea tibi? dixerunt. Quando ſuem
(inquit) cæpimus illam, quæ catulos habebat. Et alij quidem effuge-
runt, uelociores enim erant leporibus. Vnum autem ego lapide iaciens
nactus ſum, quem permutaui in uico, & accepi pro eo ſcrofam, & nutri-
ui, facta retrò hara. Hoc igitur (inquit mater) tu riſiſti, quando admi
rarer ſuem audiens grunnientem, & quòd ordeum ita abſumeres. Eu-
boicæ enim (inquit) non aptæ erant ad ſaginandum, niſi glandes uellent
edere. Sed ſi eam uidere uultis, ibo, eam'que adducam. Et illi iuſſerunt.
Abierunt igitur & ille & pueri præſentes illic, ad curſum alacres. Interea
uirgo ſurgens, ex alia caſa attulit cucumulas diſſectas, & meſpila, & mala
hyberna, & generoſæ uuæ racemos uigētes: & poſuit ſuper menſam, folijs
prius abſterſam à carnibus, ſubſtrataq; pura filice. Venerunt autem & pue
ri ſuem ducentes, cum riſu, & ioco. Sequebatur & mater adoleſcētis, duoq;
fratres adhuc pueri, ferebantq; puros panes, & oua elixa in ligneis ſcutel-
lis, & cicera arida. Et mulier quidem fratre & filia & nepte cōſalutatis, aſ-
ſedit iuxta ſuum uirū, dixitq;: Ecce uictima, quam hic iam diu aluit ad nu-
ptias, quin & alia quæ noſtra fert facultas, ſunt in promptu: & farina tam
triticea quàm ordeacea facta eſt. uno duntaxat uillo fortaſſe indigebimus. Et
hoc ſanè non difficile eſt ex uico accipere. Aſtabat autem prope eam ipſe
(adoleſcens) affinem aſpiciens. At hic ſubridens: Hic eſt (inquit) qui ab-
ſtinet: fortaſsis enim adhuc amplius uult ſaginare ſuem. Et adoleſcens: Ea
quidem (inquit) præ pinguedine dirumpetur. Et ego uolens ei auxilium
ferre: Vide (inquam) ne dum ſaginatur ſus, hic uobis macer fiat. Et mater:
Verum (inquit) hoſpes dicit, quoniam & nūc macrior ſeipſo factus eſt: &
paulo antè ſenſi eū noctu uigilantē, & egredientē extra caſam. Canes (in-
quit) latrabant, & exiui uiſum quid eſſet. Non tu ſanè (inquit) ſed deābu-
las mœrēs. Ne ergo diuitus ſinamus eum ægritudine affici: & amplexa ma
trē puellæ, oſculata eſt. Illa aūt ad maritū ſuū: Faciamus (inquit) ut uolunt.
Et ita decretum eſt, dixeruntq;: Ad diem tertiā faciamus nuptias. Obſecra-
rūtq; me ut remanerē, uſq; ad illam diem. Remanſiq; nō illibenter, conſide
rās pariter diuitum negocia, qualia eſſent cùm alijs in reb. tum etiam circa
nuptias: quot opus ſit pronubis patri, & inquiſitionib. facultatum & gene
ris, quot donationib. & dotibus, & promiſsionibus & fallacijs, pactis &
chirographis, deniq; ſæpe intercedūt inter eos & in ipſis nuptijs conuicia
& inimicitiæ. Quocirca omnem ego hanc orationem recitaui non teme-
rè, neque ut fortaſſe uiderer quibuſdam nugari uelle: ſed ut eius (quod
prin-

principiò dixi) uitæ, & pauperum conuerſationis ſpecimen proponerem, quod ipſe noſſem: quò illud, quicunq; uellet, ſpectare poſſet, ex ſermonibus & operibus, mutuaq; rerum communione. Nam tametſi diuitibus inferiores ſint propter paupertatem, in eo quod ad eleganter uiuendum attinet, natura tamen et alijs omnibus in rebus ſunt ſuperiores. Atq; etiam id quod ſcripſit Euripides, conſiderans, nempe an reuera illis obſtaret paupertas, quo minus hoſpitibus inſeruiant, atq; neque ſub tectum recipere queant, aut ulla in re quenquam adiuuare egentem: nuſquã inuenio rem illis ita habere circa hoſpitalitatem. Quippe inuenio, quòd & ignem accendant promptius quàm diuites, uiamq; ducant, monſtrentq; abſq; excuſatione: quandoquidẽ & hæc ſibi diues pudori eſſe duceret. Perſæpe quoque communicant ea quæ habent, alacrius. Neque enim quiſquam ex illis (diuitibus) dabit naufrago ſuæ uxoris purpuram, neq; filiæ: multoq; minus ſuam ipſius ueſtem, lænarum aliquam, aut tunicarum, quarum illis copia eſt: immò neq; ullius ſerui palliolum. Manifeſtat autem & hoc Homerus. Eumæum enim ſcripſit, ſeruum & pauperem, qui tamen Vlyſſem bene acceperit & cibo & cubili. Proci aũt, ob diuitias et ſuperbiam, haudquaquam illi communicabant facilè, neq; ex alienis. Quare & ipſum deſcribit dicentem ad Antinoum, exprobrantemq; illiberalitatem:

Venatorũ paupertas diuitũ ſplendore liberalior.

Hoſpitalitas.

Eumæus Homericus.

Antinous.

Iliad. ρ.

Mendico non tu hercle dares linxiſſe ſalillum,
Aedibus ex proprijs: ita quando aliena negaſti
Impertire alimenta mihi, quæ multa ſuperſunt.

Eſto autem, ut hi tales ſint, propter aliam prauitatem: ſed ne Penelopen quidem, tametſi benignam, & ualde iucundè cum illo ſermocinantẽ, deq; uiro interrogantem, neque hanc ait palliolum illi dediſſe, nudo aſſidenti: uetùm duntaxat promiſiſſe, ſiquidem uerè dixiſſe inueniretur de Vlyſſe, quòd in eodem menſe eſſet uenturus. Et poſtea, quando arcum popoſcit, procis non ualentibus eum intendere, indignantibusq; illi quòd uellet cum ipſis ſuſcipere certamen de uirtute, rogauit ea ut illi daretur: neque enim & illum nuptiarum gratia certaturum, ſed ſi intendiſſet & iaculatus eſſet per ſecures, promittit ſe illi daturam tunicam & pallium, & calceos. Vt nempe oportuerit eum intendere prius Euryti arcum, atq; tot iuuenibus inimicum fieri, forſan autem & perire ab illis extemplò, quàm nãciſceretur pallium & calceos: aut Vlyſſem, qui uiginti annis nuſquam apparuiſſet, certò demonſtrare uenturum, & hoc in certis diebus: ſin minus, in illis laceris abire ueſtimentis. Hæc ille, de modeſta & bona Icarij filia & regina narrat. Ferè autem & Telemachus ſimilia de eo dicit ad ſubulcum, iubens eum mittere in ciuitatem quamprimùm, ut in ea mendicet, & non plures alere dies apud ſtabula. Nam tametſi illi hæc fecerint ex compoſito, tamen ſubulcus rem atque illam non admiratur inhumanitatem, quod uidelicet iam in conſuetudinem ueniſſet ita attentè & illiberaliter agere cum pauperibus hoſpitibus: ſolos autem diuites ſuſcipere benignè donis muneribusq; hoſpitalibus, à quibus nempe & ipſi ſperabant ſe paria percepturos. Qualiter fermè ſe habent & in præſentia, quæ de humanitate inſtitutisq; feruntur. Quæ enim nunc uidentur beneuolentiæ eſſe, & gratiæ, ſi quis rectè inſpiciat, nihil differunt à cõuiuijs, in quæ quiſq; ſuum adfert cibum, neq; à datis pecunijs pro magna uſura. Et hæc adeò frequenter fiũt, ut in his (per Iouẽ) longè nunc uincamus ſuperiores, quemadmodum & in alia uniuerſa malicia. Poſſem uerò & de Phæacibus dicere, deq; illorum humanitate, ſi cui illi uidentur non illiberaliter, neq; aliter ac diuites decet, tractaſſe Vlyſſem. quo maximè conſilio, & quibus ex

Penelope.

Telemachus.

Phæaces.

cauſis adducti ſint largè atq; magnificè donare. Sed multo plura quàm par eſt nunc de his dicta ſunt. Manifeſtum uerò eſt, quòd diuitiæ nihil magni conferunt poſſeſſoribus, ad hoc ut ſint liberaliores erga hoſpites, aut alios: ſed e regione, ſordidos parcosq; plurimùm, magisq; quàm paupertas reddere ſolent. Neq; enim, ſi quis forſan diuitum unus ex decem millibus largus & magnanimus inueniatur, id ſatis oſtendit, nō multos circa iſta peiores eſſe quàm pauperes. Vir autem pauper non uitioſa prædítus natura, contentus eſt præſentibus: atq; mediocri correptum infirmitate (tali uidelicet accidente morbo, quales accidere ſolent non ociofis, neque ſemper plenis) reſonere poteſt, & uenientibus hoſpitibus dare grata munera, ac ſuſpicione carentia, quaſi ab inuitis data ſint, & cum triſticia. Non fortaſſe argenteos crateras, aut uarias ueſtes, aut quadrigas, aut Helenæ et Menelai dona Telemacho data. Neq; enim eiuſmodi (ut ueri ſimile eſt) hoſpites ſuſcipere poſſet, nempe ſatrapas aut reges, niſi prorſus ſint temperantes et boni: quibus nihil ſit ingratum, quod cum amicitia fiat. Superbos autem & tyrannicos non (opinor) ſufficienter colere poſſet hoſpites, neq; fortaſſe ſibi cuperet talium hoſpitum aduentum, amicitiamq;.

Diuites plerumq; ſordidi & illiberales.

Neq; enim Menelao certè bene ceſſit, quòd potuit ſuſcipere ditiſsimū ex Aſia hoſpitem: alius uerò nullus in Sparta tantarum erat facultatum, ut ſuſciperet Priami regis filium. Proinde euacuata eius domo, & cum pecunijs etiam uxore accepta, filiaq;, quod ad matrē attinet, pupilla relicta, receſsit domum nauigans. Et poſt hæc Menelaus diu undiquaq; per Græciam uolutatus eſt, deplorans ſuas miſerias, obſecrans unumquemq; regum ut ferrent auxilium. Coactusq; eſt & fratri ſupplicare, ut filiam traderet occidendam in Aulide. Decem autem annos exegit bellum gerens in Troia, rurſus illic adulans ductoribus exercitus tam ipſe quàm frater: ſin minus feciſſet, iraſcebantur, minabanturq; perſæpe domum ſe nauigaturos: multosq; labores immenſaq; pericula ſuſtinens, tandem errabat, neque poterat per mille mala domum redire. Ergóne ualde admirandus eſt ob diuitias? & poeta credendus reuera dignus laude, qui maximum illius bonum fuiſſe inquit, quòd hoſpitibus etiā ualde delicatis ſuam in domum uenientibus hoſpitium præbere potuerit, muneraq; dare hoſpitalia, quibus maximè lætarentur? Dicimus autem hæc recordantes poetarum, non ut cum illis ſuſcipiamus certamen, neq; ut ob gloriam inuideamus, quæ illis propter poemata & ſapientiam obtigit. Non horum gratia nitimur eos redarguere: uerùm apud eos maximè putamus inueniri poſſe uulgi ſententiā, quid nempe uulgo uideatur de diuitijs, alijsq; quæ admirantur mortales. Et ſanè maximum ſibi putāt euenire bonum, ſi quid talium nanciſcantur. Manifeſtum enim, quod ſi nō poema cum ipſis concordaret, neq; eadem cum ipſis ſentiret, nunquam ita dilexiſſent, neq; laudaſſent tanquam ſapientes & bonos uiros, & uera dicentes. Quia igitur non licet unumquemque ex multitudine ſumptum redarguere, neq; omnes interrogare ſingulatim, Cur tu ô homo, ita uehementer metuis paupertatem, & diuitias maximi facis? Aut quid magni te lucraturum ſperas, etiam ſi diues effectus fueris, aut per Iouem, mercator, aut rex? Immenſum enim tale eſſet negocium, & effectu carens. Proinde ita neceſſariò ad eorum prophetas & aduocatos poetas imus, tāquam illic inuenturi manifeſtas, metrisq; incluſas uulgi opiniones. Et certè non mihi prorſus uidere uideor, nos fruſtrari ſpe. Et quod nos in præſentia facimus, conſuetum iam eſt & ſapientioribus: quando his ipſis pauperibus contradixit ſummus quidam Philoſophorum, quem nemo (ut mihi uidetur)

Menelai hoſpitalitas.

Poetæ uulgi prophetæ, & aduocati.

detur) unquam diceret, contentionis gratia & his contradixiſſe, & illis,
quæ à Sophocle aduerſus diuitias dicta ſunt: illis quidē breuibus, Sopho
cli autem pluribus, quanquam non longis, ut nos in pręſentia, utpote nō
quantum ſumma facultate potuiſſet, differens, ſed libros ſcribens. De a-
gricolarum igitur atque uenatorum paſtorumq; uita hæc, longiorem for-
taſſe moram præbentia quàm par eſt, dicta nobis ſint: cupientibus aliquo
oſtendere pacto, paupertatem haud rem eſſe ad uictum nihil uitamq; faci
entem, quæ liberos homines deceat, operari uolentes: ſed ad meliora mul
to, utilioraq; opera atq; actiones ducentem, quęq; magis ſecundum natu
ram ſint, quàm ea, ad quæ diuitiæ complures ſolent adhortari. Age nūc
de pauperibus in urbe atq; ciuitatibus conſiderandum eſt, quod ad illorū
uictum & quæſtum attinet, quo pacto maximè degentes, & ad quæ ſe ap
plicantes, non poſsint malè uiuere, neq; uicioſius quàm qui magnis uſu-
ris fœnerant, beneq; ualde ſciunt dierum menſiumq; numerū, & qui ędes
magnas nauesq; poſsidēt, multaq; mancipia, ne quando talibus inopia ſit
operum in ciuitatibus, & iuuamine extrinſecus indigeant, quum eos &
mercede habitare oporteat, & alia habere empticia non ueſtimenta mo-
dò, ſed & inſtrumenta & frumētum, ſed & ligna, quotidiani uſus & ignis
gratia: quin & aridis lignis aliquādo opus eſt, & folijs, & alijs quibuſcun
que planè uilibus. Præter aquam enim, alia uniuerſa coguntur accipere
dato precio, uidelicet omnibus incluſis, nulloq; in medio apparente, niſi,
opinor, quæ magno multoq; precio uenum ſunt propoſita. Fortaſſis enim
difficile uidetur tali uitæ ſuppeditare neceſſaria poſſe eum, qui nullam ali
am præter corpus poſſeſsionem poſsideat: præſertim quum nō quodlibet
opus, neq; omnia ſimiliter illis ſuadeamus, unde lucrum corradi queat,
ut fortè compellemur eijcere ex ciuitatibus oratione plurimos pauperes,
ut nō reddamus reuera ciuitates bene (ut Homerus ait) habitatas, ſcilicet
à ſolis diuitibus, intra mœnia autem neminem (ut ueri ſimile) ſinamus li-
berum operarium. Atq; talibus omnibus quid faciemus? An diſpergētes
in regione alibi collocabimus, ut Athenienſes habitaſſe aiunt per totā At
ticam antiquitùs, & iterum poſtea tyrānidem exercente Piſiſtrato? Quin
neque illis inutilis fuit illa uiuendi ratio, neq; ignobiles protulit ciuium
indoles: uerùm in omnibus meliores modeſtioresq;, quàm illorū qui po-
ſtea in urbe nutriti ſunt, concionatorum & iudicum & ſcribarum ipſorū
pariter & cerdonum. Quamobrem non magnum eſt periculum, neq; gra-
ue, ſi iſti omnes omnino ruſtici fiant: nihilominus enim puto eos non cari
turos alimentis etiam in urbe. Sed uideamus quanta & quæ facientes,
moderatè nobis uitam exigant, ne ſæpius ocioſi ſedentes, ſe ad res malas
conferre cogantur. Vniuerſa quidem in ciuitate opificia & artes, multæ
ſunt & uariæ: & nonnullæ ualde utiles utentibus, ſi quis utilitatem ſpe-
ctet ad argentum. Omnes autem eas nominare ſingulatim, difficile eſt,
propter multitudinē, neque minus propter abſurditatem. Proinde hæc
breuibus, de illis & laus & uituperatio dicta ſit. Quæcunque corpori
ſunt noxiæ ad ſanitatem, aut robur ſufficiens, uel propter ſegniciem, uel
quòd ſint ſedentarię, uel generant animos inuerecundos atque illibera-
les, uel alioqui non ſunt uſui, ad nullamq; utilitatem ob delicias ſtolidita
temq; ciuitatum ſunt inuentæ, eæ iam à principio neque artes neque opi-
ficia rectè nominantur. Neque enim Heſiodus unquam, uir ſapiens, ſimi
liter laudaſſet quodlibet opus, ſi quod prauum aut turpe tali dignatus eſ-
ſet appellatione. Quibus igitur artibus illa adhęſerint detrimenta, eas ne
mo ingenuus aut moderatus attingere debet, neque ſcire ipſe, neque libe

Paupertatis uſus.

Pauperum in ciuitatibus degentiū, uiuendi ratio.

Artiū, ſiue opificiorum diſcrimen.

ros ſuos docere, ut qui neꝗ iuxta noſtrā, neꝗ iuxta Heſiodi ſententiā operarius ſit futurus, ſi cui taliū ſe applicuerit, ſed ſocordię et turpis lucri cupiditatisꝗ illiberale habitutus opprobriū, cerdo et inutilis et prauus ſimpliciter appellatus. Quæcunꝗ aūt accedentes nō dehortantur à uirtute, neꝗ ullā inducunt animo nequiciā, neꝗ morboſos reddunt & alijs morbis, & maximè imbecillitate atꝗ ſocordia, mollicieꝗ, quæ ex nimia quiete corpori innaſci ſolet, pariterꝗ uſum plurimū ad uictū parandū præbent, ea eiuſmodi omnia qui promptè facerent ac benignè, nunꝗ certè opere ac uictu eſſent carituri, neꝗ uerā præbituri diuitibus inſultationem, qua ſolēt eos inopes nominare: quū contrà magis forent, quàm illi, opulēti, nullaꝗ re (ut ita dicā) neceſſaria cōmodaꝗ indigerent. Age igitur indagemus ab utroꝗ genere, licet nō admodum diligenter ſingula dicentes, ſed ſummatim dūtaxat conſiderātes, quā ob cauſam talia nō admittamus: qualiaꝗ audacter concedi iubeamus, nihil curantes eos qui talia obijciunt, qualia ſoliti ſunt nonnunꝗ obijcere inſectantes nō ſolum ſua benefacta, quibus nihil abſurdum ineſt, uerùm etiam parentes, ſi cuius mater lanam precio tractet, aut uindemiatrix ſit, aut olim expoſita, aut nutrix ſit orphanorū aut diuitum liberorum mercede, aut pater doceat literas, aut ſit pædagogus. Nos ergo nihil tale turpe exiſtimantes, contrariū iter incedemus. Neꝗ enim alit .r ea inceſſunt exprobrando, quàm ut paupertatis indicia, ipſam uidelicet paupertatem mordentes atꝗ obijcientes tanꝗ malum aliquod & infortuniū, non opus ipſum ullū. Itaꝗ quoniā dicimus, paupertatē non peiorem eſſe, neꝗ infeliciorem diuitijs, neꝗ fortaſſe multis quoꝗ inutiliorem, non impatientius hoc opprobrium nobis ferendū eſt illo altero. Si cui enim uidetur, eos rectè facere, quòd quotidie nominantes rem quā reprehendunt, circa eam accidentia, conuiciandi cauſa obijciant: is norit, nos multo plura, & reuera turpia obijcere poſſe, quæ ex diuitijs oriuntur. Quin id maximè etiam, quod apud Heſiodum opprobrioſum iudicatum, nempe aduerſus ſegniciem dictum: — Namq;

Paupertas neque peior diuitijs, nec infelicior, aut inutilior.

Dij, neq; aratorem foſſorémue crearunt,
O homo — Et, — *Namq; procos poſt*
Sunt palmæ tibi permolles, nulloq́; labore
Attritæ. — Igitur hoc puto cuilibet manifeſtū, & forſan ſæpenumero dictum, quod infectores, & unguētarios, alutariosꝗ, unà cum tōſoria arte cùm uirorū tum mulierū, quæ nō multū differt in præſentia, & omni propè uariegataria, quę nō modò nō à ueſtibus, ſed neꝗ à cute & pilis abſtinet, & fuco & omnib. pharmacis id ſtudet, ut falſa & adulterina ſimulacra appareāt: ꝑterea cū ijs qui domorū culmina & muros & pauimēta, partim colorib. partim lapidib. partim auro, partimꝗ ebore uariegāt, partim deniꝗ murorū ſculpturis, optimū ſit ciuitatib. omnino nō ſuſcipere, aut (ꝙ nobis in pręſenti oratione cōſtituēdū eſt) neminē ex noſtris pauperib. eiuſmodi quempiā fieri. Quippe nos aduerſum diuites cōtendimus tanꝗ in chorea, nō de felicitate propoſito certamine (neꝗ enim paupertati hoc pręmiū ꝓpoſitū eſt, neꝗ diuitijs, ſed unius eſt uirtutis illud peculiare) ſed de uiuēdi regula, & mediocritate quadā. Ergo neꝗ hiſtriones Tragici aut Comici, aut Mimi, aut ſoluti riſus opifices, neque ſaltatores, neꝗ choragi (præter ſacrorū chororum, qui tamē Niobes aut Thyeſtis calamitates canant, ſaltentꝗ) neꝗ citharœdi, neꝗ tibicines ſuper uictoria in theatro certantes, noſtri pauperes fieri debēt. Tametſi quædā inclytæ ciuitates ob hāc rem malè erga nos fuerint affecti, Smyrna & Chios, atꝗ cū his Argos, ut quæ Homeri atꝗ Agamemnonis gloriā nō ſinant interire. Sanè quod ad

Artes minus neceſſariæ quæ.

non

nos attinet, ea facilè manebit. Forſan aūt & Athenienſes moleſtè ferent, exiſtimantes ſuos poetas Tragicos & Comicos ignominia affici, ſi miniſtros eorum auferimus, nulli rei bonæ eos operam dare dicētes. Veriſimile eſt indignaturos etiā Thebanos, quaſi ipſorum uictoria uituperata ſit, quàm uniuerſæ Græciæ iudicio adepti ſunt, ſuper tibiarum cantu. Hanc enim uictoriā uſq; adeò dilexerūt, ut uaſtata eorū urbe, & etiānū ferè uaſtata manēte, præter modicā partē de Cadmia, quæ habitatur, perditarū rerum nihil curarint ex multis tēplis multiſq; colūnis ac inſcriptionibus requirere: Mercuriū aūt requiſitū rurſus erexerūt, ſup quē erat Epigrāma de cantu tibiarū, cuius erat ſumma: Græcia iudicauit Thebas uiciſſe tibijs. Et nūc quoq; in medio ueteri foro, una hæc ſtatua ſita eſt in ruinis. At nos neminē horū metuētes, neq; eos qui nos obiurgāt, quaſi ea ſpernamus quæ apud Græcos ſerioſiſsime ſint accurata, omnia hæc dicimus ac pronūciamus, nō uerecūdorū, neq; ingenuorū hominū eſſe opera, ſicutēt alia multa difficilia apud eos ſunt: & quod impudētiſsimum eſt, quod uulgus magis quàm oporteat, ſibi ſapere uidet: quod quidē animo inflari rectius diceretur. Proinde neq; præcones rerū uenaliū, neq; furtorū aut fugarum indicij præmia proponētes in uijs foroq;, cū maxima libertate reboantes, neq; cōtractuū, neq; proteſtationū, neq; in uniuerſum, iudiciorū aut cauſarū ſcribas, legitimorū ſimulantes experientiā, neq; doctos uehemētesq; cauſarū ſcriptores & aduocatos, ex equo pollicentes mercede auxiliū ferre omnibus, qui nō maximorū criminū ſint rei, miſericordiamq; mouētes, clamantesq; atq; ſupplicātes pro ijs qui ipſorū neq; amici neq; cognati ſunt, quorum quidā ualde honorabiles & clari ſunt in ciuitatib. ſeq; inuerecūdè gerentes alienorū criminū cauſa, neminē putamus pauperū talem eſſe debere, ſed cæteris concedere. Manuarios quoſdam ex illis artifices fieri neceſſe eſt: linguæ aūt & iudiciorū artifices ut fiant, nulla flagitat neceſsitas. Ex dictis aūt, & dicēdis, ſunt quæ uident utilia ciuitatibus, quæ uidelicet in præſentia habitant, puta cauſarū perſcriptiones, et cōtractuū, forſan aūt & præconiorū quorundā. Quomodo autē hæc à nobis fieri debeant, ut quàm minimè ſint noxia, nō opportunū iam eſt diffinire. Neq; enim rempublicā in præſentia diſponimus, qualis nam, ut optima, aut melior certe multis euadat, eſſe debeat: ſed de paupertate loqui inſtituimus, quòd rerum non ſit indiga, id ꝙ multis uidetur, atq; ideo fugiendā eſſe, & malam: ſed quòd plurimas ad uiuendū præbeat occaſiones, ijs qui operari uoluerint, neque inhoneſtas, neq; noxias. Hinc enim ſumpto exordio, agriculturæ, & uenationis cōmoda pluribus recitauimus antea: nunc aūt de agriculturis urbanis quæ nā decentes ſint, innoxiæq; nō prorſus peſsimè uicturis quæq; peiores reddant ſibi adhærentes, diſſerimus. Porrò ſi multa ex predictis & in uniuerſum utilia ſunt ad rempublicā, et ad electionē illius quod conueniat, eo iuſtius uenia dari debet ſermonū prolixitati, quòd nō fruſtra neq; circa inutilia oberranti, longiores facti ſunt. Et ſanè conſideratio de agriculturis, artibusq;, & ſummatim de conueniente uiuendi ratione, non ſolum mediocribus, ſed & per ſe digna uiſa eſt plurima & admodū diligenti ſpeculatione. Haud igitur decet ſermonum excurſiones, etiā ſi ualde lōgæ uideant, ſed nō de uilibus, neq; oratione indignis, neq; incōuenientib. factas, grauiter ferre: quòd ipſum totius negocij argumētū dicēs nō relinquat, ſed de neceſſarijs atq; philoſophiæ conuenientibus diſſerat. Propemodum enim in hoc imitati uenatores, non erramus. Illi enim poſtq; prima ueſtigia perceperint, illaq; ſecuti fuerint, interim aūt incidant in alia euidentiora & propiora, nō grauant iſta ſequi, atq; etiā alia poſtea incidētia.

Thebanorum laus ex tibiarū cantu.

Paupertatem plurimas ad honeſtè uiuendum occaſiones præbere.

Sermonū prolixitas quatenus nō improbanda.

Ergo fortaſſe neq; ille culpandus eſt, qui orſus de uiro iuſto & iuſticia dicere, mentione facta ciuitatis exempli gratia, copioſiſsimã conſumit orationem de republica: neq; prius defatigatur, quàm omnes mutationes, omnesq; rerum publicarũ ſpecies recitauit, ualde euidenter & magnificè accidentibus circa unamquamq; oſtẽſis: etiamſi ſe ſciat in crimen uocari ob ſermonum longitudinẽ, immorationemq;, circa exemplũ uidelicet. Alioqui ſi dicta nihil ad propoſitum faciãt, & nullo modo per ea clarius reddatur id quo de quæſtio eſt, cuiusq; gratia principiò in orationem ingreſſus eſt, ob hæc ſanè nõ omnino iniuſtè reprehẽderetur. Quod ſi igitur & nos non conuenientia, neq; familiaria propoſito diſſeruiſſe uidemur, longos meritò ſermones feciſſe uidemur. Per ſe autem alioqui, neq; ſermonũ longitudo, neq; breuitas laudem meretur. De cæteris autem urbanis actionibus, abſoluere nos ſermonem audacter decet, earum partim mentionẽ facientes, partim uerò tacitas atq; incommemoratas prætereuntes. Nõ enim de lenonibus, lenonumq; ſtudijs, tanq; de dubijs rebus concionandũ eſt: ſed affirmãdum prorſus, & pronunciandũ, horum nullũ eſſe uſum. Neque igitur pauperem, neq; diuitem tali negocio mercedem ſtupri & libidinis, apud omnes ſimiliter reprehẽſibilem, aucupari decet. Nam hoc negociũ amatorum, cõmixtionem ueneri aduerſam inamabilemq; celebrat lucri cauſa, cõgregatq; mulierum atq; puerorũ corpora captiua, aut alioqui empticia, adq; turpitudinem proſtituit in cellulis ſordidis, ubiq; per ciuitatem notis, in foro tranſituq; principum, prope prætoria atq; templa, in medioq; ſanctiſsimorũ locorum. Neq; igitur barbarica corpora, neq; Græcorum, quæ quidẽ ſuperioribus temporibus nõ ualde, nunc uerò abundẽ magna ſeruitute premunt, ad huiuſmodi turpitudinẽ neceſsitatemq; ducenda ſunt, opus multo peius & impurius, q; equorum aut aſinorũ paſtores habent, operatura. Non iumenta iumentis abſq; ui, nec uoluntaria uoluntarijs abſq; pudore cõmittunt, ſed hominibus uerecundantibus & inuitis, libidine percitos & laſciuos homines ad inutilẽ inijciũt infructuoſamq; corporũ cõiunctionẽ, corruptionẽ magis q; generationẽ efficiẽtes, nullũ hominẽ reuerentes, nullumq; deorũ: nõ Iouẽ generationis, nõ Iunonem nuptiarum pręſides, neq; Parcas fatales, nõ obſtetricẽ Dianã, nõ matrẽ Rheam, neq; humanę natiuitati pręfectã Lucinã, neq; Venerẽ cognominatã ſecundũ naturã, qua nẽpe maſculus cũ fœmina congregãtur, coeuntq;. Nõ ſunt huiuſmodi lucra pmittenda, neq; legibus mãdanda, neq; à principibus, neq; à legislatoribus, neq; in ciuitatib. excellẽter ad uirtutẽ inſtituẽdis, neq; in ſecũdis aut tertijs aut quartis aut qualibuſcũq;, ſi in illorũ ſitũ fuerit poteſtate talia prohibere. Si uerò antiquæ cõſuetudines, & morbi ætate roborati ciuitates occupauerint, nõ tamẽ omnino relinquendi ſunt incurati et impuniti: ſed uidendũ quãtũ poſsibile eſt, ut aliquomodo cõtrahantur, puniãturq;: eo quòd nunq; flagitioſa manere ſoleãt in eodem ſtatu, ſed ſemper moueãtur, procedãtq; ad petulantiora, quũ modus neceſſariò obſeruandus nõ eſt cõſtitutus. Quamobrem cura aliqua habenda eſt, ut non manſuetè neq; negligenter ſtupra in deſpectis ſeruilibusq; corporibus ferantur: non hac ſolum de cauſa, quòd communiter humanũ genus omne, honorabile, eodemq; dignũ honore, à creatore Deo factum ſit, eadem ſigna ſymbolaq; habens ut iuſtè honoretur, idq; etiã iuxta rationem experientiamq; rerũ pariter honeſtarũ & turpiũ: uerũ hoc quoq; nobis cogitandum eſt, quòd difficile ſit libidini per poteſtatem alitę, terminum aliquem inuenire, quem non amplius abiecto timore tranſgredi audeat, ſed ſtudio & conſuetudine in minimis & remiſsis, irreuocabilem turpi-

Lenonum ſtudia improba, & in republica non toleranda.

Stuprorum licentia & turpitudo coercenda.

turpitudinem roburꝗ effrene accípiens, nulli ultrà cęterorũ parcat. Qua-
propter omnino ita exiſtimãdum eſt, quòd iſta in medio poſita & manife-
ſta ignominioſaꝗ adulteria, nimisꝗ impudenter & perfricta frõte perpe- *Adulterij impunitas.*
trata, incertorũ et ocultorũ tã in mulieres honorãdas quàm pueros ſtupro
rum, haud minimã præbeãt cauſam, eo quòd tam facilè talia quiſꝗ audet,
& turpitudo in público cõtemnit: et nõ, queãdmodũ quidã putãt, quòd e-
iuſmodi flagitia ſecuritatis et abſtinẽtię cauſa reperta ſint. Forſan igit quiſ
piã ruſticior ita ꝗdammodo dicere queat: O ſapiẽtes legislatores et princi
pes, q iſta ſuſcepiſtis initiò, quaſi quoddã admirabile ciuitatib. pharmacũ
modeſtię repereritis, ne uobis manifeſta hęc et apta domicilia, clauſas do
mos et interiores thalamos reſerẽt, quiꝗ foris et apertè libidinant modicis
impẽdijs, ne ſe ad liberas et honeſtas uertãt mulieres cũ multis pecunijs mu
neribusꝗ: uidete ne illi re uili, quęꝗ ſit in poteſtate, nõ cõtẽti amplius, id
quod prohibitũ eſt, cũ timore multisꝗ impẽdijs perſequantur. Videbitis
aũt (ut mihi uidetur) euidẽtius, ſi animũ uolueritis attẽdere. Siquidẽ apud
quos magnificentius quodãmodo adulteria trãſmittuntur, magnamꝗ et
perhumanã nanciſcũtur ueniã, quum multa ob bonitatẽ mariti nõ ſentiãt,
multaꝗ ſe fateãtur ignorare, hoſpitesꝗ & amicos & cognatos appellatos
adulteros perferãt, interdũꝗ benignè prehẽſent, uocẽtꝗ in diebus feſtis
atꝗ ſacrificijs ad conuiuia, tanꝗ (opinor) familiariſsimos, aduerſus uerò
ualde manifeſtos apertosꝗ mediocres iras concipiãt: apud quos (inquã)
hæc ad uxores pertinẽtia tã humaniter tranſiguni, illic neꝗ chorę is de uir
ginibus fidendũ eſt facilè, neꝗ Hymenęo uerè & iurè in uirginalibus nu-
ptijs cãtaro unꝗ credendũ. Si ergo neceſſe illic multa cõtingere antiquis
nõ diſcrepantia fabulis, citra patrũ irã & curioſitatẽ, multisꝗ imitantibus
deorũ (quos pręd icant) amores, multoꝗ defluẽte nõ ſolũ auro per culmi-
na (idꝗ admodũ facile, quũ domus non æneę ſint, neꝗ lapideæ) imò etiã
inſtillante argento, paulo pòſt nõ ſolũ in uirginũ ſinus, uerũ etiã matrũ &
nutricũ et pedagogorũ, et plurima et pulcherrima donaclã ingrediũtur p
tectũ. Eſt aũt ubi hæc nõ manifeſtè fiunt, circa ipſas nempe cortinas: quid
aũt fit apud flumina & fontes? Nónne ueriſimile eſt, multa fieri ſimilia his
quæ olim dicta ſunt à poetis, prætereꝗ quòd fortaſſe non publicitùs fiunt,
neꝗ in propatulo? In domibus autẽ ita beatis fiunt, hortorumꝗ & ſubur-
biorum precioſis uillis, inꝗ ſponſis quibuſdam præparatis & admiran-
dis nemoribus, utpote non à pauperibus, neꝗ pauperum regum filiabus,
quales aquam geſtant, luduntꝗ apud flumina, frigidis lauãtes balneis, &
in nemoribus apertis: ſed à diuitibus, & diuitũ parentum in regalibus ſe-
dibus, propria hæc omnia habẽtibus, multoꝗ meliora atꝗ magnificentio
ra cõmunibus atꝗ publicis At nihilominus fortaſſe illi ciuitati ſperare li-
cet, pueros nõ defuturos, eiuſmodi nẽpe, qualẽ Homerus dixit fuiſſe Eu- *Eudorus.*
dorum Mercurij & Polydoræ filiũ, generationem eius occultans, opinor:
Parthenius. lætis quem olim Polydora choræis, Edidit. —

Multos tales & illa ciuitas ſperare poteſt. Quin & apud Lacedæmoni *Iuſtin. lib. 3.*
os fuere quidam hoc cognomine, ſimiliter ex ſtupro nati, dictiꝗ ſunt Par *Parthenij.*
thenij Itaque ſi non perijſſent multi, ita in deliciantibus ciuitatibus pro-
gnati, ueluti nequaquam diuinam (opinor) conſecuti curam, nihil ob-
ſtaret, quin omnia eſſent Herou m plena. Nunc autem tales confeſtim pe-
reunt: quicunque uerò apparent, clam in ſeruili manent habitu uſque
ad ſenectam, ut quibus genitores auxilio atque uſui eſſe non poſsint. A-
ge uęrò, apud quos res circa uirgines puellas ita ſimpliciter geritur, quid
ſperandum eſt pueris? Qualem putamús eos conſequi poſſe diſciplinam
& edu-

& educationem? Fieri'ne poteſt, ut abſtineat à maſculorum cõtumelia & corruptione illud libidinoſum genus ſitq; contentum idoneo atq; manifeſto Veneris termino, eo nempe qui eſt ſecundum naturam? Et non, quum expletum fuerit omnimodo intemperantia circa mulieres, ſatiatumq; ea fuerit uoluptate, quærat aliud maius ac iniquius ſtuprum, quaſi mulierũ tam liberarum quàm uirginum res perfacilis ſit? Et ſanè nihil eſt negocij, uenanti cum diuitijs talem prædam. Neque ſi ad oppidò honeſtas, atque uerè honeſtorum uxores atq; filias accedat aliquis, Iouis arte aurum manibus afferens, repulſam facile patitur. Cæterùm quæ reſtant, his quæ apud multos fiunt ſatis declarantur. quòd qui fuerit inexplebilis talium uoluptatũ, ſi nihil inueniat rarum & repugnans in illo genere, contempto eo quod facile adipiſci poteſt, et ignominia affecta muliebri Venere, tanquam parata quadam & reuera fœminea prorſus, ad uirilem ſe uenerem conuertet, eos qui paulo pòſt principatum ſunt adepturi, aut iudices, aut exercituum duces ſunt futuri, concupiſcens turpitudine commaculare, quaſi hic tandem difficilem rarámque inuentu Veneris ſpeciem offendens: perinde affectus ut ſtrenui potores & uinoſi, qui ſæpe poſt multam & continuam ebrietatem, nolunt bibere, & ſiccitatem data opera machinantur per ſudores, & ciborum ſalſòrum & acerborum comeſtionem.

DIOGENES, AVT DE VIRtute. VIII.

DIOGENES Sinopenſis, eiectus ex patria, nihil à ualde uilibus hominibus differẽs, Athenas peruenit: reperitq; illic & Megarenſem Euclidem. Hic autem actus erat in exilium, quòd cum Cyro profectus eſſet in militiam. Alijs autem citò contemptis, Antiſthene utebatur, nõ tam ipſum laudans, quàm ſermones quos habebat, putans eos ſolos eſſe ueros, & hominem quemlibet maximam ex eis capere poſſe utilitatẽ.

Euclidis exilium.

Ipſum autem Antiſthenem comparans cum ſermonibus, interdum redarguebat ut multo molliorem, dicebatq; eum eſſe tubam, mordens. Non enim audiebat eum, etiam ſi maximè clamaret. Et Antiſthenes perferebat illum, hæc audiens: ualde enim admirabatur hominis naturam. Dicebat igitur, ulciſcens eum pro tuba, eum ueſpis eſſe ſimilem. Veſpis enim non magnum eſſe alarum ſtrepitum, aculeum autem acutiſsimũ. Gaudebat ergo Diogenis præſentia, quemadmodum equeſtris rei periti, quum equũ nacti fuerint iracundum, alioqui tamen animoſum & laboris patientem, nihilominus probant equi ferociam, imbelles autem & tardos oderũt, reprobantq;. Interdũ quidem eum intentè habebat, interdum aũt remiſsius: quemadmodum ij qui chordas faciunt, ita neruos tendunt, attendentes, ne rumpantur.

Antiſthenes, tuba.

Diogenes, ueſpæ ſimilis.

Poſtquam autem deceſsiſſet Antiſthenes, nullumq; alium putaret dignum, quo cum uerſaretur, tranſijt Corinthum, et illic degebat, neq; domũ conducens, neq; apud hoſpitem quendã diuertens, ſed in Cranio pro foribus excubans. Videbat enim, quòd quãplurimi homines illic conuenirent, propter portus atq; meretrices: & quòd ciuitas tanquam in triuio Græciæ ſita eſſet. Oportere igitur uirum (aiebat) prudẽtem, quemadmodum bonum medicum, ubi multi ægrotent, illuc ire ad ſuccurrendum: ita ubi quàm plurimi ſint inſipientes, illuc maximè peregrinari, ad redarguendam puniendamq; illorum dementiam. Poſtquam autem uenit Iſthmiorum tempus, & omnes erant in Iſthmo, deſcendit & ipſe. Solebat enim inſpicere in publicis conuentibus hominum ſtudia & cupidi-

Diogenes Corinthum profectus.

tates,& ad quę nam peregrinarentur, quasq; ob res ſibi maximè placerēt. Præbebat autem & ſe cuicunq; cōuenire uolenti: ſeq; mirari dicebat, quòd ſi polliceretur dentes ſanare poſſe, omnes haud dubiè ad ipſum uenirent, qui dentem ſibi uellent extrahi: atque etiam per Iouem, ſi ſe diceret oculorum medicum, omnes ipſi homines oculos utiq; oſtenderent: & ſimiliter ſi uel ad lienem, aut podagram, aut pituitam noſſe pharmacum. quia autem diceret ſe liberaturum ſibi obtemperantes ab ignorantia & prauitate atque intemperantia, nemo illum attenderet, neque iuberet ſe ſanare, neque etiam ſi multum inſuper argētum eſſet accepturus. quaſi hic minus ab his, quàm ille ab illis moleſtiæ ſentiat: aut peius ſit homini ſufferre lienem tumentem, aut dentem corruptum, quàm animum inſipientem & indoctum, quàm timidum & audacem, quàm uoluptuoſum & illiberalem, atque iracundum & acerbum, ac uerſipellem, & omni deniqueex parte corruptum. Et tunc quoque circa Neptuni templum multa turba aderat, infelicium ſophiſtarum, clamantium, mutuoq; uituperantium: pariterq; diſcipulorum, alius aduerſus alium pugnantium: multorum quoque hiſtoriographorum, inſulſa legentium commentaria: aderant & multi poetæ, poemata canentes, atque alij alios laudantes: multi quoque præſtigiatores, miracula oſtentantes: multiq; prodigiorum interpretes, prodigia mouētes: plurimi quoque rhetores, cauſas uerſantes: non pauci quoque caupones, diuendentes quod quiſq; habebat. Mox igitur & illum quidam adierūt, at nullus ex Corinthijs: neq; enim ſe arbitrabantur ullam capturos utilitatem, quia quotidie illum uiderant Corinthi. Peregrini autem erant qui illum adierunt, & horum unuſquiſque breuibus quibuſdam dictis aut auditis abibat, metuens redargutionem. Propterea ſe Diogenes ſimilem dicebat canibus Laconicis: namq; & hos, quum ſteterint in publicis mercatibus, à multis contrectari, ijsq; multos alludere: neminem autem facilè emere, quòd eis uti neſcirent. Interrogante autem quodam, An etiam ipſe ueniſſet certamen ſpectaturus? Non (inquit) ſed certaturus. Et ille riſit, interrogauitq; illum, Quós nam haberet antagoniſtas? At ille, ut ſolebat, eum intuens: Sęuiſſimos (inquit) & difficillimè expugnabiles, quos nemo Græcorum contrà aſpicere audeat: non eos quidem diſcurrentes, aut luctantes, aut ſaltantes, neque pugnis decertantes, neque iaculantes, neque diſco ludentes, ſed modeſtos. Quós nam? (quæſiuit ille.) Labores (inquit) ualde fortes, & inuictos ab hominibus attonitis & inflatis, & totos dies quidem comedentibus, noctes autem ſtertentibus. uictos autem ab hominibus macris, & paucisſimarum carnium, uentresq; habentibus pluſquam ueſparum inſectos. An tu putas, eos ad aliquid eſſe utiles, qui magnos habent uentres? quos oportebat circumductos, & circumpurgatos eijcere, imò potius mactatos & conciſos conuiuijs apponi: quemadmodum puto cetorum carnes, ij qui ſapiunt, coquunt in ſale & mari, pinguedinem autem liquefaciunt, ut apud nos in Ponto delphinorum adipem, ut ea perungant, quibus eſt opus. Arbitror enim eos ſuibus marinis minorem habere animum. Vir autem generoſus, labores putat eſſe maximos ſuos antagoniſtas, ſemperque amat cum his pugnare tam noctu quàm interdiu: non pro apio, quemadmodum mulieres, neque pro oleaſtro aut pinu, ſed pro felicitate & uirtute, per totam uitam: nō uerò tum, quum Elæi prædixerint, aut Corinthij, aut Theſſalorum communitas, ne quem reformidet, neque optabit alteri ſortitò congredi: ſed ultro prouocabit omnes ex ordine, cumq; fame contendet, & frigore, ſitimq; ſuſtinebit, & uirgis (ſi ita oportuerit) cæſus, & ſectus & uſtus, perferet,

Neptuni templum in Iſthmo.

Laconici canes.

Labores, generoſorum antagoniſtæ.

feret, & nihilo magis dabit manus. Paupertatem autem, & exilium, atq;
contemptum, & ſimilia, nunquam exiſtimabit ſibi grauia, ſed ualde le-
uia. Et uirum perfectum interdum illis ludere, quemadmodum pueri ſo-
lent talis & uariegatis globis Et ſanè uidentur quidē hi antagoniſtæ gra-
ues & intolerabiles ignauis omnibus: ſi quis autem eos contempſerit, au
dacterq; acceſſerit, uidebit eos timidos, & inualidos ad uincendum uiros
fortes: ſicuti res habet etiam cum canibus. Illi enim fugientes inſequūtur
& mordent, dilacerantq; quos apprehendunt: inuadentes autē & pugnan
tes timent, et recedunt ab eis: deniq; ſi qua cōtracta fuerit noticia, eis adu
lantur. Porrò multi homines attoniti, iudicant eos eſſe graues, ſemperq;
Simile elegās. fugiunt, nunquam ex aduerſo audentes eos intueri Etenim quemadmo-
dum qui pugilum nouerunt artem, ſi quidem præoccupent aduerſarium,
non ceſſant pugnis urgere, ſępe etiam ita ipſi inuadentes deijciunt: ſi uerò
recedant timentes, tunc fortiſsimas plagas accipiūt. ita ſi quis labores ex-
cipiat contemnens, illiſq; alacriter appropinquet, nihil aduerſus eum ua
lent: ſin uerò deſiſtat & ſecedat, longe grauiores uehementioreſq; uiden
tur. Hoc autem uideas & circa ignem fieri. Nam ſi uehementer inuadas,
extinxeris ignem: ſin uerò ſuſpectans & reformidans, uehementer urè-
ris: quemadmodum pueri interdum ludentes, lingua extinguunt ignem.
Hi ergo aduerſarij, ſimiles ſunt ijs qui omne genus certaminum obeunt,
cędentes, ſuffocantes, dilaniantes, & interficientes interdum. Altera au
tem grauior pugna, & certamen non paruum, ſed iſto longè maius, peri
Contra uolu- culoſiuſq; aduerſus uoluptatem reſtat, quæ non palàm uim facit, ſed deci
ptatem pugna pit, & excantat potentibus pharmacis: ut cum ea non talis ſit pugna, qua
acris. lem deſcribit Homerus:

Rurſus apud naues oritur duriſsima pugna:
Namq; ſecuribus atq; bipennibus, & gladijs tum,
Pugnabent magnis. —

Non hoc (inquam) modo tractatur hæc pugna. Non enim palàm
uim facit uoluptas, ſed decipit & incantat potentibus pharmacis, ut Ho
Circes incan- merus ait Circen pharmacis incantaſſe ſocios Vlyſſis: & deinde alios qui
tatio. dem ſues, alios autem lupos factos, alios uerò alias quaſdam beſtias. Ta-
lis res eſt uoluptas: non ſimpliciter inſidiatur, ſed omni pacto, per uiſum
& auditum, aut olfactū, guſtum aut tactum, præterea etiam cibis & poti-
bus. rebuſq; uenereis conatur diſperdere tam uigilantes quàm dormien
tes. Neque enim licet conſtitutis uigilibus ut aduerſus hoſtes, dormire:
ſed tum maximè aggreditur, partim quidem ipſo ſomno tabefaciens, &
ſubijciens ſeruituti, partim autem immittens ſomnia aſtuta & inſidioſa,
quæ ſui faciāt meminiſſe. Labor quidem per tactum fit plerunque, atq;
hac ratione accedit: uoluptas autem per omnem ſenſum, quoſcunque ho
mo ſenſus habet. & oportet ſanè laboribus obuiare & congredi, uolupta
tem autem fugere quàm longiſsimè, nullumq; omnino præterquam in ne
ceſſarijs cum ea habere commercium Atque hic uir fortiſſimus demon-
Fortiſsimus ſtratur. Fortiſsimus enim propemodum hic eſt, qui poterit quampluri-
quis. mum effugere uoluptates. Non enim fieri poteſt, ut quis conuerſetur cum
uoluptate, continentérque eam experiatur, & non ab ea comprehendatur
prorſus. Quum autem illa uicerit, ſuiſque pharmacis animam ſuperaue-
rit, reliquum eſt ut faciat quod fecit Circe: nempe, uirga facilimè cædens
in haram quandam pellit, concluditq;, & ex illo deinde homo uiuit aut
ſus, aut lupus. Fiunt autem & ſerpentes à uoluptate uarij & pernicioſi, &
alia quædam reptilia, coluntq; eam ſemper pro foribus obſeruantes, con

cupiſcen-

cupiſcentes quidem uoluptatem, & ſeruientes illi, ſexcentos autem alios labores habentes. Nam quum uicerit eos uoluptas, & apprehenderit, laboribus mancipat odioſiſsimis & difficillimis. Igitur quum mihi ſit ualidum certamen, miniméque uulgare aduerſus uoluptatem & labores, nemo me attendit ſpectátque reproborum hominum: ſed potius ſpectant mancipia, & ſaltantes & currentes, & tripudiantes. Neque enim & Herculem ſpectabant, certantem atque laborantem, neque illis curæ fuit: ſed & tunc fortaſſe athlétas quoſdam mirabãtur, ut Zethum & Calaïn, & Peleum, aliósque tales quoſdam curſores & luctatores: & hos quidem ob formam, illos autem ob diuitias admirabantur, ſicut Iaſonem & Cinyram. De Pelope autem dicebant, quòd etiam humerum haberet eburneum: quaſi aliqua eius ſit utilitas, qui auream manum aut eburneam habeat, aut oculos ex adamante uel ſmaragdo. Illius autem animum non cognoſcebant, qualem habebat. Porrò Herculem etiam laborantem quidem & certantem miſerabantur, dicebantq́ eum omnium hominum eſſe ærumnoſiſsimum: quapropter illius labores et facta appellarũt ἆθλα, hoc eſt ærumnas, quaſi laborioſa uita ęrumnoſa ſit: mortuum uerò pro omnibus colunt, deumq́ eſſe exiſtimant, & aiunt Hebes coniugio potiri: atque illi omnes ſupplicant, ne patiatur ipſos ærumnoſos fieri, quum ille plurimas exhauſerit ærumnas. Euryſtheum autem putant illi imperaſſe, & mandata dediſſe: quem tamen nullius precij fuiſſe exiſtimant, neque unquam quiſquam ſupplicauit neque ſacrificauit Euryſtheo. Veruntamen Hercules peragrabat Europam atque Aſiam omnem, in nullo ſimilis noſtris athletis. Quò enim potuiſſet peruenire tot carnibus onuſtus, aut tot carnibus ad uictum indigens, aut profundum ita ſomnũ dormiens? immò peruigil & tenuis erat, ut leones: acutè uidebat, acutè audiebat, neque hyemem neque æſtum curabat, nihil indigens lectis aut tegetibus aut tapetis: ſed pelle indutus erat ſordida, famem ſpirabat, ſuppetias ferebat bonis, malos puniebat. Et Diomedem Thracem, quòd uariam haberet ueſtem, & ſederet in throno totis diebus bibens atque delicijs affluens, & hoſpites iniuria afficeret, ſuosq́ ſubditos cogeret domare pullos, & equos paſcere, claua percuſſum dirupit ceu uetus dolium. Et Geryonem plurimos habẽtem boues, & ditiſsimum in Occidente omnium, pariterq́ ſuperbiſsimum, interfecit cum fratribus, bouesq́ abegit. Buſirim uerò offendens ualde diligenter certaminibus ſtudentem, perq́ totum diem edentem, ualdeq́ ſibi placentẽ, ob luctandi artem, in terram deiectum dirupit, ut ſacculi nimis pleni dirumpi ſolent. Et Amazonis ſoluit zonam, quæ illum contemptui habuerat, putaueratq́ ſe forma capturam. Congreſſus igitur cum illa, oſtendit, ſe nunquam uel à forma ſuperari, uel mulieris gratia à ſuis bonis remorari poſſe. Prometheum autem ſophiſtam quendam (ut mihi uidetur) aſſumens, à gloria pereuntem, & nunc quidem tumente illi & creſcente epate, ſi quando uidelicet laudaretur, rurſum autem deficiente, ſi uituperaret eum, miſeratum hominem & perterrefactum liberauit à faſtu & cõtentione: atque ita eo ſano facto, diſceſsit. Hæc ille faciebat, non gratificans Euryſtheo. Mala autem quæ exiſtimabat aurea, accepta ab Heſperidibus, illi dedit. ipſe enim ijs nihil indigebat: ſed illum habere iuſsit, & plorare. Nullam enim eſſe homini utilitatem ex aureis malis: neq́ enim Heſperidibus fuiſſe. Tandem autem, quia ſe ipſo tardior & imbecillior factus erat, metuens ne non ſimiliter in poſterum poſſet uiuere, poſtea quoque (opinor) morbo quodam eum ap-

Hercules.
Zethus.
Calais.
Peleus.
Iaſon.
Cinyras.
Pelops.
Herculis res geſtæ cur ἆθλα dicta.
Euryſtheus.
Diomedes Thrax.
Geryon.
Buſiris.
Hippolyta Amazonum regina.
Prometheus ſophiſta.
Heſperidum mala.

prehendente, optimè præ omnibus hominibus ſemet curauit, collecto ex
aridiſsimis lignis rogo in Oeta: exiſtimans, ſe nihil febre dignũ ſtuduiſ-
ſe. Prius autem, ne uideretur arduis tantum rebus & glorioſis operã im-
Augiæ ſtabulum. pendiſſe, abijt, fimumq́ iacentem in Augeæ ſtabulis, immenſum quoddã
à multis annis collectum ſterquilinium, extulit, expurgauitq́. Arbitra-
batur enim non minus ſibi depugnandum eſſe & belligerandum aduer-
ſus gloriam, quàm beſtias atq; homines ſceleratos. Hęc dicente Dioge-
ne, circunſtabant multi, & admodum libenter auſcultabãt ſermones. Qui
reuocans in mentem (opinor) Herculis factum, ſermone omiſſo, humi cõ
ſidens, rerum contemptarum quid faciebat. Confeſtim igitur multi eũ de-
ſpiciebãt, dicebantq́ inſanire: ac rurſus tumultuabantur ſophiſtæ, quem-
admodum ranæ in cœnoſo ſtagno, hydrum non uidentes.

DIOGENES, AVT ISTHMICA ORAtio. IX.

QVVM Iſthmia celebrarẽtur, deſcẽdit Diogenes in Iſthmũ,
ut par erat, quum uerſaretur Corinthi. aderat autem in illis
conuentibus, non eius rei quoq; cauſa, cuius multi uolen
Diogenes cur Iſthmijs ludis intereſſe ſtuduerit. tes ſpectare athletas, & ut impleantur: ſed ut animaduerte
ret (opinor) homines, eorumq́ dementiam. Norat enim,
quòd ſe clarè oſtenderent in diebus feſtis, ludorumq́ ce-
celebritatibus: in bello autem & caſtris magis laterent, propter diſcrimi-
na, formidinémque. Et ſanè exiſtimabat hos ſanabiliores eſſe: & mor-
bos corporis, quum manifeſtè apparent, facilius à medicis curari, quàm ſi
diſsimulentur, hominésque neglectos in talibus ſtudijs ocyſsimè perire.
Propterea accedebat ad ludos. Dicebat aũt mordens, quando obiurgare-
tur ut canis, (propter ſæuitiam enim & mordacitatem, canem eum appel-
Canum ingenium. labant) canes ſequi quidem ad ludos, neminem aũt iniuria afficere eorum
qui illic ſint, uerùm latrare tantum, & pugnare cum ſceleratis & peſsimis:
& cum homines inebriati obdormiſſent, eos à canibus uigilantibus cuſto
diri. Vt aũt conſpectus eſt in ludorum frequẽtia, Corinthiorum quidẽ ne
mo illi attendit animum: quia ſæpe eum uiderant in ciuitate, & circa Cra-
nium. Homines enim, quos frequenter uident, quoſq; facilè & quando-
cunq; uelint, conueniri poſſe exiſtimant, eos nõ magni faciunt. Quos aũt
raro ſint uiſuri, aut nunq; uiderunt, ad eos ſe uertũt. Vnde Corinthij nul-
lã ex Diogene utilitatẽ cæperũt: quemadmodũ nec morbis impliciti à me-
dico peregrinante, ſi eum nõ acceſſerint. Porrò ab Ionia & Sicilia & Italia
quicunq; aderãt, & ex Affrica quidã, & Theſſalia, & à Boryſthene. hi om-
nes uolebant eum uidere, magis ut alijs de eo annunciare poſſent, q̃ ut fie
rent ipſi meliores, audirentq́ eum pauliſper dicentem. Videbatur enim a-
ptus eſſe ad mordendum, atq; reſpondendum appoſitè interrogantibus.
Mel Ponticum. Quemadmodum igitur mel Ponticum inexperti guſtare tentant, guſtan-
tes aũt ſtatim exſpuunt, moleſtè ferentes eius amaritudinẽ atq; iniucundi
tatem: ita & Diogenis uolebant experimentũ capere, propter curioſitatẽ:
redargui aũt, retrocedebant, fugiebantq́. Et quũ alij conuicijs onerarem-
tur, lætabantur: ipſi aũt timebãt, atq; recedebant. Et ſi quando mordebat,
ludebatq́, quemadmodũ ſolebat, ſupra modũ gaudebant: ſeuerius aũt in-
crepantis, & ſeria tractantis, libertatem nõ ſuſtinebant. Sicut luſitabundi
infantes lętantur generoſis catulis: quũ aũt ſęuiunt, latrantq́ ſeuerius, cõ-
ſternantur, & ferè ob timorẽ moriuntur. Ita & ille tum faciebat, nõ aduer

tena

tens neq; curās, ſiue quis ipſum laudaret ex præſentibus, ſiue uituperaret. Neq; an quiſpiam ex diuitibus & ſpectabilibus aut dux aut dynaſta accedens cum ipſo colloqueretur, aut aliquis ex uiliſsimis, pauperimiſq;. ſed tales quidem ſuſtinuit, nugantes interdum: qui aūt uolebant eſſe graues, ualdeq; ſibi placebant propter diuitias, aut genus, aut aliā quandā potentiam, eos maximè urſit & corripuit quouis modo. Quidā igitur illum admirabantur, ut omniū ſapiētiſsimū: nōnullis uerò uidebatur inſanire: plurimi aūt cōtemnebant ut pauperem, nulliuſq; precij hominē. quidam etiā conuicijs inceſſebant. Alij aūt laceſſere conabātur, oſſa illi proijcientes ad pedes, tanq; canib. multi quoq; accedētes pallio prehendebāt: multi aūt nō ſinebāt, ſed indignabanf. Is uerò haud aliter ſe gerebat, q; Vlyſſes, quē Homerus ait procis alluſiſſe, eoſq;, ac eorū ſimul petulantiā atq; iniurias, paucos toleraſſe dies. Hic autem omni in re ſui ſimilis erat, referebatq; ueréregem, herumq; mendici ueſtem habentē, atq; deinde inter mancipia ſeruoſq; ſuos deliciantes, ignoranteſq; quis ſit, uolutatum, facileq; ferentem ebrioſos furioſoſq; homines ob ignorantiā atq; ruditatē. Attamen Iſthmiorum præfecti, alijq; ſpectabiles atq; potentes, uehementer hęſitabāt, contrahebanturq;, ſi quando circa eū uerſarētur: omneſq; hi cum ſilentio præteribant, cum inſpicientes. Poſtquam autem & pinu coronatus eſſet, *Diogenes pinu coronatus.* miſsis ad eum miniſtris quibuſdam Corinthij, iubebant coronam deponere, nihilq; facere illegitimum. Is uerò percontatus eſt eos, quamobrem illegitimum eſſet ſe pinu coronari, alios autem ea coronari non eſſet illegitimum? Reſpondit igitur quidam ex illis: Quia non uiciſti, ô Diogenes. Tum ille: Ego uerò (inquit) multos & magnos antagoniſtas, non qualia hæc ſunt mācipia quę iam hic luctātur, & diſcum iaciūt, curruntq;: *Diogenis antagoniſtæ.* ſed longè & omni ex parte ſeuiores, nempe paupertatem, exilium, & contemptum: præterea & iram, & animi ægritudinem, & cupiditatem, & timorem: & inexpugnabiliſsimam omnium & ignauiſsimam beſtiam, doloſamq; & mollem, uoluptatem, qua cum nullus Græcorum neq; barbarorum dignus eſt pugnare, eamq; ſuperare, animi ſui imperium adeptus: uerùm omnes ſubiacent, animūq; deſponderunt ad hoc certamen, Perſæ & Medi, Syri & Macedones, Athenienſes & Lacedæmonij, præter unum me. Vtrum ergo uobis dignus uideor pinea corona, an acceptam dabitis ei qui plurimarum carnium plenus ſit? Hæc igitur renunciate ijs qui uos miſerunt, quodq; ipſi illegitimè faciant. Quum enim nunquam ullius certaminis euaſerint uictores, circumeunt coronati. Et, quòd glorioſiora feciſſet Iſthmia ipſe, adepta corona. Et, quòd non cum hominibus, ſed capris nempe committendus eſſet. Poſt hæc autem, quum uidiſſet quendam è ſtadio euntem cum magna multitudine, & neque terram attingentem, ſed ſublimem portatum a turba, quoſdam uerò ſubſequentes atque clamantes, alios autem ſaltantes præ gaudio, manuſq; tollentes in cœlum, alios quoque inijcientes illi coronas, uittáſque: cum licuit, eum acceſsit, quæſiuitq; quis'nam eſſet tumultus circa ipſum, & quid'nam accidiſſet? Ille autem dixit: Vicimus, ô Diogenes, uirorum ſtadium. Hoc uerò (inquit) quid'nam eſt? Neque enim prudentior, ne paulùm quidem, factus es, quòd præuertiſti in ſtadio currentes: neque modeſtior nunc quàm antea, neque minus meticuloſus es, neque minus doles, neque pauciorum indigebis poſthàc, neque alacrius uiues. Non per Iouem, inquit, ſed aliorum Græcorum omnium ſum uelociſsimus. At non leporum, inquit Diogenes, neque etiam ceruorum: & quanquam hæ

fere omnium ſunt ıelociſsimæ, tamen & timidiſsimæ ſunt, & homines & aquilas & canes metuunt, uitamq́ uiuunt miſeram. Neſcis (inquit) quòd uelocitas tin ıiditatis eſt ſignum? Iſdem enim animantibus obtigit & uelociſsimis eſſe pariter, & ignauiſsimis. Hercules igitur quum tardior eſſet multis, ne :que poſſet curſu pedum tyrannos capere, ideo ferebat arcum, eóque t ıtebatur aduerſus fugientes. Et ille: Atqui Achillē (inquit) quū uelo: : eſſet, dicit poeta animoſiſsimum fuiſſe. Et quomodo ſcis (inquit) qu ȯd uelox erat Achilles? Certè Hectorē toto die perſequens, comprehe ıdere non potuit. Non te pudet (inquit) de re gloriari, qua uiliſsimis b eſtijs inferior es? Arbitror enim te non poſſe uulpem curſu ſuperare. Q ıantum autem præuertiſti? Paululum quiddam (inquit) ô Diogenes. Hoc ipſum enim circa uictoriam admirabile eſt. Omnes enim optimi erant curſores. Propter unum ergo gradum (inquit) felix effectus es? C aſsitæ autem quanto ocyus, putas, quàm uos, ſtadiū percurrere poſſunt? Alatæ nempe ſunt (inquit.) Proinde, (inquit Diogenes) ſi uelociſsimu m quodque optimum eſt, longè melius foret propè caſsitam eſſe, quàm hominem: ut luſcinias nihil opus ſit miſerari, neque upupas, quòd ex hominibus uolucres factæ ſunt, ut in fabulis dicitur. At ego (inquit) quum ſim homo, hominum uelociſsimus ſum. Quid tum? Nónne & inter formicas (inquit) uериſimile eſt, aliam alia eſſe ueloਂciorem? Non eam tamen admirantur. An non uidetur tibi ridiculum eſſe, ſi quis admiretur formicam propter uelocitatem? Quid deinde, ſi claudi fuiſſent omnes qui cucurrerunt, oportuerat'ne te tibi placere, quòd claudos non claudus præueniſſes? Hæc autem cum homine diſputans, effecit, ut multi inter præſentes rem deſpicerent, & ille ipſe contriſtatus abiret, multoq́ ſubmiſsior. Hoc autem non modicum præbebat hominibus commodum, ſi quando quem uideret fruſtra elatum, atque ob rem nullius precij, quæ'que nihil faceret ad prudentiam, correpto breuibus, auferebat modicum quid dementiæ: quemadmodum qui inflata & tumentia pungunt, aperiúntque. Inter hæc autem conſpicatus equos in eodem loco ligatos, poſtea pugnantes inter ſe, & calcitrantes, multamq́ turbam circumſtantem & ſpectantem, donec alter iam impatiens, defatigatusq́, abruptis loris aufugit: acceſsit ille, & coronauit eum qui manſerat, præconioq́ declarauit ut Iſthmiorum uictorem, quòd recalcitrans uiciſſet. Super hoc riſus omnium & tumultus exoriebatur: multumq́ mirabantur Diogenem, & deridebant Athletas. & quoſdam inde receſsiſſe aiunt, ijs nunquam uiſis: quicunq́ nimirum male habitabant, atq́ ne hoc quidem conſequi poterant.

Velocitas timiditatis ſignū.

DIOGENES, AVT DE SERuis. X.

DISCEDENS quondam Diogenes Corintho Athenas, incidit inter eundum in notū quendam: & interrogauit, Quónam abiret? Non quemadmodum multi talia interrogant, oſtendentes, quòd non planè incurioſi ſint eorum quæ agant amici, deinde illis auditis recedunt: ſed quemadmodum medici examinant ægrotantes, quid ſint facturi, quo illis conſilio ſubuenire poſsint: & hæc quidem iubent, illa autem interdicunt: ita examinauit Diogenes hominē, quid ageret? Qui dixit: O' Diogenes, uado Delphos, à deo oraculum petitum. Quum autem inſtituiſſem per Bœotos ire, ſeruus meus, qui mecum erat, aufugit, nunc uerſus Corinthum

rinthum uado: forſan enim ita & ſeruum inuenire potero. Et Diogenes dixit, ut ſolebat, ſeriò: Itáne ergo ô ridicule, Deo † uti conaris, qui non poſsis uti mancipio? An non tibi uidetur hoc illo facilius, minusq́ habere periculi, ijs qui rectè uti nõ poſſunt? Quid uerò etiam tibi uis, quærendo ſeruum? An non erat prauus? Omnium ſanè (inquit) maximè. Nulla enim à me læſus iniuria, præſertim quum talis ſit, me tamen malum exiſtimauit. Si te enim (inquit Diogenes) bonum exiſtimaſſet, nunquam reliquiſſet. Fortaſſe (inquit) ô Diogenes, quum ipſe malus ſit. Itáne ille quidem (inquit) te prauum exiſtimans, aufugit, ne quid abs te nocumenti ferat: tu uerò illum quæris, quem dicis eſſe prauum? Non enim dubium, quin & tu ab illo nocumentum laturus ſis, & hoc ſponte. An non mali homines noxij ſunt habentibus, utentibusq́, ſiue Phryges ſint, ſiue Athenienſes, ſiue liberi, ſiue ſerui? Atqui nemo canem, quem malum eſſe cenſet, quum aufugerit, quærit. Sunt autem, qui etiam ſi redeat, eijciant. A' malo autem homine liberati, non quieſcunt, ſed multa habent negocia, ſcribentes hoſpitibus, ipſiq́ peregrinantes, & pecunias conſumentes, ut eum recipiant. Et utrum putas plures damna à malis canibus accepiſſe, quàm à malis hominibus? Sanè à canibus pernicioſis, unum Actæonem aiunt perditum, & his quidem actis in rabiem: à pernicioſis uerò hominibus dici non poteſt, quot perierint, & plebeij & reges, totæq́ ciuitates, hi quidẽ à ſeruis, illi autem à militibus & ſatellitibus, alij ab amicis quibuſdam, nomine tenus amicis: alij quidam à filijs & fratribus, uxoribusq́. Nunquid igitur non magnum eſt lucrum, cui contingit liberari à malo homine? An hunc requirendum putas, dignumq́ perſecutione: ut ſi quis morbum, à quo eſſet liberatus, quæreret, atq́ in corpus recipere uellet? Et ille dixit: Hæc tu quidem rectè dixiſti, ô Diogenes: ſed tamẽ difficile eſt, ut quis iniuriam paſſus, nõ ſe uindicet. Ille enim nihil à me mali paſſus, auſus eſt (ut uides) me deſerere: qui quidem nullum opus apud me fecit, qualia ſerui faciunt, ſed ocioſè enutritus eſt, nihilq́ aliud quàm me aſſectabatur. Ergóne (inquit) nihil illi mali feciſti, quum ocioſum & inertem nutrieris, fecerisq́ peſsimum? Segnicies enim atque ocium prę omnibus maximè perdunt fatuos homines. Quare rectè intellexit, ſe abs te corrumpi: et iurè aufugit, ut operaretur uidelicet, & non ocium agens, dormiensq́ & edens, indies ſemper fieret peior. Tu uerò fortaſſe putas paruam eſſe iniuriã, quę hominem facit prauiorem? Et nónne qui eam faciat, prę omnibus fugiendus eſt, ut inimiciſsimus maximusq́ inſidiator? Et ille: Quid ergo (inqt) faciam? non enim eſt mihi alius ſeruus. Quid uerò facis, ſi non alios calceos habeas: & quos habes moleſti ſint, & atterant pedes? Nunquid non exuis ocyſsimè, & diſcalceatus incedis? ſed ſi ſpontè decidant, rurſus annectis, & ſtringis pedem? Et ſanè quemadmodum diſcalceati, interdum facilius incedunt, quàm qui malè ſunt calceati: ita multi ſine ſeruis facilius uiuunt, & iucundius, quàm qui multos habent ſeruos. Non uides diuites quanta habeant negocia, hi quidem curantes ſeruos ægrotos, & indigentes medicis, & alijs qui curam adhibeant, (etenim plerunq́ mancipia ſui curam non gerunt, neq́ ſibi in morbis cauent, partim quidem ob incontinentiã: partim quòd putent, ſi quid ſibi accidat, heros damno affici, non ſeſe) illi uerò flagris cædentes quotidie, alij autem uincientes, alij perſequentes fugitiuos. Quin neq́ peregrinari facilè poſſunt, neq́ quãdo ſibi uideatur: neq́ etiam ſi domi maneant, ocio fruuntur. Et quod ridiculoſiſsimũ eſt, interdum carent miniſtris magis quàm pauperes, & qui nullum prorſus habent ſeruũ. Et eſt negotium ſimile uermibus qui dicuntur

χρᾶσθαι & uti, & oraculũ petere ſignificat. hinc Diogenes ſumpſit argumentum.

De malo homine amiſſo non magis, quàm malo cane, laborandum.

Ocium illiberalium hominum maxima peſtis.

Iulis uermibus similes, qui ma gno famulitio utuntur. tur Iuli, quos te noſſe arbitror. etenim & illi quàm plurimos pedes habentes, tardiſsimi ſunt inter reptilia. Non noſti, quòd natura unicuiq; corpus fecerit, ſufficiens ad ſuum ipſius miniſterium? & pedes quidem ut incedere poſsit, manus uerò ut operari, & aliorum membrorum curã gerere, oculosq́ue ut uidere, aures ut audire? Et ad hæc certa menſura fecit uentrem: & non indiget homo plus cibi, quàm illi præſtare poſsit: ſed hæc menſura unicuique ſufficiens eſt, optimaq; & ſaniſsima. Sicut igitur manus debilior eſt, quæ plures habet digitos quàm natura naſcuntur, & talis homo mutilus uacatur aliquo modo, cui extrinſecus agnaſcatur digitus ſuperfluus, & neq; alijs uti poterit iuxta morem: ita etiam, ſi quãdo multi pedes, multæq; manus, & multi uentres alicui hominum contingant, non ille hercle fortior fit, neq; magis neceſſaria expedit, curatq;, ſed multo minus & difficilius. Tu autem (inquit) nunc quidem uni homini quæris cibum, tum uerò duobus: et nunc unum curas ægrotãrem, ſi qua tibi acciderit infirmitas, tum autem neceſſe erat curare & illum ægrotantem. Et nunc quidem ſi ipſe domi ſis, non ſollicitùs es ne quid ille ſubtrahat, neq; quando dormis aut uigilas, ne quid ſeruus tibi faciat mali. Omnia ſanè hęc te oportet conſiderare. Vxorem ergò ſi habebas, tum illa quidem te non ſtuduit miniſterijs colere, uidens ſeruum domi nutriri: et partim quidem cum illo pugnauit, partim autem delicijs & ipſa ſtudens tibi fuit moleſta: at nunc minus ipſa dolebit, tuiq; maiorem geret curam. Sanè ubi ſeruus eſt, ſtatim corrumpuntur nati liberi, & ſegniores fiunt, atq; ſuperbiores, quum præſtò ſit qui miniſtret, habeãtq; quẽ deſpiciant. Vbi autẽ ipſi ſunt ſoli, multo fiunt animoſiores, fortioresq;, patremq; ſtatim ab initio adiuuare diſcunt. At ô Diogenes (inquit ille) pauper ſum. Et ſi non prodeſt poſsidere ſeruum, alij dabo uenditum. Ergò ne huius (inquit) te non pudet? primùm quod alium decipis, uendens illi malum ſeruum? aut enim non dices ueritatem, aut non poteris illum cuiquam uendere. Ad hæc, ſi quis ueſtẽ uendat fucatam, aut inſtrumentum, aut iumentum morboſum atque inutile, neceſſarium erit id recipere. Itaq; nihilo plus habebis. Quod ſi uerò etiam poſsis quempiam circumuenire, & ille non ſentiat hominis prauitatem, non reformidas argentum? Fortaſſe enim emes pernicioſiorem, ſi in uenditorem incidas, qui multo quàm tu ſit acutior. Forſan & pro alia re expones, quamaximum accipias detrimentum. Neq; enim ſemper argentum adfert emolumentum poſſeſſoribus: ſed multo maiora damna & plura mala paſsi ſunt homines ab argento, quàm à paupertate, quum alioqui ſatui eſſent. Nõ tu ergo illud prius ſtudebis poſsidere, quo poſsis qualibet ex re emolumentum capere, omnibusq; tuis rebus rectè uti, nempe ut ſapias: ſed ante quàm ſapias, quæras argentum, aut terram, aut mancipia, aut iuga, aut nauim, aut domum, quibus cum unà ſeruies, propterq; ea contriſtaberis, multaq; facies incaſſum. perq; totam meticuloſus eris uitã, illorum curam gerens, nihil autem unquam ex eis utilitatis capiens? Non uides haſce beſtias, uolucresq;, quanto uiuãt quàm homines iucundius, atq; etiam ſuauius, magisq; ſanæ ſint, ualidioresq;, uiuatq; unaquæq; earũ quàm longiſsimum poteſt tempus, tametſi neq; ſeruos habeant, neq; humanum intellectum: pro omnibus tamen alijs malis hoc maximum habẽt bonum, quòd nihil poſsideant? At uideor mihi (inquit) iam facere poſſe, ô Diogenes, ut ualere ſinam ſeruum, ſi non fortè fortuna in me inciderit. Ita hercle (inquit Diogenes) quaſi diceres, mordentem aut calcitroſum equum non quærerem ſanè: ſi autem fortè fortuna eum nanciſcerer, accederem ut morderer, & calcibus percuterer. Hæc quidẽ (inquit) omitte. Deo uerò

Serui corrũpi liberos.

Seruus malus an uendendus.

uerò cur me uti nõ ſinis? Num ego interdixi tibi (inquit Diogenes) ne deo utaris, ſi poſsis? Non hoc dixi: ſed quòd magis ſit difficile quàm impoſsibile, uti uel Deo uel homine, aut ſeipſo, eum qui neſciat. Id autẽ conari antequam quis norit, damnoſiſsimum eſt. An qui equorum uſum nõ eſt expertus, uidetur ille tibi equis uti poſſe? Non equidem. Si autem cogat, non'ne potius mali quid ſibi aſciſcat, quàm boni? Verum. Quid autem qui canũ ignorat uſum, poterit'ne illis uti? An non etiam aliqua re uti, eſt utilitatem ex ea capere? Ita mihi uidetur. Nemo igitur qui dãno afficitur ab aliquo, eo utitur, à quo damnũ ſentit. Non. Proinde qui conatur canibus uti, antè quàm diſcat, damnum ex illis percipiet. Veriſimile ſanè. Non igitur utetur illis: quoniã uſus nullus eſſe poteſt, ubi damnum adeſt. Et non ſolum de canibus & equis ita res habet, ſed etiam de bubus, & auibus. Et quod magis mireris, neq; aſino aut ouicula uti poſſunt inexperti. An ignoras, quoſdam utilitatem, quoſdam uerò damnum percepiſſe ex ouium uel aſinorum paſtione? Noui equidẽ. Vtrum igitur propter aliud, quàm quòd uidelicet neceſſe eſt inexpertos dãno, expertos aũt emolumento affici & ab aſinis & à ſuibus, & ab anſeribus, & ab alio quolibet animali? Videtur. Quid autem? Non'ne in inſtrumentis eadem eſt ratio? An cithara uti poterit, muſices imperitus? An nõ, ſi ea uti conetur, fuerit ridiculus: quòd & nihil agat, & inſuper citharam corrumpat, & abrumpat ſonos? Quid autẽ? Si quis tibijs uellet uti, inexpertus tibiarum, procederetq; in theatrum ad canendum, non'ne pœnas daturus eſſet, iactus lapidibus, atq; inſuper etiam tibias contereret? Si quis etiã conetur uti clauo, neſciens nauem gubernare, poſſet'ne fieri ut non citiſsimè ſubuerſa naue, ſemetipſum perderet, ſimulq; nauigãtes? Quid aũt? An haſtæ aut ſcuti uſus utilis eſt timidis, & indoctis? Non'ne tali utendi inexperientia abijcerent non ſolum arma, ſed etiã ſeipſos? Concedo (inquit) ô Diogenes: & uſq; ad ſolis occaſum de omnib. poſſes ita interrogare. Et utrũ (inquit) melius, an uſq; ad ſolis occubitum audire ea quæ oportet, an fruſtra Delphos petere? Attamẽ in omnibus ferè rebus, quarum utendi abſit experientia, difficile eſt aliquid efficere. Et maius damnũ accipi uериſimile eſt, à maioribus. An tibi uidetur, parem eſſe uſum aſini & equi? Nequaquam. Quid autem? An hominis & Dei? At hoc neq; dicere fas eſt (inquit) ô Diogenes. Poteſt'ne aliquis ulla re uti, quam non norit? Et quomodo? inquit. Ignorans ergo hominẽ, eo homine uti non poteſt? Non poteſt. Qui igitur ſeipſum non nouit, nihil ſeipſo uti poteſt. Iam audiuiſti illud Delphis inſcriptum: NOSCE TEIPSVM? Equidem. Id igitur hauddubiè Deus omnibus præcipit, quaſi ſe non norint? Veriſimile eſt. Vnus ergo & tu ex omnibus eſſes? Quo pacto enim non ſim? Non igitũ neq; tu temetipſum noſti? Non mihi uidetur. Teipſum autem ignorans, hominem ignoras: hominem autem ignorans, homine uti non potes. Quum autem homine uti non poſsis, Deo uti conaris, quod omnimodo maius & difficilius altero eſſe confeſsi ſumus? Quid autem? exiſtimas Apollinem Attica aut Dorica lingua loqui? aut eandem linguæ eſſe proprietatem hominum & deorum? At tantum differt, ut fluuium in Troia Scamandrum, illi Xanthum: & auem Cymindim, Chalcida: & locum quendam ante ciuitatem, quem Troiani uocabant Batteian, dij ſepulchrum Myrrines appellent. Vnde iam & obſcura ſunt oracula, & multos iam deceperunt. Homero fortaſsis abſq; periculo fuit ad Apollinem ire Delphos, utpote qui nouerit ex linguis, uoces: ſi modò omnes nouit, & non paucas quaſdam, ut illi qui duo aut tria Perſica ſcientes uerba, aut Medica, aut Aſſyria, ignorantes decipiunt. An tu non times, ne Deo

Vti re, quã ignores, uelle, & difficile, et pernicioſum.

Noſce teipſum, Delphis inſcriptum.

Deos alia quàm homines lingua loqui.

Iliad. v.

Oraculorum obſcuritas.

TROIANA, AVT DE EO QVOD ILIVM *non ſit captum.* XI.

Noui equidem propemodū, quòd omnibus homines docere difficile ſit: in errorem aūt inducere, facile. Et diſcunt quidē homines tardè, ſi quid modò diſcūt à paucis ſcientibus: in errorē autē inducūtur ocyſsimè à multis neſcientibus: & hoc nō ſolum ab alijs, uerùm etiā ipſi à ſemetipſis. Veritas enim amara eſt, & iniucunda ſtultis: mendacium aūt dulce, & blandum. quēadmodū (opinor) ijs quibus dolent oculi, lumen uidere moleſtū eſt: tenebræ aūt abſq; triſticia ſunt, & amicæ, eo quòd uidere non ſinant. Aut quomodo ita ſæpe inualuiſſent mendacia, quū ueritas eſſet præſtò, niſi per uoluptatem uiciſſent? Quū autem difficile ſit (ut dixi) docere, longè tamē difficilius eſt dedocere: præſertim eos qui lōgo tempore mēdacia audiuerūt, neq; ipſi ſoli in errorē inducti ſunt, ſed & patres eorū, & aui, & omnes ferè maiores. Nō enim facile eſt horum auferre opinionē, etiāſi quis manifeſtè conuincat. Quemadmodū puto & ijs qui ſuppoſititios pueros alunt, difficile eſt tandē eximere opinionē, etiā ſi quis uera dicat: quæ quidē initiò ſi quis dixiſſet, nunq; eos ſuſcepiſſent. Portò hoc ita ualidū eſt, ut multi mala potius ſibi uendicent, & confiteātur aduerſum ſeſe, ſi prius ſint perſuaſi, q̄ bona, poſt longū tempus audientes. Proinde neq; uos (uiri Ilienſes) mirabor, ſi fide digniorē putaueritis Homerum, qui peſsima aduerſum uos mendacia finxit, q̄ me, uera dicentē. Neq; ſi credideritis eum diuinū fuiſſe uirū atq; ſapientē, ueſtrosq; pueros ſtatim à principio illius carmina docueritis, nihil aliud quàm execrationes ueſtræ ciuitatis cōtinentia, easq; nō ueras: me uerò nō ſuſtinueritis, ea quæ uerè ſunt facta dicentē, eo quòd non multis annis poſt Homerū natus ſim. Atqui aiunt uulgò, tēpus negociorum optimum eſſe iudicem: ſi quid aūt audiant poſt multū temporis, propter id incredibile exiſtimant. Si quidē ſanè apud Argiuos auderē cōtradicere Homero, eiusq; poemata demōſtrare falſa eſſe in maximis: forſan iurè mihi iraſcerētur, eq; ciuitate eijcerēt, quòd illorū gloriā uiderer deſtruere & cōuellere: uos aūt iurè mihi gratiā habere debetis, & prōptè audire. nam ueſtrorū maiorū gratia hanc operā ſumpſi. Prædico aūt uobis, neceſſe eſſe hoſce ſermones & apud alios dici, multosq; audire: quorum quidē partim non intelligent, partim ſimulabunt ſe contemnere, non cōtemnentes eos: partim aūt conabuntur redarguere, idq; maximè (opinor) infelices ſophiſtę. Quin et hoc manifeſtè noui, quòd ne uobis quidē uoluptati ſint futuri. Plurimorū enim hominū animi ita nimis gloria ſunt corrupti, ut magis cupiāt celebres eſſe uel maximis calamitatibus, q̄ nihil perpeti mali, & in obſcuro eſſe. Ipſosq; puto Argiuos non aliter uelle facta eſſe ea quę de Thyeſte & Atreo & Pelopidis narrant: uerùm uehemēter excādeſcere, ſi quis redarguat Tragœdiarū fabulas, dicens, neq; Thyeſtem rē habuiſſe cum Atrei coniuge, neq; illū occidiſſe fratris liberos, neq; detrūcatis mēbris cōuiuio excepiſſe Thyeſten, neq; Oreſtē propria manu peremiſſe matrē. Hæc omnia ſi quis diceret, ægrè ferrēt, quaſi cōuicijs proſciſsi. Hoc ipſo uerò modo & Thebanos affectos fore reor, ſi quis ea quę apud eos accidiſſe dicūtur infortunia, falſa eſſe demōſtret, nēpe q; neq; Oedipus occiderit parētē, neq; cū matre cōcubuerit, neq; ſemet excæcauerit, neq; illius filij mutua ante muros cęde mortui ſint: neq; Sphingē aduenisſe, atq; illorū liberos deuoraſſe oſtendat. Verùm lætātur cōtrariū audiētes: nēpe Sphingē ipſis immiſsā Iunonis ob irā, & Laiū à filio interfectū, et Oedipodē ijs factis paſsisq; cæcū erraſſe: & anteà, alterius ipſorum regis, ciuitatisq; cōditoris, Amphionis filios omniū hominū formoſiſsimas, ſagit-

Docere & diſcere difficile.

Dedocere & dediſcere, difficilius.

Homerus.

Tempus optimū iudex.

Argiuorum ſtulta arrogātia.

Item Thebanorum.

antea dicta à multis. neq; enim uolo accuſare Homerũ: ſed ſolũ oſtẽdere ue
ritatẽ, quòd ea facta nõ ſint. Cæterùm & defenſionẽ pro illo adferã, in ijs
quæ mihi uiſa fuerint. Quod aũt non contei mendaciũ præ cunctis dicere,
neq; hoc ſibi turpe ducat, manifeſtũ eſt. Vtrum aũt rectè an nõ, omitto nũc
cõſiderare. Omiſsis igitur, quæcũq; intolerãda ſcripſiſſe uidetur de dijs,
quæq; illũ non decent: hoc ſolum dico, quòd deorũ ſermones non cõtatur
referre, quos ait inter ſe habuiſſe: & nõ eos ſolũ qui publicitùs habiti ſunt,
& omnib. dijs præſentibus, uerùm etiã eos quos priuatim inter ſe habue-
runt: ut quẽ habuit Iupiter iratus Iunoni, propter deceptionẽ & infauſtam
Troianorũ pugnã: quẽq; habuit Iuno cum Venere, exhortãs ut patri daret
pharmacũ, & ipſi ceſtum, illud nempe lorũ amatoriũ, quod rationi conſen
taneũ eſt eam ſecretò rogaſſe. Neq; enim ueriſimile eſt ullum aliũ hominẽ
ſcire huiuſmodi, quãdo uir & uxor diſsidẽt, & mutuò interdũ conuincian
tur. Et Vlyſſem ſcripſit hæc eadẽ corrigentẽ, ne uideretur arrogãs nartan-
do, deorũ ſermones pro illo habitos. Dixit enim ſe audiuiſſe à Calypſo: illã
aũt ab alio quodã percepiſſe. De ſe uerò nihil tale dixit, quod quid à deo ullo
audiuerit: ita ualde deſpiciebat homines, nihilq; illi curæ erat ſi uideretur
nihil ueri dicere. Neq; enim exiſtimauit quenquã crediturũ, quòd deorũ
ſciret ſermones pro ipſo habitos. Dixit enim ſe omnia audiuiſſe, & multis
perſuaſit. Narrat aũt & cõcubitum Iouis cum Iunone in Ida factũ, & ſermo
nes quos dixit ante concubitũ, quaſi ipſe uiderit & audiuerit: nihilq; ipſi
(ut par eſt) obſtiterit nubes, qua ſe inuoluit Iupiter, ne eſſet cõſpicuus. His
aũt impoſuit colophonem ferè. Vt enim non dubitemus, quomodo deos
intelligat, ita propemodũ nobiſcũ confabulatur, quaſi gnarus ſit deorũ lin
guæ: & quòd ea non eadem ſit cum noſtra, neq; eiſdem nominibus unum-
quodq; appellent, quibus nos. Oſtendit hoc autem in aue quadã, quam
ait à dijs uocari Chalcida, ab hominib. autẽ Cymindin: & in loco quodam
ante urbem, quem ab hominibus ait uocari Batian, à dijs autem ſepulchrũ
Myrrhinæ. De flumine autem dixit nobis, quòd non Scamander, ſed Xan
thus uocaretur à dijs, atq; ita ipſe etiam in carminib. nominat: quaſi nõ ſo
lum illi liceat alias commiſcere Græcorum linguas, & nunc quidẽ Aeoli-
ca, nunc aũt Dorica, aliquando uerò Ionica, uerùm etiã diuina loqui. Por-
rò hæc à me dicta ſunt (quemadmodũ dixi) nõ accuſandi gratia, ſed indicã
di, quòd audaciſsimus hominũ fuerit ad mẽdacia Homerus: & nõ minus
cõfidens & iactabundus in mẽdacijs dicendis, quàm ueritate. Ita enim at-
tendentib. ualde parua & nullius precij uidebunt ea, quæ ego mentitũ eſſe
dicã. Sunt enim reuera humana mẽdacia, & ualde credibilia, ſi cõferantur
ad ea quæ de diuina atq; immẽſa natura mẽtitus eſt. Nã quũ inſtituiſſet bel
lum dicere, quod geſtum eſt ab Achiuis aduerſus Troianos, nõ ſtatim in-
cœpit à primordio, ſed aliũde: id quod ferè omnes faciũt mentiẽtes, impli
cantes & circũplicantes, nihilq; ordine dicere uolẽtes. minus enim ita ma
nifeſti fiũt: ſin minus, ab ipſo negocio redarguũtur. Hæc uidere licet & in-
iudicijs, & alibi fieri, ubi artificioſè mentiũtur. At qui facta uerè oſtendere
uolũt uti quicq; factũ eſt, ita recitãt, primum primò, ſecundũ ſecundò, & a-
lia ſimiliter ex ordine. Vna igit hæc cauſa eſt, quòd nõ ſecundũ naturã or-
ſus eſt poeſim. Alterũ aũt, quòd belli initiũ & finẽ maximè ſtuduit obſcura
re, & cõtrariã inducere de illis opinionẽ. Vnde neq; principiũ neq; finẽ au
ſus eſt dicere confeſtim, neq; pollicitus eſt de illis quicq; dicturũ: ſed ſicubi
& meminit, facit obiter, breuiterq;: ſeq; manifeſtũ facit, quòd rẽ perturbet. Ne-
que enim in his audax fuit, neq; potuit expeditè dicere. Euenit aũt & hoc
plerũq; mẽtientib. ut de re, alia quidẽ dicant, illiſq; immorentur: alia uerò
quũ maximè abſcõdere uelint, nõ inhærẽtes, neq; attẽto dicant auditori, ni

Homerica mẽdacia.

Deorum ſermones apud Homerum.

Deorum linguæ à noſtris diuerſæ.

Homerica in Dialectis licẽtia.

Mentiendi ars.

Homericæ poeſeos exordium quale.

hilq́ſuo ponũt loco, ſed ubi maximè fallere queat, tam huius gratia, quàm quod mẽdacium pudorem inijcere ſoleat, faciatq́ cunctabundos ad ſe accedere uolẽtes, præſertim quũ fuerit maximis de rebus. Vnde neq́ magna uoce dicunt mentientes, & ſi quando ad mendacium peruenerint quidam eorum aut balbutiunt, aut obſcurè loquuntur: alij autem, non quaſi ipſi quicquam norint, ſed quaſi ex alijs audierint. Quicunque autem ueraciter quid dicit, audacter & nihil diſsimulans dicit. Neq́ igitur ea quæ circa Helenæ raptum acciderunt, Homerus confeſtim dixit, neq́ libertate in illis uſus eſt, neq́ de ciuitatis expugnatiõe, tametſi (ut dixi) audaciſsimus eſſet: ſed ſuccubuit & uictus eſt, quod iam contraria ueris diceret, & circa totius negocij ſummam mentiretur. Vnde enim potius auſpicari decuit, quam ab ipſa iniuria & ſtupro Alexandri, ob quod conflatum eſt bellum? Hinc enim ad iram cõmoti eſſent omnes qui in illius poeſim incidiſſent, ſimulq́ de fine contendiſſent, neq́ quiſquam miſeratus eſſet Troianos ob ea quæ pertuliſſent. Ita nempe beneuolentiorem & promptiorem habiturus fuerat auditorem. Rurſum id decuerat, ſi uoluiſſet maxima & formidoloſiſsima dicere, & uarias paſsiones atq́ calamitates. Præterea autem, quod prę omnibus unuſquiſq́ deſiderauiſſet audire, quid maius poterat aut atrocius dicere, quàm urbis expugnationem? Neq́ etiam plures homines interfectos, neq́ miſerabilius, qui partim ad deorũ aras confugerant, partim pugnauerant pro liberis & uxoribus: neq́ mulieres plures & uirgines aliò ductas. & reginas ad ſeruitutem & turpitudinem, has quidem à maritis, illas autem à patribus, alias à fratribus, alias deniq́ ab ipſis deorũ ſimulacris abſtractas, quæ uiderãt chariſsimos maritos in ſtrage iacentes, neq́ ijs ualedicere, neq́ oculos claudere poterãt. Viderant quoq́ teneros infantes ad terram eliſos crudeliter. Neq́ dicere potuiſſet plura deorum templa ſpoliata, neq́ maiorem pecuniarum copiam direptam, neq́ prorſus totam incenſam ciuitatem, neq́ clamorem maiorem aut ſonitum ferri & ignis, partim quidem ab pereuntibus, partim autem à iactantibus. Quę Priamum fecit dicere paucis, quaſi futura: quæ ipſe forſan ut facta recitat, at nõ tanta narratione quali cętera ſolebat, terribilia faciens & adaugẽs minima quæq́. Si uerò uolebat inſigniũ mortes uirorum dicere, quomodo reliquit Achillis & Memnonis, & Antilochi, & Aiacis, & ipſius Alexandri? Quomodo præterijt Amazonũ exercitũ, & pugnam illam quam Achilles cum Amazone pugnaſſe dicitur, tam pulchram & admirabilem? An decuit, quo aliquid diceret admirandum, ut fluuium faceret pugnare cum Achille? Præterea ut diceret Vulcani & Scamandri pugnam, & aliorum deorum, & fugas, & conflictus & uulnera, deſiderans aliquid magnum dicere & admirabile, tot & tantis ob inopiam ueritatis relictis rebus? Sunt autem talia quæ dixit Priamus:

Vrbis Troiæ expugnatio quomodo ab Homero deſcripta.

Inſignium uirorum cædes quomodo.

Iliad. X.

Quem Saturnius in poſtremo limine uitæ
Fato difficili perdet, mala multa uidentem,
Gnatosq́; extinctos, abſtractasq́; ad ſtupra gnatas,
Et ruptos fœdè thalamos, teneroiq́; infantes
Illiſos terræ, pugnæ ſub tempus acerbæ,
Correptasq́; nurus ſceleratæ gentis Achiuæ
Mortiferis manibus: poſtremum forſan & ipſum
In primis foribus catuli rapientq́; trahentq́;
Crudiuori, ſimul ac me quis percuſſerit enſe,
Iecerit aut telo, animaq́; orbauerit hoſtis.

Neceſſarium igitur ex his eſt confiteri, Homerum aut iniquum & malum

lum fuiſſe rerum iudicem, quòd minora & abiectiora elegerit, reliquerit que alijs maxima & grauiſsima: aut non potuiſſe eum (quemadmodū dixi) fortiter aſſerere mendacia: In his autem oſtentare Poeſim, quæ uolebat abſcondere quomodo eſſent facta. Sic enim & in Odyſſeia, ea quidem quæ in Ithaca & circa procos acciderunt, ipſe dicit: maxima uerò mendacia nō ſuſtinuit dicere, nempe de Scylla, & Cyclope, & Circes uenenis, præterea & Vlyſsis deſcenſum ad inferos: ſed Vlyſſem fecit narrantem Alcinoi conuiuis. Illic quoq; de equo & expugnatione Troiæ recitantem fecit Demodocum in cantico, paucis uerſibus. Et mihi ſanè uidetur, quòd ea ab initio non appoſuerit, utpote quæ facta non ſunt: procedente autem Poeſi, poſtquam uidit homines facile credere omnia, contemptis illis, & ſimul gratificatus Græcis & Atridis, omnia confuderit, & peruerterit res in contrarium. Dicit autem incipiens:

Odyſſeæ narrationes cuiuſmodi.

Dic mihi damnioſum Pelidæ Muſa furorem,
Qui mala crinitis complura inuexit Achiuis,
Multasq; egregias animas demiſit ad Horcum,
Heroum, atq; ipſos canibus proiecit in eſcam,
Cunctisq; alitibus. Iouis at ſunt omnia facta
Conſilio. —

Hic dicit, de ſolo ſe dicturum furore Achillis, deq; calamitatibus & interitu Achiuorū, quòd multa & atrocia ſint paſsi, & multi perierint & relicti ſint inſepulti: quaſi hęc maxima ſint, et Poeſi digna, ex omnib quę ſunt geſta. Et in his Iouis conſiliū expletū eſſe ait, quod quidē & cōtigit. Nouiſſimā uerò rerū mutationē, & Hectoris mortē (quæ præter pollicitationem pro auctario erat adhibiturus, neq; principio forſan ſatis ei erant deliberata) & quod deniq; Iliū ſit captū, inuertit omnia. Deinde uolens malorū cauſam dicere, omiſſo Alexandro & Helena, de Chryſe nugatur, & eius filia. Ego igitur audiui quendam ex ſacerdotibus in Aegypto, in præfectura Onuphiti, ualde bene de his dicentem, & alia Græcorum multa deridentem, quaſi nihil ſcientium ueri de plurimis. idq; hoc maximè argumēto colligebat, quòd perſuaſi eſſent, Troiam eſſe captā ab Agamemnone, quód que Helena iam coniunx Menelai amauerit Alexandrum. Et de his adeò ualde perſuaſi eſſent, decepti ab uno homine, ut unuſquiſq; iureiurando confirmare auſit. Dicebat autem, omnem priorum temporum hiſtoriam apud ipſos ſcriptam eſſe, partim quidem in templis, partim in colūnis quibuſdam, & ex ijs quædam ſolùm memoria cōtineri à paucis, columnis corruptis: multa autem in columnis conſcriptorum incredibilia uideri, propter ruditatem incuriamq; poſterorum. Eſſe autem & hæc inter recentiſſima, quæ circa Troiam accidiſſent. Quippe Menelaum ad ipſos perueniſſe, & omnia quemadmodum geſta eſſent, denarraſſe. Quum autem obſecrarem ut mihi narraret, primum quidem nolebat, dicens Græcos eſſe arrogantes: & quanquam eſſent indoctiſsimi, ſemet tamen exiſtimarent omnium doctiſsimos. Nō eſſe aūt hoc morbū difficiliorem alium, neq; uni neque multis, quàm quū quis ſit indoctus, ſeipſum exiſtimet ſapientiſsimū. Eiuſmodi enim homines nunquam poſſe ab ignorantia liberari. Ita uerò ridiculè ex his (dixit) uos affecti eſtis, ut alium poetam qui Homero crediderit, eademq; omnia de Helena ſcripſerit, Steſichorū (opinor) excæcatum dicatis ab Helena, ut qui mēdacia dixiſſet, cōtraria aūt ſcribēti uiſum redditum. Et hæc dicentes, nihilominus ueram eſſe aiunt Homeri poeſim. Et Steſichorū in poſteriore cātico dicere, quòd omnino nuſq; nauigauerit Helena: alij aūt quidam, quòd rapta quidem ſit ab Alexandro, huc uerò ad

Aegyptiorum narratio de Troianis rebus.

Doctrinę falſa ſuperſuaſio.

nos in Aegyptū peruenerit. Quumq; res ita dubia ſit, multāq; habeat igno rationē, neq; ſic tamen ſuſpicari poſſunt errorem. Hoc autem in cauſa eſſe dicebat, quòd Græci eſſent uoluptuoſi, & quæcunq; audirent ex aliquo iu cundè dicente, ea etiam uera exiſtimarent. Et poetis permitterent mentiri quicquid uellent, dicerentq; id illis licere: tamen crederent eſſe uera quæ dicant, eosq; teſtes ad ea interdum adhiberent quæ ſunt ambigua. Apud Aegyptios autem non licere quicquam carminibus dicere, neq; ullam eſſe omnino poeſim. Scire enim eos, quòd hoc uoluptatis pharmacum ſit ad au ditum. Quemadmodum igitur ij qui ſitiunt, non indigent uino, ſed ſuffi cit illis aquam bibere: ita etiam qui uera noſſe uolunt, nihil indigent car minibus, ſed ſufficit illis ſimpliciter audire. Poeſis autem perſuadet ut fal ſa audiantur, & tanquam uinum bibantur fruſtra. Sicut igitur ex illo audiui, conabor dicere: appoſitis, ex quibus mihi uera uideantur eſſe quæ dicta ſunt. Dixit enim, in Sparta fuiſſe Tyndareum, uirum ſapientem, & maximum regem. Huic autem & Ledæ duas fuiſſe filias eodem tempo re, quas nos appellamus Clytemneſtram & Helenam: & duos pueros ma ſculos, pulchros & magnos, atq; inter Græcos longè optimos. Fuiſſe au tem Helenam ubiq; diuulgatam propter pulchritudinem, multosq; illius fuiſſe procos, quum adhuc parua puella eſſet. Raptam autem eam eſſe à Theſeo rege Athenarum. Fratres igitur Helenæ ſtatim ueniſſe in regio nem Theſei, & expugnata ciuitate ſororem aſportaſſe: atq; alias quidē ca ptas mulieres dimiſiſſe, matrem autem Theſei captam abduxiſſe, punien tes eam. Tales enim illos fuiſſe, qui cum uniuerſa Græcia pugnare poſſent, eamq; ſibi facile ſubijcere, ſi uellent. Dicebam igitur, quod etiam apud nos hæc dicerētur: & inſuper, quòd ipſe uidiſsē in Olympia, in poſteriori parte templi Iunonis, monumentum illius raptus, in lignea arca à Cypſel lo oblata, nempe Dioſcuros Helenam habentes, calcantē caput Aethræ, & coma trahentem, & adſcriptum epigrāma uetuſtis literis. Poſt hæc au tem (inquit) cum Tyndaridas metueret Agamēnon (ſciebat enim ſe ho ſpitem & aduenam imperare Argiuis) uolebat eos adſumere affines: & propterea duxiſſe Clytemneſtram. Helenam autem uolebat deſponde ri fratri. Nemo autem Græcorum hoc ſe dicebat permiſſurum: unuſquiſ que enim magis eas nuptias ſibi propter generis claritatem competere a iebat, quàm Menelao, qui natus eſſet ex Pelope. Venerūt autem & ab ex teris nationibus multi proci, cùm propter pulchritudinis gloriā, tum quo que propter potentiam fratrum, patriſq;. Videbatur aūt mihi & hoc ue rè dicere, quando Pliſthenis Sicyonij tyrāni filiam, aliquos etiam ex Italia uxorē petijſſe ferant. Præterea & Hippodamiā Oenomai filiam Pelops du xit, ex Aſia ueniens. Theſeus autem à flumine Thermodoonte unam du xit ex Amazonibus. Et ut ille dicebat, Io quoq; elocata uenit in Aegyptū, ſed non in uaccam tranſmutata. Quum autem hæc uiros inter clariſsimos conſuetudo eſſet elocandi & accipiendi uxores, alij ab alijs, etiamſi longis interuallis abeſſent, etiam Alexandrum dicebat ueniſſe ambiendi gratia, patris potentia fretum, propemodum totius Aſiæ imperium obtinentis: & quòd non ita longè à Troia diſtaret, quum alioqui Pelopidarum genus potens eſſet in Græcia, multaq; generis facta eſſet commixtio. Venientē autem cum multis diuitijs, multoq; apparatu, ut ad deſponſationem, præ ſtantemq; multum pulchritudine, ſermonem feciſſe cum Tyndareo & He lenæ fratribus: dixiſſeq; de principatu Priami, opumq; multitudine, atq; alia potentia, quodq; regnum ad ſe eſſet peruenturum. Menelaum autem plebeium eſſe: Agamemnonis enim principatum, ſuis liberis, non illi com petere:

Poetica licentia. *Tyndareus.* *Clytēneſtra.* *Helena Theſeo rapta.* *Agamemnō.* *Menelaus.* *Alexāder Helenam ambit.*

petere: quodq́ ipſe eſſet pietatis erga deos ſtudioſus: & Venus ipſi promiſiſſet optimas inter omnes homines nuptias: eas ſe illius filiæ deferre, quũ alioqui ex Aſia ducere aliquas poſſet, ſi uellet, ſiue Aegyptiorum regis ſiue Indorum. Super alios ſiquidem omnes à Troia uſq; in Aethiopiam, ſe dicebat imperium habere. Etenim apud Aethiopes regnare ipſius conſobrinum Memnona, ex Tithono natum, Priami fratre: præterea et alia multa dicebat ad perſuadendũ pertinentia, donaq́ dedit Ledæ, & alijs cognatis, quanta non omnes Græci dare potuerũt. Aiebat autem & ſeſe conſanguineũ eſſe Helenæ. Priamũ enim eſſe ex Ioue, ſeq́ audiuiſſe q̃ & illi atq; illorum ſoror ex Ioue eſſent. Agamẽnoni aũt & Menelao non conuenire, ut ipſi patriã exprobrẽt. Quippe illos quoq; eſſe Phrygas, à Sipylo. Multo demũ melius affinitate iungi cum Aſiæ regibus, q̃ illinc olim expulſis. Etenim & Laomedontẽ Telamoni dediſſe nuptũ ſuã filiam Heſionẽ. ueniſſe enim illum ad Troiã procũ cum Hercule: adduxiſſe autem & Herculem, ut amicum & hoſpitem Laomedõtis. Super hæc Tyndareus cõſiliũ inijt cum liberis: uiſumq́ illis eſt rem expendentibus, non peius eſſe in affinitatem recipere Aſiæ reges. Domum enim Pelopidarum habere Clytemneſtram, quæ coniunx ſit Agamẽnonis. Cęterũ ſi Priamo affinitate iungerẽtur, ſe quoq; rerum Aſiæ dominos fore: & neminem ipſos prohibere poſſe, quin principatum Aſiæ atq; Europæ obtineant. Aduerſum hæc certabat Agamemnõ, ſed uictus eſt ipſa æquitate. dicebat enim Tyndareus, ſufficere illi debere, quòd in affinitatem eſſet receptus: ſimulq́ docebat non expedire, fratrem ſuum nanciſci æqualia, ſic enim magis inſidiaturum. Neq; Atreo Thyeſtem beneuolum fuiſſe. Maximè autem eum perſuadebat dicens, nõ toleraturos alios procos ex Græcis repulſam, neq; Diomedem, neq; Antilochum, neq; Achillem, ſed bellum geſturos: atque eſſe periculum, ne ſibi Græcorum potentiſsimos faceret inimicos. Satius igitur eſſe, nullum relinquere belli ſeditionisq́ initium inter Græcos. Hæc ægrè quidem ferebat Agamemnon: non poterat autem prohibere Tyndareum, quum dominus eſſet ſuæ filiæ: ſimulq́ metuebat illius filios. Et ita demum Alexãdrum acepiſſe Helenam ex iuſta cauſa, perſuaſis ipſius parentib. & fratribus: atq; abduxiſſe cum multa admiratione & gaudio. & Priamum & Hectorem atque alios omnes lætatos eſſe ob nuptias, Helenãq́ ſuſcepiſſe cum uictimis & uotis. Conſidera uerò (inquit) fatuitatem ſermonis contrarij. An tibi uidetur fieri potuiſſe, primùm quidem ut quis amauerit mulierem quam nunquam uidit: deinde eam perſuaſerit, ut relicto marito & patria & omnibus neceſſarijs, quum iam eſſet, ut opinor, etiam filiolæ mater, ſequeretur uirum peregrinum? Propter hanc enim abſurditatem, confinxerunt fabulam de Venere, multo his ſtolidiorem. Eſto autem, ut Alexander eam ui abducere cogitarit: quomodo id permiſit & pater nõ fatuus, ſed ualde prudens exiſtimatus, & mater? Quomodo enim ueriſimile, Hectorem poſtea exprobraſſe illi, conuicijsq́ impetiſſe eum ob raptum, ut inquit Homerus? (Sic enim ait:

Memnon Aethiopum rex.

Laomedon. Telamon. Heſione.

Alexandri et Helenæ nuptiæ legitimæ.

Iliad. 7.

Infelix, formoſe, nurunq́; inſanus amator,
Impoſtorq́; Pari: ô utinam nunquam ſatus eſſes,
Mortuus aut cœlebs uellem, & lucroſius eſſet,
Quàm ſic te inuidioſum eſſe, & lachrymabile damnum.
Quàm magnum tollunt Argiui iam cachinnum,
Dicentes, fortem ecce uirum, promptumq́; duello,
Quòd forma præſtat: ſed meſt uis nulla, nec ullum
Planè animi robur. Tú ne olim talis eras, quum

Fluctiuagis ratibus, fidis ſocijsq; receptis,
Immenſa undiſoni traiecisti æquora ponti,
Immixtusq; peregrinis terrisq; uirisq;,
Huc ducta tandem formoſa uxore rediſti,
Fortis erat quæ ſponſa uiri, Marteniq; ſcientis?
Ingens inde tuo patri & urbi, omniq; popello
Naſcetur damnum, atq; inimicis gaudia creſcent
Omnibus, at magnus mœror tete opprimet ipſum.
Haud bellaci unquam tu congredieris Atridæ:
Quippe uiri ſcires uxorem cuius apud te
Detineas. tibi nec citharæ, nec dona uenuſtæ
Profuerunt Veneris: coma nec, neq; ſplendida forma
Puluere campeſtri ſi congredereris Atridæ.)

ab initio autem hæc facienti conceſsiſſe? Atque Helenus quomodo non prædixit, quum eſſet diuinus, atq; Caſſandra deo plena? Et cum his Antenor, cur non diſſuaſit, quum ſapere uideretur? Sed poſtea tandem indignati ſunt, eumq; obiurgarunt ob res factas: quum licuiſſet à principio prohibere ne fierent? Vt autem nimiam cognoſcas ſtoliditatem, & quòd mendacia inter ſe pugnent, porrò rem conſidera. Dicunt enim, quòd paucis retro annis Hercules urbem uaſtauerit, iratus ab paruam cauſam: nempe propter equos, quos illi promiſſos Laomedõ noluiſſet reddere. Et ego recordatus ſum carminum, in quibus hæc dicit:

Ilium ab Hercule uaſtatũ.

Propter equos olim qui huc uenit Laomedontis,
Sex tantum ratibus, tanto nec milite fultus,
Cæpit & Iliacas arces, uiduauit & ipſa
Compita. —

Proinde (inquit) neq; in hoc quidem uerum dicunt. Quomodo enim in modico tempore, ita ciuitas capta & deſolata, tale incrementum habuit, ut maxima ſit facta inter omnes quæ ſunt in Aſia? Quomodo autem & Hercules eam cum ſex nauibus cæpit, quum lõgum retro tempus non eſſet uaſtata: Achiui autem cum nauibus mille & ducentis uenientes, non potuerunt capere? Aut quomodo Priamum permiſit Hercules regnare, quum illius patrem occidiſſet, tanquam omnium inimicíſsimum: & nõ potius alium conſtituit principem regionis? Quod ſi autem hæc ita habent, quid dicunt? Quomodo enim non exhorruerunt Troiani atq; Priamus inimicitias ſuſcipere cum Græcis, quum noſſent ſe prius, nequaquam ob tale peccatum, perditos ac uaſtatos: quumq; multi adhuc meminiſſent urbis expugnationem? Quomodo nihil tum tale cogitarũt, neq; eorum quiſquã prohibuit Alexãdrum? Quo aũt pacto profectus in Græciã, uerſatus eſt cum Helena, & collocutus eſt, & tandem perſuaſit eam ut parentũ & patriæ & mariti & filiolę & famæ inter Græcos curã deponeret, neq; etiã fratres reformidaret adhuc uiuẽtes, qui eam antea Theſeo abſtulerant, neq; neglexerant raptam? Tum quidem præſentem Menelaum quomodo hæc latẽre potuerunt? Tum autem abſente marito, quomodo uerisimile eſt, uxorẽ in colloquiũ ueniſſe cum homine peregrino, tum quoq; neq; aliorũ quẽquam ſenſiſſe inſidias: aut ſi ſenſerunt, cælaſſe? Inſuper aũt & Aethrã Theſei matrem ſimul cum Helena profectam, quum eſſet captiua? Non ſatis erat Theſei matrem in Sparta ſeruitutẽ ſeruire, ſed cupiũt etiã ſequi ad Troiam? Alexander aũt abſq; metu, & cum tãta poteſtate cõfecit negociũ, ut illi non ſatis eſſet uxorem abducere, ſed & pecunias ſimul impoſuerit: neq; cum quiſq; nauib, cõſcenſis eſt perſecutus, neq; ex Menelai amicis, neq; ex

Aethra an cũ Helena Troiã profecta.

Tyndarei, neq; ipſi Helenæ fratres, præſertim cū naues eſſēt in Laconica. Maiorē adhuc dubitationē adfert, quomodo à Sparta ad mare abſq; perturbatiōe itinere pedeſtri deſcēderit, quū raptus cōtinuò multis, ut uerisimile eſt, innotuiſſet. Quare fieri nō potuit, ut hoc modo ad Troiā uenerit Helena cum Alexādro: ſed nuptū illi data, à uolentib. cognatis. Ita enim rationi cōſentaneū eſt, & Aethrā cū ea ꝓfectā, & pecunias aſportatas. Horū enim nihil raptus, ſed nuptiarū ſignū eſt. Poſtquā aūt (ut dixi) Alexander cōiugium adeptus receſsiſſet cū ea, Menelaus afflictabat̃ propter nuptiarū repulſam: & fratrē accuſabat, dicens ſe proditū ab illo. Cæterùm Agamēnon de illo minus erat ſollicitus: Alexādrū aūt metuebat, habebatq; ſuſpectū, ne fortè affectaret imperiū Græciæ, quod illi competebat propter nuptias. Sic igitur conuocatis & alijs Helenæ procis, dicebat, omnes ſe eſſe iniuria affectos, pariterq; totā Græciā deſpectam. & optimā mulierem nuptū elocatā ad Barbaros, quaſi inter ſe nullus ea eſſet dignus. Hæc dicēs, Tyndareū quidē excuſabat, ueniamq; illi dandā dicebat, ut qui per munera deceptus eſſet: Alexandrū aūt cauſam omniū eſſe demōſtrabat, & Priamū: hortabaturq; eos ſimul ſuſcipere expeditionē ad Troiam. Se enim magnā habere ſpem, capi eam poſſe, ſi omnes eò ſimul nauigēt. Quod ſi eueniat, direpturos ſe magnas opes, terrāq; optimā obtenturos. Eſſe enim eam ciuitatē omnium ditiſsimā, homines uerò ex delicijs corruptos. Habere ſe quoq; multos in Aſia cognatos à Pelope, qui ſint laturi auxiliū, quū Priamū oderint. His auditis, partim irati ſunt, idq; facinus reuera exiſtimabāt Græciæ eſſe ignominiā: partim aūt ſperabāt ſe capturos emolumentū ab expeditione. Fama enim erat, res Aſiæ eſſe magnas, atq; opib. excellere. Quòd ſi uicti fuiſsēt à Menelao in petitiōe Helenæ, nō utiq; curaſſent illi eſſe ablatā, ſed potius inſultaturi fuiſsēt. Iam uerò Alexandrum oderūt omnes, ſe putās unuſquiſq; ab eo nuptijs ſpoliatū. Sic igitur collecto exercitu Agamemnō, miſsis nūcijs repetijt Helenā. Cōgruū quippe eſſe, quū ſit Græca, ut uni nubat Græcorū. Quib. auditis, Troiani indignati ſunt, & Priamus, & præ omnib. maximè Hector: quòd quū eam Alexāder legitimè accepiſſet à patre, Helenaq; illi uellet cohabitare, illi auderēt tam impudentē proferre ſermonē. dixerūtq; ſeſe cognoſcere, ꝙ occaſionē belli quærerēt. ſequidē bellū nō incœpturos, licet eſsent ſuperiores: repulſuros uerò, ſi qui inferre conarētur. Et propterea ſuſtinuerūt Troiani belli iniurias multū tēporis: multaq; paſsi ſunt, nō quanta Homerus dicit. At licet terra illorū uaſtaretur, multiq; morerent̃ homines: ſuſtinuerūt tamē, quòd ſciebāt Achiuos iniquè agere, & Alexandrū nihil feciſſe abſurdi. Si ſecus eſſet, quis illorū ſuſtinuiſſet uel fratrū, aut parentū, aut aliorū talem ciuiū perditionē? Omnino enim quū ciuitas eſſet in periculo, ne propter illius iniquitatē uaſtaretur, licebat illis Helena tradita ſemet ſaluos cōſeruāre. At illi etiā poſtea (ut aiūt) mortuo Alexādro eam retinuerūt, & Deiphobo cōiunxerūt, tanquā maximū bonum habentes in ciuitate, metuētesq; ne ipſos relinqueret. Et quidem ſi prius remanſit ob Alexādri amorē, quomodo ultra uoluit manere: niſi etiā dicunt, quòd amauerit Deiphobū? Veriſimile enim eſt, quòd potuerit perſuadere Troianis, ut ſe redderēt, quū illi alioqui prōpti ad hoc eſſent. Quod ſi metuebat Achiuos, cōpoſitiōes prius reperire oportuerat: quippe illi ſanè libēter diſceſsiſsēt à bello, plurimis & optimis interfectis. Porrò nō erat uerū quod fertur de raptu, neq; belli cauſam præbuerūt Troiani: unde bonā habebāt ſpē, ſe fore ſuperiores. homines enim ſi accipiūt iniuriā, perſeuerāt in defenſiōe ſui uſq; ad extrema. Hæc ergo nō aliter facta eſſe exiſtimato, ꝙ ut ego dico. Multo enim credibilius, Tyndareū ſponte

Agamemnonis de abducta Helena querela, et ad bellum ſuſcipiendum exhortatio.

Helena repetita negatur.

Troia bello petita.

Anacephalæoſis hactenus dictorum. uoluiſſe affinitate coniūgi Aſiæ regibus, atq; Menelaum petitione ſua & ſpe fruſtratū grauiter tuliſſe, & Agamemnonē tenuiſſe Priamidas ne obtinere. at Græciam, quum audiret & Pelopem ſuū auum ex eadem regione profectum propter affinitatem Oenomai Peloponneſum obtinuiſſe, alios autem duces bellum unà ſuſcepiſſe, frementes ab iniuriā unuſquiſq;, quòd nuptias non eſſet conſecutus: quàm Alexandrum amaſſe mulierem ignotam, patremq; illi permiſiſſe ut nauigaret ad tale facinus: cum præſertim (ut aiunt) non multo antè Troia capta à Græcis, ſuusq; pater Laomedon eſſet occiſus, poſtea quoq; bello preſſos, & tanta perpeſſos mala, noluiſſe tradere, neque Alexandro uiuente, neq; defuncto, quum nullam haberent ſpem ſalutis: Helenam quoque concepiſſe amorem erga uirum peregrinum, quo cum ab initio uerisimile eſt eam non collocutam: relictà que patria & domeſticis & marito, cum turpitudine ueniſſe ad homines Græcorum oſores. Et quum hæc omnia fierent, neminem prohibuiſſe: neq; exeuntē illā, præſertim itinere pedeſtri uſq; ad mare, neq; ab nauigantem eam quenquam eſſe perſecutū: & ſe adiunxiſſe nauigationis periculo Theſei matrem, iam prouectæ ætatis, quæq; ut manifeſtū eſt, oderat Helenam. Tandem etiam mortuo Alexandro, quem amaſſe dicitur, Deiphobo adhæſiſſe, quaſi illi quoq; (opinor) à Venere promiſſam: neque eam uoluiſſe reuerti ad ſuum maritum, neque Troianos uoluiſſe reddere, donec ui ciuitas caperetur. Horum nihil, ueri præ ſe fert ſpeciem, neq; fieri potuit. Præterea uerò ad prædicta etiam hoc conſidera. Alios quidem omnes Achiuos dicit Homerus communi auxilio ad Troiam profectos, quorum tamen minus intererat: Caſtorem autem & Pollucem ſolos eò non perueniſſe, ad quos maximè ea pertinebat iniuria. Hunc autem errorem abſcondens Homerus, ſcripſit, admirari Helenam cur nō adeſſent: deinde ipſe defendit dicens, antè uita fuiſſe defunctos. Proinde quum adhuc in uiuis eſſent, eam eſſe raptam manifeſtè conſtat. Ergo'ne illi Agamemnonem expectaſſent decem annos morantem, atque colligentem exercitum, & non e ueſtigiò liberauiſſent ſororem, neq; ſaltem repetituri ueniſſent, aut bellum geſturi cum ſuis ipſorum copijs? Non'ne Theſeo ſtatim intulerunt bellum, uiro & Græco, & inter omnes optimo, inſuper & multorum hominum regi, & Herculis ſocio, & Pirithoi, & Theſſalos & Bœotos habenti adiutores? Alexandro uerò non intuliſſent, ſed expectaſſent Atridas, decem annos copias colligentes? Forſan autem par erat & Tyndareum ipſum adueniſſe, & nihil obſtitiſſe prouectam ætatem. Neque enim Neſtore maior natu erat, neque Phœnice: neque magis illos indignari conueniebat, quàm patrem ipſum. At neque ipſe, neque filij uenerunt, neq; ex eorum uoluntate ſuſcepta erat expeditio. Sponte enim Helenam elocarant, iudicio præferentes Alexandrum alijs procis, ob principatus magnitudinem, fortitudinemq;. Nullo enim erat uirtute inferior. Neque igitur illi uenerunt ad belli ſocietatem, neq; Lacedæmoniorū ullus. Sed hoc quoque mendacium eſt, quòd Menelaus dux fuerit Lacedæmoniorum, atque Spartæ regnauerit, Tyndareo adhuc uiuente. Quippe graue fuit, ſi Neſtor neque prius neque poſtea rediens ab Ilio, conceſsit filijs regnum & principatum propter ſenectutem, Tyndareus autem ceſsit Menelao. Videntur enim & hæc multam habere ambiguitatem. Poſtquam autem ad Troiam uenerunt Achiui, primùm quidem prohibiti ſunt in terram deſcendere: & Proteſilaus ui conatus deſcendere, interfectus eſt cum multis alijs, ut coacti ſint nauigare in Cherroneſum, receptis mortuis intercedēte caduceatore ad ſepulturam, atq; illic ſepelierunt Proteſilaum. Deinde circum nauigantes deſcenderūt in regionē, & oppidula quædam expugna-

Caſtorem & Pollucem expeditiōi Græcorum nō interfuiße. Iliad. γ.

Theſeo illatum à Caſt. & Poll. bellum.

Abfuiſſe etiā Tyndareum.

Menelaus an Spartæ regnarit, Tyndareo uiuente.

Proteſilai cædes.

expugnauerũt. Porrò Alexander cum Hectore cõgregauit omnem populum ex regione in urbem, paruas aũt ciuitates propter mare dereliquit, eo quòd nõ poſſet ubiq; eſſe auxilio. Rurſum aũt illi quũ noctu in Achiuorũ portum nauigaſſent, clanculò deſcenderunt, nauiumq; ſtationẽ munitiõe circũdederunt, foderuntq; foſſam, Hectorem metuentes & Troianos: ſeq; magis tanquam ipſi obſidionem paſſuri præparauerunt, quàm Troiam obſeſſuri. Sunt qui alia quidem concedant Homero: murũ autem factũ eſſe falſo aiũt eum dicere, quòd ſcripſerit poſtea Apollinẽ & Neptunũ, immiſſis illũ fluminib. deſtruxiſſe, labefactis nẽpe muri fundamẽtis aqua: quod omniũ incredibiliſsimũ eſt. Quippe etiamnũ flumina in loco reſtagnãt, & procul à mari receſſerũt. Cæterùm reliquo tẽpore, partim mala intulerunt, partim paſsi ſunt, & prælia nõ multa facta ſunt aduerſis aciebus. Nõ enim audebãt ad urbem accedere, propter multitudinẽ fortitudinemq; eorũ qui intus erant. Leuiores uerò dimicatiões, furtiuæq; incurſiões fiebãt à Græcis. Atq; hoc modo interfectus eſt Troilus adhuc puer, & Mneſtor, & alij cõplures. Erat enim Achilles ad ſtruẽdas inſidias, nocturnasq; incurſiões callidiſsimus. Atq; ita ſuperueniẽs, parum abfuit quin & Aeneã interficeret in Ida, multosq; alios per regionẽ. Et loca munita capiebat, ſi qua indiligẽter erant cuſtodita. Neq; enim terrã obtinebant Achiui, ſed ſolũmodo caſtra. Signum autem huius eſt, quòd ſe Troilus nunq; extra mœnia exercuiſſet, præſertim procul ab urbe: neq; Troiani coluiſsẽt Cherroneſum (ut omnes cõfitentur) ſi Græci obtinuiſſent Troadẽ, neq; ijs uinum fuiſſet aduectũ ex Lẽno. Porrò quũ nõ proſperè bellũ Achiuis procederet, nihilq; eueniret ut ſperauerãt, ſed indies plures Troianis adiutores affluerẽt, peſtilentia & fames eos uexauit, & ſeditio orta eſt inter duces: quẽadmodũ ferè conſueuit fieri inter eos quibus res ſunt aduerſæ, non quib. ſecundæ. Confiteẽ aũt & hæc Homerus (neq; enim potuit uera omnia cælare) ubi dicit Agamẽnonẽ in concionẽ cõuocaſſe Grçcos, quaſi exercitũ abducturũ: uidelicet multitudine ægrè ferẽte mala, atq; recedere uolẽte, & turbas impetu ruiſſe ad naues: Neſtorẽ aũt & Vlyſsẽ uix eas potuiſſe retinere, uaticiniũ quoddã prætendẽtes, dicentesq; modicũ reſtare tẽpus, quod rogabãt eos expectare. Vatem aũt horũ in ſuperiorib. carminib. Agamẽnon nihil unq; dicit ueri uaticinatũ. Hucuſque igiẽ deinceps nõ omnino uideẽ Homerus contẽpſiſſe homines, ſed aliquo modo eſſe ueritatẽ ſecutus. At uerò in ijs quæ de raptu, nõ ipſe quidẽ ut facta narrat, ſed Hectorẽ inducit ex ꝓbrãtẽ Alexãdro, & Helenã deplãgentẽ apud Priamũ, ipſumq; Alexãdrũ eorũ recordantẽ in cõgreſſu cum Helena, ea ꝑ omnib. dilucidiſsimè oportebat dici, & maxima cũ grauitate. Præterea neq; illa uera ſunt de ſingulari certamine Alexãdri & Menelai. Quũ cm̃ nõ poſſet dicere Alexãdrũ à Menelao interfectũ, ut uanas ei donaret glorias, uictoriãq; ridiculã, finxit gladiũ eius eſſe cõfractũ. Quid? Non poterat Alexãdri gladio uti, qui tãto erat fortior, ut traheret illũ uiuũ cum armis ad Achiuos? Quin ſtrãgulare oportebat loro. Falſum quoq; eſt Hectoris & Aiacis ſingulare certamen: & illius admodũ fatua eſt trãſactio, rurſum Aiace uincẽte, doniſq; mutuò datis tanquã amicis. Porrò poſt hæc iam uera dicit, nempe Achiuorũ cladem & fugam, & Hectoris ſtrenua facta, multitudinẽq; occiſorũ, uti ſe dicturũ ꝓmiſit, & propemodum inuitus dicit, referens quoq; ad honorem Achillis. Et ciuitatem quidẽ dicit pietatis erga deos ſtudioſam: & Iouẽ palàm fecit, dicentem quòd inter omnes ſub ſole ciuitates Iliũ maximè diligat, & Priamũ, & illius populum. Deinde teſta (quod aiũt) cadente, in tantũ immutatus eſt, ut miſerrimè perderet omniũ chariſsimam, unius ob uiri peccatum: ſi tamen peccauit. Non tamen potuit abſcondere Hectoris geſta, uincentis

Troiæ obſidio cuiuſmodi.

Troili, Mneſtoris, & aliorum cædes.

Peſtis & ſeditio inter Græcos.

Alexandri cũ Menelao monomachia.

Item Hectoris & Aiacis.

Hectoris geſta. tis, & perſequentis Achiuos uſq; ad naues, quod'que eum reformidarint optimi quiq; inter Achiuos: nunc eum quidem Marti comparans, nunc autem robore dicens flammæ eſſe ſimilem: quodq; ſimpliciter nemo eum ſuſtinuerit, aſsiſtente ei Apolline, & Ioue cœlitùs ſecunda dante ſigna uẽto atq; tonitru. Hæc ille quidem tam claré noluit dicere: tamen quoniã uera erant, & ſemel cœperat, non potuit deſiſtere: ſed deſcripſit & noctẽ illã difficilem, illumq; in exercitu mœrorem, & Agamemnonis conſternationem, fletus'que: præterea nocturnam concionem, conſilium ineuntium quomodo aufugerent: & obſecrationes ad Achillem, ſi quid ille tandẽ utilitatis adferre poſſet. Poſtridie autem donat Agamemnonem fatua ſtrenuitate, ſimiliter & Diomedem, Vlyſſemq; atq; Eurypylum: & Aiacem dicit promptiſsimè pugnaſſe, cõtinuò uerò Troianos factos ſuperiores: Hectoremq; irruiſſe uſq; ad Achiuorum murum, adq; naues. Atq; quum hæc dicit, manifeſtum eſt quòd uera atq; facta dicat, ab ipſis huc perductus reb. quando autem effert Achiuos, ſumma laborat dicendorum penuria, omnibusq; ſe manifeſtum facit quòd mentiatur. Hectorem bis dicit uictum ab Aiace, ſemel quidem in ſingulari cõflictu, rurſum autem & lapide: Aeneam autem à Diomede. quumq; ne hic quidem quicquam effeciſſet, ſed tantummodo accepiſſet equos, quòd facilè non poterat redargui, non habẽs quod illis donet: Martẽ, ait, & Venerẽ uulneratos à Diomede. In quib. ſe omnib. prodit, quòd illis quidem bene uelit, cupiatq; eos eſſe admirãdos: ſed quum non haberet quod diceret ueri, propter ueritatis inopiam, in res impoſsibiles & impias incidit: quod ferè pleriſq; omnibus accidit, qui repugnant ueritati. At non de Hectore ſimiliter hæſitat, quid'nam dicat magnum & admirabile: uidelicet ea, opinor, facta quæ ſunt denarrans: quòd nempe eum omnes effuſo curſu fugerint, & fortiſsimi nominatim: quum dicit, neque Idomeneum manſiſſe, neque Agamemnonem, neque duos Aiaces, ſed ſolum Neſtorem, ex neceſsitate, & hũc propemodum captum: ſuccurrentem uerò illi Diomedem, & pauliſper ferociẽtem, mox cõuerſum fugiſſe: quaſi ſcilicet fulminibus eum prohibentibus. Tandem autem & foſſam ſuperatam, & naualia oppugnata, & perruptas ab Hectore portas, Achiuosq; in naues concluſos, & circa tentoria omnem uim belli, & Aiacem deſuper pugnantem à nauibus, & tandem ab Hectore iactũ receſsiſſe, & naues quaſdam eſſe incenſas. Hic enim nõ eſt Aeneas à Venere ſubtractus, neq; Mars ab homine uulneratus, neq; aliud quicquã huiuſmodi incredibile: ſed res ueræ, ſimilesq; factorum. Poſt hanc acceptã cladem, non amplius illi præliũ inſtaurare poterant, aut recipere audaciã tam deſperati, quibus neq; foſſa neq; munitiones profuerãt quicquam, & ne ipſas quidem naues potuerãt defendere. Quæ enim præterea tanta potentia, aut quis ita uir inuictus, & dei robore præditus eſſe potuit, qui conſpectus potuiſſet ſaluare iam perditos? Illæ enim Myrmidonum copiæ, quantulæ erant ad uniuerſum exercitum? Aut quantulum erat Achillis robur, qui tametſi tum pugnare noluiſſet, prius tamẽ ſæpe in multis annis cominus pugnauerat, neq; tamẽ Hectorem occiderat, neq; aliud quicquam magnum geſſerat, niſi quòd Troilum, puerum adhuc, cęperat? Porrò quũ huc incidiſſet Homerus, haud quicquam amplius illi curæ fuit ueritas, ſed in omnem deſcendit impudentiam, & omnes res ſimpliciter ſubuertit, tranſmutauit'que in contrarium. Id'que ex hominum contemptu, quòd eos alia quoque uideret facilimè credere, etiam illa de dijs. deinde, nulli erant alij poetæ, neq; hiſtoriographi, à quibus uerum diceretur: ſed ipſe primus aggreſſus eſt de illis ſcribere, perſuaſitq; cum ſuamultis poſt ſecu-

Mars & Venus uulnerati à Diomede.

Achillis robur.

Homericorũ figmentorum audacia unde.

lis

lis compoſuiſſet, eq; medio exceſsiſſent qui res eas nouerāt, illarumq; ob-
ſcura tantum & imbecillis fama remanſiſſet, ut ueriſimile eſt, rerum ualdè
antiquarum. Præterea quòd apud uulgus & plebeios narraturus erat ſua
carmina, & præſertim meliores facturus res Græcorum, ut etiam qui ſci-
rent, non redarguerent: eas ob cauſas auſus eſt contraria geſtis fingere, nē
pe Achille opem ferente in nauium occupatione, idq; magis neceſsitatis
atq; ſuę ſalutis cauſa fugam eſſe factam Troianorū, eosq; eueſtigiò receſ-
ſiſſe à nauibus, ignemq; eſſe extinctum Nam ſubitò irruente Achille, & a-
lios retro tuliſſe pedem, & Hectorem ſubduxiſſe ſe extra foſſam atq; angu
ſtias circa caſtra, at ferè reſtitantē: ſicut ipſe inquit Homerus. Cōcurrenti-
bus autem atq; pugnantibus, rurſus Achillem optimè certaſſe cum ſuis,
multosq; occidiſſe Troianorum atque ſociorum, quin & Sarpedonem Io
uis filium, Lyciorum regem: & circa fluminis tranſitum, cedentibus Tro- *Sarpedoni*
ianis, magnam edidiſſe cædem. Non illic eos tamen intento fugiſſe curſu,
ſed frequenter conuerſos hoſtibus reſtitiſſe. Hectorem uerò, quum pugnę
eſſet expertiſsimus, obſeruaſſe opportunitatem, quando prælio adeſſet: at-
que donec integris erat uiribus Achilles, ut qui recèns aduenîſset, forti-
terq; pugnabat, cum illo non congreſsū, ſed duntaxat alios inſtigaſſe. Po-
ſteaq; uerò ſenſiſſet defatigatum iam, multūq; ex priore impetu remiſiſſe,
utpote qui nihil non obierat in certamine, & à flumine ui maiore irruente
afflictum, incautiusq; tranſeuntem, uulneratumq; ab Aſteropæo Pæonis
filio uidiſſet, atq; Aeneam cum illo cōgreſſum, diutiusq; pugnaſſe, atq; u-
bi uòluit tutò diſceſsiſſe: Antenorem autem licet perſequutus eſſet, non ta
men comprehēdiſſe (quanquā pedum uelocitate maximè præſtare uidere-
tur Achilles) ergo propter hæc omnia illi uiſus eſt nullo negocio capi poſ-
ſe, ut bellicæ rei ſcientiſsimo. Conſiderer igitur obuiauit illi in campi me-
dio. & primùm quidem declinauit, fugam ſimulans, ut eum tentaret, atq;
adeò pariter defatigaret: nunc quidem eum expectabat, nunc autem fugie
bat. Poſtquam autem uidit tardum effectum, & retrò relictum, ſic reuerſus
irruit ſuper eum, qui iam ne arma quidem amplius ferre poterat: eumq; cō *Achillis*
prehenſum occidit, atq; arma abſtulit, ſicut hoc quoq; Homerus dixit. E- *cædes.*
quos autem perſecutum quidem dixit Hectorem, ſed non apprehendiſſe:
quum & illos cæperit. Cadauer igitur uix ſaluatum, ab Aiacib. ad naues re
latum eſt. Troiani enim iam fiducia pleni, ſeq; uictoriam adeptos exiſti-
mantes, remiſsius ſequebantur. Hector uerò, indutus armis Achillis, quū
eſſent inſignia, interfecit & perſecutus eſt Græcos uſq; ad mare: ut etiā Ho
merus confitetur. Nox autem ſuperueniens obſtitit, quo minus omnes in-
cenderentur naues. His autem ita factis, non habens quomodo ueritatē
abſconderet, Patroclum fuiſſe ait, qui aduenerit cum Myrmidonibus, ar- *Patroclus*
mis indutum Achillis, & hunc ab Hectore occiſum, atq; Hectorem ita ob-
tinuiſſe arma. Verùm quomodo Achilles, quum caſtra in tanto eſſent pe-
riculo, iamq; naues arderent, & tantum non ad ipſum iam perueniſſet ma-
lum, & Hectorem audiuiſſet dicere, neminem illorum dignum ſibi uideri
quo cum confereret pugnā, ſibiq; Iouem auxilium præſtare, & bona ſigna
oſtendere, ſiquidem uolebat ſaluos conſeruare Achiuos, ipſe manſit in ta-
bernaculo, quum eſſet fortiſsimus pugnator, & multo ſe inferiorē emiſit?
quin ſimul quoq; ei mandauit, ut fortiter irrueret, & Troianos repelleret,
cum Hectore uerò non pugnaret? Non enim in illius futurum erat (o-
pinor) poteſtate, quum ſemel prælium iniſſet, pugnare quibus cum uel-
let. Quis autem ita deſpiciēs præ ſe Patroclum, maleq; illi credēs, ſuas ta-
men illi copias permitteret, ſuaq; arma & equos: niſi qui peſsimè de rebus
conſule-

cõſuleret ſuis, & omnia uellet perdita. Deinde precatus eſt Iouẽ, ut Patro-
clũ faceret reuerti cũ armis omnib. & ſocijs, quũ eum adeò fatuè miſiſſet ad
uerſus uirum longè fortiorẽ: cui prouocanti optimũ quemꝗ, nemo uoluit
obtẽperare. Agamemnon uerò diſertè dicit, Hectorem etiam ab Achille ti
Achillis querela ridicula. meri, & nolle cum eo congredi. Proinde quum ita rebus ſuis conſuluiſſet,
an meritò queritur, ſe ſocio orbatum, & multis alijs, propemodum etiam
equis, & inermem factum? Quæ certè nũquam fecit Achilles, niſi ſtolidus
erat: ſin minus, omnino illi obſtitiſſet Phœnix. At noluit (inquit) Achi-
uos citò à periculo liberari, donec perciperet dona, pariterꝗ nondum irã
remiſerat. Quid autem erat impedimenti, cum proceſsiſſet quantum uel-
let, rurſus iram reſumere? Intellecta uerò hac inconuenientia, ænigmata
adfert, dicitꝗ ex interdicto quodam illum remanſiſſe: atꝗ ſi exiret, omni-
no interfectum iri: palàm eum accuſans timiditatis. Atqui licebat illi pro-
pter hoc ipſum interdictum domum nauigare, cœpta cum Agamemnone
ſimultate. Quin etiam de Patrocli morte ex matre audiuerat, quam dixit
ſe honorare haud ſecus quàm ſuum ipſius caput: & neꝗ ipſe quidẽ uiuere
uolebat, eo mortuo. Vt uerò uidit quòd haſtam ſuam ferre non poſſet, ali
as illi dedit, hauddubiũ quin haſtę ſimiles, nec timuit ne eas ferre non poſ-
ſet, quemadmodum & circa pugnas accidiſſe inquit. At enim ſi quis om-
nia redargueere uellet, multum haberet negocij. Porrò attendentibus, men
dacium ex ſeſe manifeſtius fit: ut nemini incertum eſſe queat, etiam modi-
Patroclus ſuppoſititius. ca mente prędito, quòd Patroclus ſuppoſititius ſit, huncꝗ protulerit Ho-
merus propter Achillem, cælare uolens quæ illi accidiſſent. Cæterùm me-
Patrocli ſepulchrum. tuens ne quis fortè & Patrocli ſepulchrum quæreret, quemadmodum opti
nor & aliorum optimatum ſepulchra manifeſta ſunt in Troia, ideo præoc-
cupans, nullum illi proprium dicit factum eſſe ſepulchrũ, ſed cum Achille
ſepultum. Atqui Neſtor non petijt cum Antilocho ſepeliri, propter ſe li-
cet mortuo, ſed domum retulit oſſa: Achillis autem oſſa cum Patrocli com
mixta ſunt? Ante omnia igitur uoluit Homerus obſcurare Achillis mor
tem, quaſi nõ mortuus eſſet in Ilio. hoc aũt quoniã uidit impoſsibile eſſe, fa
ma præualente, & ſepuchro oſtẽſo: hoc abſtulit tamẽ, ne crederet ab Hecto
re occiſus: ſed contrariũ, Hectorẽ ab Achille interfectũ, qui uſꝗ adeò prę-
ſtitit omnib. hominibus. Inſuper illius cadauer cõtumelia affectũ, tractũꝗ
Hectoris ſepulchrum. uſꝗ ad muros. Rurſumꝗ cũ intra muros Hectoris ſepulchrum eſſet, & ho
noraretur à ciuibus, redditum fuiſſe illum dicit iubente Ioue, precioꝗ re-
demptionis dato. Interea autẽ Venerem & Apollinem cadaueris geſsiſſe
curam, ne putreſceret. Non habens autem quid faceret Achilli, quoniam
oportebat eum ab Troianorum aliquo eſſe occiſum (neꝗ enim & hunc fa
Achillis mors qualiter ab Homero deſcripta. cturus erat, ut Aiacem, à ſemetipſo peremptum) inuidens occidenti pro-
pter gloriam, ab Alexandro ait occiſum, quem ſcripſerat omnium Troia-
norum ignauiſsimum timidiſsimumꝗ, & ferè uiuum à Menelao captum,
ſemperꝗ probris notatum, ut mollem pugnatorẽ, uituperijsꝗ inter Græ-
cos inſignem. Vtꝗ Hectoris gloriam auferret, pariter & Achillis uidetur
detraxiſſe, multoꝗ peiorem huius, atꝗ ignominioſiorem feciſſe mortem.
Nouiſsimè autem producit iam moriturum Achillem, facitꝗ pugnam ini-
re. Quum autem non haberet arma (nam ea habebat Hector) fugit eum,
quòd hoc unũ uerè dixiſſet. Etenim è cœlo Thetin ait arma attuliſſe, à Vul
cano facta. atꝗ ita ridiculè à ſolo Achille Troianos in fugam uerſos: alio-
rum autem Achiuorũ, quaſi nemo adfuiſſet, omnium eſt oblitus. & ſemel
Deorum inter ſe pugna. auſus mentiri, omnia confudit. Et hîc deos ſcribit pugnam inter ſe conſe-
ruiſſe: propemodum confeſſus, quod nihil curet de ueritate. Prorſus uerò
infirmè

infirmè atq́ incredibiliter Achillis fortia facta commemorans, nunc quidē
pugnaſſe ſcribit cum flumine: nunc uerò minatum Apollini, eumq́ perſe-
cutum. Quibus ex omnibus uidere licet illius hæſitationem propè. In ueris
enim rebus non eſt ita ad perſuadendum ineptus, neq́ iniucundus. Vix
porrò tandem Troianis in urbem fugientibus, Hectorē ſcripſit ante mœ-
nia animoſiſsimè illum expectaſſe, & neq́ patri obſecranti neq́ matri pa-
ruiſſe: deinde fugiſſe circum ciuitatē, quum licuiſſet ingredi, atq́ ab Achil
le, qui ſemper ferè uelociſsimus ab ipſo dictus eſt, non potuiſſe cōprehen-
di. Achiuos autem uidiſſe omnes, tanquam adeſſent ſpectaculo: & nemi-
nem opem tuliſſe Achilli, quum tanta eſſent ab Hectore paſsi, eumq́ ode-
rant, ut etiam mortuum uulnerarent. Deinde Deiphobū exijſſe extra mœ
nia, immò Mineruam aſsimilatam Deiphobo, illumq́ decepiſſe, atq́ in pu
gna Hectoris haſtam furto abſtuliſſe. neq́ inuenire potuit, quomodo He-
ctorem interficeret, uertigine capitis laborans circa mendacium, & reuera
pugnam tanquam in ſomnio denarrans. Maximè enim abſurdis ſomnijs ſi-
milia uidentur, quæ in ea pugna acciderunt. Quum autem huc proceſsiſ-
ſet, cætera tranſilijt ſilentio, non habens quid nam poeſi uteretur: ſimul &
infenſus mendacijs, certamen quoddam ſepulchrale appoſuit, idq́ ualde *Sepulchrale*
ridiculè: & regis Priami aduentum ad Achillem, nemine Achiuorum ſen- *certamen.*
tiente, & precia redemptionis Hectoris allata. Et neq́ Memnonis auxi-
lia, neq́ Amazonum, tam admirāda magnaq́, auſus eſt dicere: neq́ Achil
lis mortē, neq́ Troiæ expugnationem. Non enim ſuſtinuit (opinor) olim
mortuum Achillem, fingere denuò interfectum: neq́ uiciſſe, qui ſuccubu
iſſent, & fugiſſent: neq́ uictricē ciuitatem uaſtatam eſſe. Poſteri uerò, ut-
pote in errorem ducti, & mendacio præualente, iam confidenter ea ſcripſe
runt. Res autem in ueritate ſic habuerunt. Achille interfecto ab Hecto *Rerum poſt*
re, quum nauibus ferret auxilium, Troiani caſtra, ſicut & prius, prope na- *Achillis cædē*
ues habuerunt, ut Achiuos cuſtodirent: metuebant enim, ne noctu profu *geſtarum uera hiſtoria.*
gerent. Hector autem ſeceſsit in urbem ad parentes & uxorem, gaudens
ob res geſtas: exercitui uerò interim præfecit Paridem. Atq́ ipſe, ſimulq́
Troianorum copiæ ea nocte dormierunt, ut uerisſimile eſt, labore defatiga
ti, nihilq́ mali expectantes, præterea rebus omnino bene geſtis. Sub hoc
Agamemnō cum Neſtore & Vlyſſe & Diomede conſilio inito, ſilentio na
ues deduxerunt multas, uidentes quòd etiam pridie illius diei propemo-
dum perierant, ut ne fugiendi quidem eſſet facultas: & non modica nauiū
pars erat incenſa, neq́ una duntaxat Proteſilai nauis. His ita factis, abnaui
garunt in Cherroneſum, multis captiuis relictis, & rebus alijs non paucis:
exorto uerò die, quū factū apparuiſſet, Hector indignatus eſt, grauiterq́
tulit: Alexādrumq́ obiurgabat, quòd hoſtes dimiſiſſet è manibus. Troia-
ni aūt caſtra illorū incenderūt, diripueruntq́ derelicta. Porrò Achiuis in
tutò conſultantibus (neq́ enim claſſem habebant paratam, qui cum He-
ctore erant, ut ſequerentur) uiſum eſt omnibus, abeundū eſſe: quum & ma
gna perijſſet multitudo, & fortiſsimi uiri. Periculum autem erat, ne Troia-
ni nauibus fabricatis, ſtatim nauigarent in Græciā propterea neceſſarium
exiſtimarunt remanere, & latrocinia, ut à principio, exercere, ſi quomodo
Paridi defatigato ſeſe reconciliarent, compoſitaq́ recederēt amicitia Hoc
ita ut decretū erat, fecerunt, manſerūtq́ in Cherroneſo. At hîc interea Tro
ianis uenerūt auxilia, ex Aethiopia quidem Memnon, Amazones aūt ex *Suppetiæ Troianis ſerò*
Ponto, & aliæ adiutorum copiæ, poſtquā res Priami atq́ Hectoris proſpe- *latæ.*
rè ſuccedere accepiſſent, & Achiuos tantū nō omnes perditos, partim qui-
dem ex beneuolentia, partim ob potentiæ timorem. Non enim uictis, neq́

infauſtè agentibus, ſed uincentibus, & fortuna ſecunda utentibus, omnes ubiq; uolunt ferre ſuppetias. Acceſſiuerunt autem & Achiui domo auxilia, quæcunq; poterant. Externorum enim iam nemo quicquam illis obtẽperabat. Et Neoptolemum quidem Achillis filium oppidò adoleſcentem adhuc, & Philoctetam præteritum antea propter morbum, atque huiuſmodi & infirma & belli inexperta auxilia domo euocarunt. Quæ poſtquam aduenïſſent, paululum reſumpto ſpiritu, rurſum inde ſoluentes nauigarunt ad Troiam, aliumq́ue murum multo minorem circum naues conſtruxerunt, non in loco qui prius iuxta littus, ſed excelſiore illic occupato. Partem autem nauium ſubduxerunt eò ſub murum, partem uerò trans mare reliquerunt, ut qui nullam haberent ſpem ſe uictores euadere poſſe: ſed cõpoſitionem ambientes, ſicut dixi, non continenter bellabant, ſed ferè ambiguè, ut qui magis ad receſſum eſſent intenti. Inſidijs igitur & incurſibus plurimùm utebantur. Et aliquando forti pugna facta, quum locum munitum ui capere uellent, Aiax ab Hectore interfectus eſt, & Antilochus à Memnone, quum is patrem protegeret. Vulneratus autem eſt & ipſe Memnon ab Antilocho, relatusq; in caſtra uulneribus afflictus, in uia defunctus eſt. Vſq; tunc ſunt Achiui ſecunda fortuna, quali antea nunquam.

Græcorũ auxilia cuiuſmodi.

Aiacis, Antilochi, Memnonis mors.

Quippe & Memnon magnæ uir autoritatis, lethaliter uulneratus eſt: & Amazonem, ad naues decurrentem improbius, conantemq; incendere, pugnans ex naui, haſta nauali interfecit Neoptolemus: & Alexander ſagitta percuſſus à Philocteta, mortuus eſt. Triſtitia ergo erat & apud Troianos, quòd nullus eſſet belli finis futurus: neque melius quicquam eſſent habituri, etiamſi uincerent. Quin etiam ipſe Priamus alius factus erat poſt Alexandri mortem, ualdeq; contriſtabatur, metuebatq; Hectori. Multo uerò peius habebant res Græcorum, Antilocho & Aiace interemptis. Itaq; mittunt pro habendo colloquio, dicentes ſe facta pace abire uelle: & utrinq; iureiurando præſtito, in poſterum neq; ſe in Aſiam, neq; illos aduerſum Argos exercitum ducturos. His autem contradicebat Hector: ſe enim eſſe multo ſuperiores. affirmabatq; ſe murum, quem conſtruxerant, ui demoliturum. maximè autem ſæuiebat ob Alexandri mortem. Rogante autem patre, ſuamq; ſenectutem, filiorumq; mortes commemorante, aliaq; multitudine à præſentibus liberari cupiente, compoſitiones conceſſit. Poſcebat autem in pactis, Achiuos pecunias ad bellum inſumptas, & mulctam aliquam præſtare, eo quòd nulla læſi iniuria bellum intuliſſent, regionemq; perdidiſſent multos annos, multosq; fortes uiros, ipſumq; Alexandrum, qui ipſos nihil læſiſſet, ſed eam ſolum ob cauſam, quòd factus eſſet ſuperior in petitione uxoris, & uxorem accepiſſet ex Græcia, uolentibus ijs in quorum erat poteſtate. Cæterùm Vlyſſes (hic enim legatus erat de pace) recuſabat: demonſtrans quòd non minora feciſſent quam eſſent paſsi, cauſamq; belli illis imputabat. Nihil enim opus fuiſſe Alexandro, quum tot in Aſia eſſent mulieres, ut ueniret in Græciam uxorem ducturus, ductaq; abiret, deridens Græcorum optimos, eo quòd opibus uiciſſet. Neq; ſimpliciter eam deſponſationem accidiſſe, ſed inſidias eum reb. ſtruxiſſe Græcorum: quod ipſos non latuiſſet. Quare, quod reliquum eſſet, finem belli faciundum, tot utrinque malis acceptis: & præſertim, quũ affinitas eſſet & cognatio Atridis cum ipſis, propter Pelopem. Quod autem ad pecunias attinebat, deriſit. Neque enim Græcis eſſe pecunias, ſed etiamnum eorum plurimos ſponte in militiam proficiſci propter domeſticam paupertatem. Hæc autem dicebat, dehortans illos ne exercitum ducerent in Græciam. Quod ſi uerò mulctam quandam præſtari oporteret de

Item Amazonis.

Alexandri.

Cõditiões pacis à Troianis propoſitæ.

Græcorũ obiecta.

cori

cori gratia, eam ſe inueniſſe. Relicturos enim ſe pulcherrimum & maximum Mineruæ donum, & inſcripturos: PROPITIATORIVM HOC DONVM DEDERVNT ACHIVI MINERVAE ILIENSI. Hoc illis magno futurum honori, & aduerſus ſe teſtimonium, quòd eſſent uicti. Obſecrabat autem & Helenam, ut ad pacem faciendam operam ſuã commodaret: quæ & promptè adiuuabat. Nam moleſtè ferebat, quòd propter ſe uiderentur Troiani multa perpeti mala. Fecerunt ergo compoſitiones, & fœdera ſunt percuſſa inter Troianos & Achiuos. Homerus autem & hoc tranſtulit ad mendacium, quaſi non ſit factum: ſed Troianos ait fœdera confudiſſe, quæ mutuò iurauerant & Hector & Agamemnon, & alij potentes: ut neque Græci in Aſiam ducerent exercitum, donec imperaret Priami genus: neq; Priamides in Peloponneſum aut Bœotiam, aut Cretam, aut Ithacam, aut Phthiam, aut Eubœã. Has enim ſolas in cõditionibus exceperunt. De alijs autem noluerunt iurare Troiani, neq; Atridis id curæ erat. His ita iureiurando firmatis, & equus ab Achiuis perfectus eſt, magnum opus, & Troiani ſurſum eum traxerunt ad ciuitatem: quem cum portæ ſuſcipere non poſſent, partem mœniorum depoſuerunt. Vnde ridiculè dictum eſt, quòd ciuitas ab equo capta ſit. Hinc receſsit exercitus, hunc in modum fœderi illigatus. Helenam autem Hector coniunxit Deiphobo, qui erat poſt ipſum fratrum optimus. Pater autem ipſius mortuus eſt omnium feliciſsimus, præterq; quòd afflictus eſt pro filijs & interfectis: cumq; multos regnaſſet annos, & maximam Aſiæ partem ſuo imperio ſubiecisſet, ualde ſenex defunctus eſt, & ſepultus ante ciuitatem. principatum uerò Scamandro filio reliquit. Hæc ita quum habeant, manifeſtè ſcio neminem recepturum: ſed omnes dicent falſa eſſe, niſi qui mentem habent, nõ ſolum Græci, uerùm etiam uos. Calumnia enim ualde difficilis res eſt, & multos annos errori adhæſiſſe. Conſiderate autem, cõtraria quo modo ſint ridicula: detrahentes opinionem, qua præoccupati eſtis. Abſcõditum fuiſſe (aiunt) in equo totum exercitum: neminem autem Troianorum id ſenſiſſe, neq; ſuſpicatum, præſertim quum uates apud eos uerax eſſet, ſed portaſſe hoſtes per ſe in ciuitatem. Antea autem unum uirum cæteris ſuperatis, eundemq; nudum apparentem, ſufficientem fuiſſe, ut uoce tot millia in fugam uerteret. Et poſt hæc, arma non habentem, ſed è cœlo accipientem, uiciſſe eos qui pridie fuerant uictores, omnes que in fugam dediſſe, quum eſſet unus. Eum ipſum autem tanto alijs præſtantiorem, eſſe interfectum ab omnium ignauiſsimo, ut ipſi dicunt: alioq; mortuo, alium eſſe ſpoliatum. Soli autem illi ex ducibus nõ factum eſſe ſepulchrum. Alium autem quendam ex fortiſsimis, tot annos bellum gerentem, ab hoſtium nullo occiſum, ſed ſemetipſum iracundiâ commotum occidiſſe, præſertim qui habitus eſſet honeſtiſsimus, mitiſsimusq; inter ſocios. Poetam autem, quum propoſuiſſet dicere bellum Troianum, pulcherrima & maxima geſta omiſiſſe, & ne urbis quidem captiuitatem recitaſſe. Hæc enim ſunt inter ea quæ ſcripſit ipſe, & ab alijs dicta refert. Achilles, deuictis Achiuis non ſemel, nec ſolum alijs, uerùm etiam ſuis copijs, ſolus adueniens res planè uertit in contrarium. Et ille quum Hectorem occidiſſet, ab Alexandro, qui infimus erat Troianorum (ut ipſi dicunt) peremptus eſt. Et quum Patroclus eſſet interfectus, ſpoliatus eſt Achilles, & huius ablata ſunt arma: at Patroclus non eſt ſepultus. Et quia Aiacis extabat ſepulchrũ, & omnes nouerant eum circa Troiam eſſe mortuum, ut ne faceret eius occiſorem glorioſum, ſeſe occidiſſe dicit. Porrò Achiui fugientes ex Aſia in ſilentio, & caſtris crematis, naualibusq; incenſis ab Hectore, & muro ca-

Fœdus inter Troianos & Græcos initum.

Equus Troianus.

Helena Deiphobo nupta.

Priami mors.

Scamander.

Quàm ridicula ſint, quæ de Troia capta finguntur.

Homerici figmẽti ſumma.

pto, donoq; oblato Mineruæ cum inſcriptione quam uictos moris eſt inſcribere, nihilominus ceperunt Troiam, & in equo ligneo hominum exercitus abſconditus fuit. Troiani uerò quum ipſis res eſſet ſuſpecta, & cõſultarent exurere equum, aut diſſecare, nihil horum fecerunt: ſed biberunt, dormieruntq;, præſertim quum Caſſandra illis excidium prædixiſſet. An non hæc ſunt ſomniorum ſimilia planè, atq; incredibilium mendaciorum? Qualia enim ſomnia in mortuorum loculis ſunt depicta, tales uident homines uiſiones: nunc quidem ſibi uidentur mori & ſpoliari, rurſus autem reſurgere, & nudi pugnare: interdum ſe quempiam putant perſequi, & cum dijs colloqui, & ſemetipſos interficere, nullo præſente malo: atq; ſic, ſi res ferat, aliquando putreſcere, & ambulare ſuper mare. ut rectè quis

Homeri poeſis ſomnium. Homeri poeſim ſomniũ quoddam dicere poſsit, & hoc anceps atq; obſcurum. Eſt aũt operæ preciũ, & hoc cum cæteris cõfeſsis cõſiderare. Confitẽtur enim, omnes Achiuos ex Aſia ſoluiſſe, quũ iam eſſet hyems, & propterea magnam claſsis partem perijſſe circa Eubœam: præterea neque omnes eũdem curſum tenuiſſe, ſed ſeditionem incidiſſe exercitui & Atridis: & hos quidem Agamemnoni, illos autem Menelao adhæſiſſe: alios autem proprio arbitrio abijſſe, quorum & Homerus in Odyſſeia meminit. Atqui ſi res illis ceſſerunt proſperè, ueriſimile eſt fuiſſe concordes, & regi maximè obediſſe, & Menelaum non in diſcordiam ueniſſe cum fratre ſtatim ab accepto beneficio. Victis autem, rebusq; eorum afflictis, omnia illa neceſſe eſt contigiſſe. Præterea perterritos atq; fugientes, ueriſimile eſt ex ſolo hoſtili quàm celerrimè abire. Victores autem, etiam cum periculo manere, & deniq; rerum dominos ad ſua redeuntes, magnamq; captiuorum pecuniarumq; habentes multitudinem, expectare tutiſsimam tempeſtatem, utpote terræ illius dominos, magnaq; omnium rerum fruentes abundantia: & non, exactis decem annis, tandem propemodũ diſperire. Quin & calamitates quæ reduces domi apprehenderunt, maximè rem manife-
„ ſtant, illorumq; imbecillitatem. Non enim omnia ſolent inſidiari uictori-
„ bus & fortunatis: ſed hi ſunt admirationi, & timori. Infelices autem, con-

Agamemnonis reditus. temnunt & externi & neceſſarij. Apparet autem, Agamemnon deſpectus fuiſſe ab uxore propter acceptam cladem. atque Aegiſthus illi inſidias parans, facilè obtinuit: atq; Argiui res occuparunt, Aegiſthumq; conſtituerunt regem. Nunquam illa, tanta cum gloria potentiaq; redeuntem occidiſſet Agamemnonem, dominatorem Aſiæ.

Diomedis. Diomedes uerò domo pulſus eſt, nemine belli gloria inferior.

Neoptolemi. Et Neoptolemus, ſiue à Græcis, ſiue ab alijs aliquibus, at non multo pòſt cum omnibus alijs, pulſus eſt ex Peloponeſo, defecitq; Pelopidarum genus propter illam calamitatem:

Herculis poſteri. & Heraclidæ, quum antea eſſent modicarum uirium, & ignobiles, eò deſcenderunt cum Dorienſibus.

Vlyſsis cũctatio reditus. Cæterùm Vlyſſes ſpontè cunctatus eſt redire, partim pudore, partim quòd res haberet ſuſpectas. atq; ideo ad Penelopes matrimonium & opum direptionem ſe uertit Cephalenorum iuuentus, nemine amicorum Vlyſsis ferente ſuppetias, neque Neſtore adeò propinquo. Omnes enim erant humiles, & abiectè ſe gerebant, quicunq; conſortes fuerant militiæ. Contrarium autem euenire oportebat, quàm omnibus apparere timidos qui uiciſſent, & neminem aduerſus eos quicquam conari.

Menelaum in Aegypto manſiſſe. Menelaus autem omnino non redijt in Peloponneſum, ſed remãſit in Aegypto: cuius rei quùm & alia indicia ſunt, tum præfectura ab eo denominata monſtrat, quæ nunquam, ſi uel errore uel ad modicum tempus illuc appuliſſet, id nominis obtinuiſſet. Duxit autem illic regis filiam, & narrauit ſacerdotibus omnia quæ in bello geſta erant, nihil abſcondens. Illi au-

tem dicunt, quòd Helenam illic receperit (qui ſermo omnium incredibi-
liſsimus eſt) eaꝗ inibi uſque latuerit, eiusꝗ ſimulacrum duntaxat habue-
rit Troia, & bellum geſtum ſit decem annos pro ſimulacro. Hoc autem
propemodum & Homerus nouit, & obſcurè fatetur, dicens Menelaum
à morte in campum Elyſium à dijs miſſum, ubi nec niualis imber cadat, ne- *Elyſius campus, Aegyptus.*
que hyems fiat, ſed ſerenitas ſit, & mitis aer per totum annum. Aegypti e-
nim regio talis eſt. Videntur mihi autem & poſteriorum poetarum qui-
dam, rem ſuſpicati eſſe. Helenam enim inſidias paſſam ab Oreſte, dicit qui
dam Tragœdiarum ſcriptor, iamiam uenientem: ex oculis autem euanuiſ-
ſe, quum fratres apparuiſſent. Hoc autem ille nunquam dixiſſet, ſi po-
ſtea uiſa eſſet Helena in Græcia uerſans, coniunctaꝗ Menelao. Res igi
tur Græcorum poſt bellum in tantam infelicitatem humilitatemꝗ deuene
runt: Troianorum uerò multo meliores & glorioſiores factæ ſunt. Hoc
inde colligi poteſt, partim quòd Aeneas miſſus ab Hectore cum claſse & *Aeneas.*
magnis copijs, Italiam occupauit, beatiſsimam totius Europæ regionem:
partim quòd Helenus in mediam perueniens Græciam, apud Moloſſos *Helenus.*
regnum obtinuit, & in Epiro, prope Theſſaliam. Proinde utrum ueriſi-
milius fuit, uictos nauigare in uincentium regionem, & regnum apud
eos occupare: an econtrariò, uincentes in uictorum? Quomodo autem, ſi-
quidem capta Troia fugerunt, qui circa Aeneam & Antenorem & Hele-
num erant, non aliò uſquam profugerunt potius, quàm in Græciam & Eu
ropam: nullusꝗ illis Aſiæ arriſit locus, ſed confeſtim in illorum terras na-
uigarunt, à quibus erant uaſtati? Et quomodo regnum obtinuerunt om-
nes, non modicarum neꝗ obſcurarum regionum: licebatꝗ illis & Græci-
am obtinere, ſed abſtinuerunt propter iuſiurandum? Attamen Helenus
non modicam illius abſcidit partem, Epirum. Antenor autem Venetos ſi- *Antenor.*
bi ſubiecit, & optimam terram circa Adriam: Aeneas autem totius Italiæ
regnum obtinuit, ciuitatemꝗ habitauit omnium maximam. Hæc ſaltè nō
uerisimile fuit feciſſe homines exules, & domeſticis calamitatibus oppreſ-
ſos: ſed contentos fuiſſe, ſi quis eos inibi habitare permiſit. Alioqui qua
tandem ueriſimile eſt facultate pecuniarum exercitusꝗ profectos, per me
dios hoſtes fugientes, incenſa ciuitate, omnibus perditis, ubi difficile fuit
uel ipſa corpora ſaluare hominibus robuſtis, & iuuenibus: nedum cum pu
eris & mulieribus, & nauibus pecunijsꝗ inde emigrare, præſertim quum
ciuitas ex improuiſo atꝗ præter ſpem capta eſſet? Reſpondeant, non, ut ſo
liti ſunt, rem diuellentes, ut paulatim elabi queant: ſed demonſtrantes quo
modo quod factum eſt, fieri potuerit. Porrò Hectorem aiunt, poſtquam
receſſerunt Achiui, quum magna multitudo in ciuitatem conueniſſet, ne-
que omnes auxiliares copiæ abire uellent: præterea uideret Aeneam non
toleraturum, niſi regni partem acciperet (hanc enim illi Priamum promi-
ſiſſe, bellū conficienti, Achiuosꝗ eijcienti) ita tandem coloniam emiſiſſe,
neꝗ opibus peperciſſe, & multitudinem quantam ille uolebat attribuiſſe
promptiſsimo animo. Dixiſſeꝗ illum Aeneę, quòd regno quidem dignus
eſſet, neque inferiorem ſuo ipſius habere principatum: magis tamen con-
uenire, ut aliam alicubi poſsideret terram. Non enim impoſsibile eſſe, to-
tam obtinere Europam. Quæ ſi ita facta eſſent, ſe ſpem habere, ſuos poſte-
ros utriusꝗ continentis imperium habituros, quoad aliquis de genere ſu-
pereſſet. Hoc Aeneam, Hectore rogante, ſuſcepiſse, partim quidem illi
gratificans, partim ſe maiora adepturum ſperans. Sic ergo coloniam emiſ-
ſam ex roboris animiꝗ fiducia, & ab hominibus fortunatis, qui & confe-
ſtim migrare & deinceps poterāt. Cęterùm Antenor quū uidiſset Aeneam

emiſſum, cupijt & ipſe Europam inuadere. quare alteram tantam claſſem
fuiſſe paratam. Ad hæc, conquerentem Helenum, quaſi inferior haberetur
Deiphobo, obſecraſſe patrem, acceptisq́ nauibus & exercitu, ut ad para-
ram ſibi Græciam nauigaſſe, totamq́ fœdere alienam obtinuiſſe. Ita demũ
Diomedis ex Argis fuga. & Diomedem fugiſſe ex Argis, poſtquam accepiſſet Aeneam ad ſe uenire
cum claſſe, utpote pace & amicitia inter eos contracta, rogaſſeq́ ut recipe
retur in auxilium, enarrans Agamemnonis ſuasq́ ipſius calamitates. Illũ
autem eum ſuſcepiſſe, paucas habentem naues, & partem ei tradidiſſe exer
Achiuorũ migratio. citus, ex quo omnem obtinuiſſet regionem. Poſtea Achiuos à Doribus
expulſos, quum dubitarent, quo nam ſe conferrent, propter infirmitatem
in Aſiam ueniſſe, tanquam ad amicos & confœderatos, terramq́ à Priamo
& Hectore acceptam incoluiſſe, ex amicitia permiſsis eis & alijs non par-
uis prædijs. Quicunq́ autem hæc non credit, propter antiquam opinio-
nem, ſciat ſe ab errore liberari nõ poſſe, neq́ falſum dignoſcere à uero. Ali
quid enim credi multo tẽpore ab ſtolidis hominibus, nihil habet roboris,
neq́ quod mendacia dicta ſunt apud ſuperiorum ſeculorũ homines: quan
doquidem & de alijs non paucis diſcordant, contrariasq́ habent opinio-
Perſicum bellum. nes, ut ſtatim de Perſico bello. Hi enim dicunt, naualem pugnam circa Sa-
laminam, poſt eam in Platæis factam eſſe: illi autem, geſta in Platæis omni-
um poſtrema eſſe, & quidem ita ſcripta ſint quaſi poſtrema. Perpauci enim
res norunt exactè, ſed rumorem duntaxat audiunt. atq́ hoc, qui eo ſæculo
Scyrites agmen. uixerũt: poſteriores uerò, & tertij, planè ſunt ignari. Et ſi quis quid dicat,
amplectunt facile: quando & agmen Scyriten nominatum apud Lacedæ-
Armodius. monios, nunquam fuiſſe dicant, ut ait Thucydides: Armodium autẽ & A-
Ariſtogiton. riſtogitona præ omnibus maximè Athenienſes honorant, ut qui ciuita-
tem in libertatẽ aſſeruerint, tyrannumq́ interfecerint. Et quid opus eſt res
humanas cõmemorare, ubi perſuadent, audentq́ dicere, Cœlo execta eſſe
uirilia à Saturno, & Saturno à Ioue? Quum enim primus aliquis anticipa-
uerit (ut ſolet fieri) iam uidetur abſurdum non credere. Volo autem & pro
Homeri defenſio. Homero defenſionem adferre, quòd non ſit indignum aſtipulari illius mẽ
dacijs. Primùm quidem, quòd non multo minora ea ſunt mendacia, quæ
de dijs mentitus eſt. Deinde adferebant quoque utilitatem quandam
illius ſeculi Græcis: ut ne perterrerentur, ſi illis bellum incideret cum A-
ſianis, quemadmodum expectabatur. Abſq́ inuidia autem eſt, quod quũ
Græcus eſſet, uoluerit ſuis quouis modo prodeſſe. Et hoc ſtratagema apud
multos eſt in uſu. Nam ego uirum audiui Medum, dicentem, quòd Perſæ
Perſici belli figmenta. nihil eorum confiteantur, quæ feruntur apud Græcos: ſed Darium quidem
dicunt, aduerſus Naxon & Eretriam copias miſiſſe cum Dati & Artapher
ne, eosq́ captis ciuitatibus illis ad regem reuertiſſe. Quum autem ſta-
tionem haberent circa Eubœam, paucas naues eſſe diſperſas ad Atticam
regionem, non plures uiginti, & pugnam inijſſe nautas cum illius loci
incolis. At poſt hæc quum Xerxes cum copijs aduerſus Græciam profe-
ctus eſſet, Lacedæmonios ab eo uictos ad Thermopylas, illorum'que re-
gem Leonidem occiſum. Cum'que Athenas occupaſſet, eas diruiſſe:
qui'que non effugiſſent ciues, uendidiſſe. atque his factis, tributo'que
Græcis impoſito, in Aſiam redijſſe. Quod hæc falſa ſint, non eſt ob-
ſcurum. quia tamen uериſimile erat, regem iuſſurum ſuperiorum regi-
onum gentibus, ut in militiam proficiſcerentur, non erat impoſsibile ea
dici, credi'que, ut ne perterrerentur. Si igitur & Homerus hoc fecit, ue-
nia dignus eſt. Fortaſsis autem dicet aliquis imperitus: Non tu ergo

recte Græcorũ gloriam minuis. Atqui nihil tale amplius neceſſe eſt: neq; metuendum, ne qui ex Aſia exercitum ducant in Græciam. Græcia enim iam alijs ſubiecta eſt, itemq; Aſia. Veritas autem non parui æſtimanda eſt. Adhæc ſi nouiſſem, me hęc dicentem perſuaſurum, fortaſsis ſuperſediſſem dicere: attamẽ affirmo, maiora me & indigniora à Græcis remouere. Ciuitatẽ enim aliquam non eſſe captam, nihil eſt abſurdi: neq; quod dictum eſt, copijs in regionem nihil ad ſe pertinentem ductis, deinde compoſita re, factaq; pace receſsiſſe, neque, uirum animoſum fortemq;, ab haud diſsimili uiro in pugna occiſum: neq; hoc opprobrium eſt. Verùm etiam adhuc eligat aliquis moriturus, talem mortem, quemadmodum & Achilles dicit:

O' *utinam occidat me omnes fortiſsimus inter*
Troianos Hector. ——

Porrò fortiſsimum Græcorum ab hoſtium uiliſsimo interfici, ingẽs reuera opprobrium eſt. Similiter quoq;, eum qui habitus ſit uir prudens & Græcorum modeſtiſsimus, primùm quidẽ oues & boues interfeciſſe, quũ reges interficere uellet, deinde ſibi ipſi manus attuliſſe propter arma, turpiſsimum planè fuerit. Adhæc, Aſtyanacta fortis uiri filium, ita crudeliter peremptum, nempe de muro datum præcipitem, atq; hoc ex communi exercitus regumq; decreto: Polyxenam quoq; uirginẽ ſuper ſepulchro occiſam, talesq; datas inferias deæ filio: Caſsãdram quoq; ualde decoram uirginem, ſacerdotem Apollinis, in templo uiciatã, amplexam Mineruæ ſimulacrum: & hoc feciſſe non uilem aliquẽ & nullius precij hominem, ſed qui numeratus ſit inter optimos. Priamum uerò regem Aſiæ, in ultima ſenectute perfoſſum apud arã Iouis, â quo ducebat genus: neq; hoc facinus deſignaſſe aliquẽ obſcurum, ſed Achillis filium, præſertim quum Priamus conuiuio exceptus antè eſſet à patre ipſius, & conſeruatus. Hecubam autem, infelicem tot liberorum matrem, Vlyſsi donatam ludibrij cauſa: atq; ob malorum magnitudinem, ualde ridiculè canem factam. Porrò Græcorũ regem, ſacram Apollini uirginem, quam nemo dei reſpectu auſus eſt ducere, ipſum duxiſſe uxorem, unde uiſus ſit iurè occiſus. Quãto melius eſt, hæc à Græcis non eſſe facta, quàm Troiam captam?

OLYMPICA, AVT DE PRIMA DEI *cognitione.* XII.

PLANE' mihi, ô uiri, abſurdum illud & incredibile, quod de noctua fertur, & hic apud uos, & apud alios complures accidit. Noctua. Illam enim, quum nihilo cæteris uolucribus ſit ſapientior, neq; ſpecioſior, ſed talis, qualem ſcimus, quando fortè uocem emittit triſtificam, prorſusq; inſuauem, circumſiſtunt aliæ aues: immò ſi eam tantum uident, partim propè aſsident, partim in gyro circumuolant. Hoc ego ſanè eas facere puto, ex contemptione uilitatis, infirmitatisq;. homines uerò dicunt, quòd aues admirentur noctuam. Quomodo autem fit, ut non magis Pauo. pauonem admirentur, ita pulchrum & uarium, atq; ſemetipſum extollentem, pennarumq; oſtentantem pulchritudinem, quando delicias agit erga femellam, infringens caudam, & circumſtatuens ſibi undiq; tanquã ſpecioſum theatrũ, aut pictura quadã cœlũ ſiderib. diſtinctum imitantẽ: quin & reliquo corpore admirandũ, propemodũ quaſi aurum cæruleo metallo mixtum eſſet? Cur non admirantur, quòd in ſummitate pennarũ ſpecies illi quaſi oculorũ ineſt, aut radiorũ, tam ſecũdum figurã q; aliã ſimilitudinẽ? Cur neq; animaduertũt, mirã omnium pennarũ leuitatem, ut nõ difficiles

neq; importabiles ſint, propter longitudinẽ? Neq; quod in medio ſeſe quietũ & immobilem præbet ſpectandũ, quaſi in pompa quadã circumactus. Neq; quãdo perterrere uolens cõcutit pennas, ſonumq; aliquem nõ iniucundum reddit, tanquam ſi uẽtus haud uehemẽs ſyluam aliquã denſam cõmoueret? At neq; pauonẽ ſeſe accuratè ornantem his omnib. modis aues uidere cupiunt: neq; luſciniæ quicq̃ audiẽtes uocẽ antelucanæ, erga eam

Luſcinia. afficiunt: quin neq; cygnũ amplectũtur propter muſicã, ne tum quidẽ quũ
Cygnus. cantat nouiſsimam cantionẽ, utpote in extrema ſenecta præ uoluptate, & rerum in uita moleſtarũ obliuione, proſpera ſibi imprecans, ſimul & deducens abſq; dolore ſemet, ut par eſt, ad mortem minimè moleſtã. Ne tũc quidem congregant, carminib. demulſæ, ad fluminis alicuius ripam, aut latũ aliquod pratũ, aut mundum lacus littus, aut paruã aliquam herboſam fluuialemq; inſulam. Sic uos quoq;, quũ tot amœna habeatis ſpectacula, tot quoq; auditiones, partim quidẽ uehemẽtes rhetores, partim aũt cõſcriptores iucũdiſsimos & carminib. & proſa: partim aũt uarios pauones, nempe

Sophiſtæ pauones. multos ſophiſtas, gloria & diſcipulis elatos, quaſi pẽnis: uos inquam, his relictis, me conuenitis, & audire eum uultis qui nihil ſcit, neq; ſe ſcire affirmat. An nõ rectè aſsimilo ſtudiũ ueſtrum, ei quod noctuæ accidere ſolet,

Noctua Mineruæ ſacra. ferè haud abſq; diuina quadã uoluntate? Vnde illam auẽ & Mineruæ charam eſſe aiunt, dearũ honeſtiſsimæ iuxtà & ſapientiſsimæ: quin & Phidiæ artificio apud Athenienſes digna habita eſt, quòd nõ dedignatus ſit eam cũ deæ ſimulacro ut rẽ ſacrã proponere, ex populi decreto. At ille & ipſum Periclẽ (ut aiunt) occultè ſcuto inſculpſit. At uerò non hæc mihi noctuæ felicitati aſcribẽda uidentur, niſi aliquã maiorem præ cæteris prudentiam

Apologus. poſsidet. Vnde & Aeſopum fabulã cõpoſuiſſe arbitror, quod quũ eſſet ſapiens, conſiliũ dederit auibus, ne quercum ab initio ſinerent creſcere, ſed eam omnimodo perderẽt. Fore enim, ut pharmacũ ex ea naſceretur ineuitabile, quo comprehendant, nempe uiſcum. Rurſus quum homines linũ ſererent, iuſsit illius ſemen erutũ deuorare: neq; ipſis enim ad bonum creſcere. Præterea uidens hominẽ quendã ſagittatorẽ, prædixit: ille homo ueſtris uos pennis anteuertet, pedes ipſe, uobis alatas immittens ſagittas. Illæ uerò his ſermonib. non credebant, ſed fatuam exiſtimabant, dicebantq; malè ſanam eſſe. Poſtea uerò expertæ, admirabant, & reuera ſapientiſsimã cenſebãt. Et propterea ſimulac apparuerit, accedũt, tanquã ad eam quæ norit omnia. At illa, nihil illis quidem amplius cõſulit, ſed ſolũ lamentatur.

Fortaſsis igitur ueracẽ aliquem uos accepiſtis ſermonẽ, & utile quoddam conſilium, à philoſophia Græcis antehac datum, quòd illi quidẽ tum ignorarunt, deſpexeruntq;: uos uerò nunc redigitis in memoriã, meq; conuenientis propter habitũ, philoſophiæ honorẽ exhibẽtes, tanquã noctuæ nõ bene uocali, neq; liberæ ſatis linguæ. Ego enim nihil mihi cõſcius ſum, quòd uel prius quicq̃ dixerim, quod ſtudio dignum ſit: uel nũc quicq̃ norim, quod uos ignoretis. Verùm ſunt alij ſapiẽtes & planè beati homines, q̃s ego uobis ſingulos ſi uultis notos faciã, nominatim indicãs. Quippe (per Iouem) hoc unũ me habere puto cõducibile, quod ſapiẽtes & eloquẽtes, omniaq; ſcientes uiros norim. Quib. cũ, ſi uos cęteris relictis, uolueritis habere familiaritatẽ, nempe parẽtibus, patria, deorũ tẽplis, maiorumq; ſepulchris, illosq; ſecuti fueritis quócũq; profecti fuerint gentiũ, aut manſeritis ubi habitauerint, ſiue in Babylone à Nino & Semiramide ædificata, ſiue in Bactris, aut Suſis, aut Palimbathris, aut alia quadã celebri et opulẽta ciuitate, pſuadẽtes eis pecunijs aut alio q̃uis modo, feliciores eritis ipſa felicitate. Quod ſi ipſi non uultis, excuſantes ueſtram ipſorum naturã, aut paupertatem,

tem, aut ſenectutem, aut infirmitatem: at nolite tamen tale bonum liberis inuidere, atq; eos abſtrahere à maximis: ſed uolẽtibus permittite, inuitis perſuadete, aut cogite quoquomodo, ut ſatis eruditi & ſapientes effecti, apud omnes Græcos & barbaros magnum in poſterum nomen obtineãt, excellentes uirtute & gloria, & diuitijs, omniq; propemodum facultate. Non enim ſolum diuitias (ut aiunt) uirtus & gloria ſequitur, uerùm etiã dignitas uirtutem comitatur neceſſariò. Hæc aũt uobis in Dei huius conſpectu prædico, & conſulo, beneuolentia & amicitia erga uos adductus mea. Puto autem & mihi ipſi hæc perſuadenda eſſe, ipſumq; ad ea cohortandum, ſi uel corporis uires uel ætas mea pateretur. At enim neceſſariũ, ut propter hoc affligemur. Nam quærendum hercle eſt, ſicubi quid poſſimus reperire, ab antiquis uiris, tanquam glebam adhuc non tritam, & reliquias demum quaſdam & meliorum uiuorumq; magiſtrorum. Dicam autem uobis & aliud quod mihi propemodum ut noctuę accidit, ſi non uolueritis ſermones deridere. Quemadmodum enim illa non utitur auibus aduolantibus, homini uerò aucupi utiliſsima poſſeſsio eſt (non illi enim opus eſt ut eſcas proijciat, neq; ut auium uoces imitetur, ſed mox ut noctuam oſtenderit, magnam uolucrum habet copiam) ita & mihi ex magna hominũ frequentia nulla accedit utilitas (nõ enim recipio diſcipulos, ſciẽs me neminem poſſe docere, quum ipſe nihil ſciam: unde ſi quid promitterem docturum, mentirer, deciperemq; homines: non ego tanto ſum prędiitùs animo) At ſi familiaris eſſem homini ſophiſtę, magnopere illi utiq; prodeſſem, magnas ad illum turbas congregans, præbensq; illi deinde facultatem ut pręda uteretur pro arbitrio. Sed neſcio quomodo fiat, quod me ſophiſtarum nullus recipiat, neq; libẽter me uideant. Noui ergo ferè, quòd fidem mihi habeatis, de inexperientia inſcitiaq; mea dicẽti: atq; hoc manifeſtum eſt, propter illorum doctrinam & prudentiam. Atq; hæc non de me ſolũ uidemini credere poſſe, ſed & de Socrate, qui apud omnes hoc idem prætendebat, ſe nempe nihil ſcire. Porro Hippiam, & Polum, & Gorgiam, quorum ſe quiſq; admodum admiratus eſt & ſtupuit, ſapientes exiſtimare poteſtis, atq; beatos. Quocirca prædico uobis, quòd uirum audire contenditis tam frequentes, neq; ſpecioſum facie, neq; robuſtum, & ætate iam prouectum, nullumq; diſcipulum habentem: artem uerò & ſcientiam nullam ferè pollicentem, neq; liberalem neq; inferiorem, neq; diuinandi artem, neq; ſophiſticã, imò neq; rhetoricam, neq; adulatoriam quandam facultatem, neq; idoneum ad conſcribendas hiſtorias, neq; ullum opus habentem laude dignum & ſtudio, ſed duntaxat comam nutrientem. Quod ſi uerò hoc uobis ſatius meliusq; uidetur, faciendum eſt quod cupitis, conandumq;, quantum nobis fuerit poſsibile. At non ſermones audietis, quales ab alijs in præſentia, ſed multo uiliores, abſurdioresq;, quales uidelicet & uidetis. Oportet uos autem pauliſper ad id, quodcunq; mihi inciderit, ſequi: & non indignari, ſi quid exorbitare uideat, ſed ueniam dare, utpote audientes hominem plebeium atque nugatorem. Etenim huc longam nunc profectus ſum uiam, rectà ab Iſtro, & Myſorum (ut ait Homerus) aut Mœſorum, uti in præſentia ea gens cognominatur, regione. Veni autem huc nõ mercimoniorum quiſpiam mercator, neq; ex illis qui ad exercitus miniſteria ſarcinas ferunt, neque ex bubulcis, neq; legatione fungẽs pro auxilijs, aut alia quapiam boni nominis ex ijs quæ lingua duntaxat homines conciliant Porro hic nihil aliud curioſè agere licet, neque quenquam audire, niſi ſacram duntaxat tubam, atq; beata iſta præconia, quòd hic quidem inter pueros lucta uicerit, ille autem inter uiros cę-

Noctus aucupi utilis.

Socratis dictum.

o ſtu,

ſtu, alius autem pancratio, alius pentathlo, alius ſtadio, ex uno paſſu ferè beatitudinem adeptus, ſemetipſum & patriam & omne deinceps genus celebre efficiens: atq; hoc nudus, abſq; galea & ſcuto, neq; haſtam habēs, neq; etiā ulla arma abijciens. Itaq; demirabar, quomodo me ſuſtinuiſſent, uidentes me neq; equitare ſcientem, neque idoneum ſagittarium, neque militem grauis armaturæ, neq; leuis, neque ex planè inermibus quempiam, neque iaculatorem, neque lapidatorem, neque ſyluam ſuccidere, neque foſſam fodere ualentem, neque pabulum ex hoſtili metere prato, frequenter circumactum, neq; tētoria aut uallum erigere: quemadmodū qui caſtra ſequūtur, bellicoſi quidam miniſtri. Ad hæc omnia quum eſſem inutilis, ueni ad homines non ſegnes, neque uacantes ſermonibus auſcultandis, ſed in opere aſſiduos, et certaminibus intentos, quemadmodū equos ad certamina in carceribus paratos, impatientes moræ, ob ſtudiūq; & alacritatem ſolum percutientes ungulis. Hic enim uidere licebat ubiq; gladios, ubiq; thoraces, ubiq; lanceas, & omnia equorum, omnia armorum, omniaq; armatorum uirorum plena. Inter hos tantos ego ſolus apparui planè ſegnis, ualdeq; pacificus belli ſpectator, corpore inualidus, ætate ſenex, non aureum ſceptrum ferens, neq; ſacras dei cuiuſdam coronas, pro filia liberanda ueniens neceſſariam uiam ad exercitum: ſed uidere cupiens uiros decertantes pro principatu & potentia, alios uerò pro libertate atque patria. Deinde neq; propter periculum cunctatus (non hoc quiſquam exiſtimet) ſed recondatus antiqui cuiuſdam uoti, huc ad uos conuerti iter, ſemper diuina meliora fructuoſioraq; exiſtimās humanis, qualiacunq; ſint. Vtrum igitur uobis iucundius, magisq; opportunum? an narrare de rebus circa Iſtrum, & fluminis magnitudine, naturaq; regionis, & temporum temperamento, hominumq; genere, præterea (opinor) & de multitudine & apparatu: an magis attingere antiquiorē maioremq; hiſtoriam de hoc deo, apud quem nunc ſumus? Hic enim eſt communis hominum & deorum rex & princeps, & præfectus & pater, inſuper & pacis belliq; præſes, ut ueteribus & expertibus ſapientibusq; poetis uiſum eſt: ſi quo modo idonei eſſe queamus & ipſius naturam potentiamq; breui laudare ſermone, inferioreq; quàm rei dignitas poſtulet. Nunquid igitur, iuxta Heſiodum, uirum bonum, Muſisq; amicum, incipiēdum eſt, ut ille cœpit, admodum prudenter: quum non res à ſemetipſo excogitatas afferre optat, ſed Muſas aduocat, ut de ſuo narrent parente? Omni enim ratione magis illud canticum decebat deas, quàm nominare eos qui ad Ilium ueniſſent, nauiumq; tabulas ex ordine, quorum plurimi erant fatui. Et quis poeta ſapientior pariter & melior, quàm qui ita ad hoc opus exhortatur?

Diuina ſemper humanis meliora.

Iupiter Olympius.

* *Muſæ Pierdes cantus dulcedine claræ,*
Hic modò adeſte precor, ueſtrumq; efferte parentem
Laudibus, à quo ſunt mortales quiq; creati,
Tam celebres, quàm famæ alta caligine tecti,
Præſtantesq; ſimul, plebsq; in fece latentes.
Scilicet hæc magni Iouis eſt æterna uoluntas.
Nam facilè quemuis hominem ſuſtollit in altum,
Et facilè elatum deponit ad infima rurſus.
Et facilè inſignem minuit, decus addit & atro:
Et faci è prauum regit, ex ccatq; ſuperbum
Iuppiter altitonans, ſupremas qui incolit ædes.

Reſpondete igitur, diciteq;, an hæc oratio, uel hoc canticum huic conueni-

uenire conuentui poſsit, ô uiri Elæi, (uos enim principes ducesq́ eſtis huius frequentiſsimi mercatus, inſpectoreſque atque ſpeculatores operum ac ſermonum, qui hoc loci tractantur) an oporteat eos qui huc uenerunt, ſpectatores duntaxat eſſe, cùm aliorum uidelicet pulcherrimorum glorioſiſsimorúmque ſpectaculorum: tum cultus huius dei, uereq́ beatæ imaginis, quam uobis maiores & maximis uſi ſumptibus, ſummamq́ conſecuti artem elaborarunt atq́ dedicarunt, omnium quæ ſunt ſuper terram ſtatuarum pulcherrimam, dijsq́ chariſsimam, quàm Phidias (ut aiũt) ad Homericam deſcriptionem expreſsit, Iouis qui modico nutu ſuperciliorum uniuerſum quaſſat Olympum, ut ille ualde manifeſtè & confidenter in carminibus dixit: *Ad Eleos apoſtrophe.* *Iouis Olympij ſtatua.*

Sic ait, & cilijs Saturnius annuit atris,
Diaq́ cæſaries regis concuſſa ſupernè eſt
A capite immortali, altum & tremefecit Olympum.

An etiam de his ipſis conſiderandum nobis diligentius, nempe de poematibus donarijsq́ dijs dedicatis: atq́ planè, an tale aliquid ſit in humana natura, quod diuinam aliquo modo formet & effingat, tanquam in philoſophica diſputatione tractare in præſentia? De deorum autem natura in genere, & maximè omnium rerum præſidis, primùm quidem & in primis opinio & conſideratio eſt communis, totius generis humani, tam Græcorum quàm barbarorum, neceſſaria & inſita, in omniq́ ratione prædito animanti innata ſecundum naturã abſq́ mortali magiſtro & initiatore, abſq́ errore & anfractu: cùm propter hominum cum illis cognationem, tum plurima huius ueritatis teſtimonia, quæ non ſinant ſomno indulgere, curamq́ abijcere maximos natu & antiquiſsimos: utpote qui non procul, neque extra diuinam naturam ſint collocati, ſed in illa media naturaliter creti, & omni modo ei adhærentes, non potuerunt diutius illius naturæ intellectu carere, quum alioquin etiam intellectum rationemq́ de illa accepiſſent, utpote ſplendore undique circumdati diuinorum & magnorum luminum, cœli & ſiderum, præterea Solis & Lunæ: habéréntque uſum noctis & diei uariarum & diſsimilium ſpecierum, uiſionéſque immenſas uiderent, & uoces audirent omnigenas, uentorum, ſyluarum, & fluminum, mariſque inſuper & animalium cicurum & ferorum, ipſiſque ſonum ſuauiſsimum clariſsimúmque ederent, diligeréntque humanæ uocis ſuperbiam commoditatemq́ ad docendũ, nomináque imponerent omnibus quæ ſenſibus poſſunt percipi, ut quicquid intelligi queat, facilè etiam nominetur & efferatur, infinitarum rerum memoriam & excogitationes aſſumentes. Quomodo ergo ignorantes manere poterant, nullamq́ habere opinionem, de eo qui ipſos & ſeminaſſet & plantaſſet, ſeruaretq́ & enutriret, undique impleti diuina natura perq́ uiſum perq́ auditum, perq́ uniuerſos planè ſenſus? Quum habitarent quidem ſuper terram, de cœlo autem lucem uiderent, eſcas uerò haberent copioſas, acquiſitas & præparatas à parente maximo, Deo. Et eſcam quidẽ primam primi illi è terra editi, terreſtrem habuerunt, quum limus tunc adhuc mollis & pinguis eſſet, terram tanquam matrem lambentes, quemadmodum plantæ etiamnum ex ea humorem trahunt. Secundam autem conſequentes habuerunt à fructibus ſponte ſua natis, herbisq́ non aſperis, ſed ſimul cum rore dulcibus, & fluentis Nympharum poculentis. & iam demum ad res præſentes compoſiti, & nutriti ſunt, continuò rerũ affluxu aerem humidum trahentes, tanquam infantes pueri nondum deficiente *Opinio de Deo naturà omnibus inſita.* *Primorum hominum de Deo ſententia.* *Cibus primorum hominũ.*

lacte, ſemperq; nutrice incumbente. Hanc enim iuſtius ferè primam dicimus fuiſſe eſcam & prioribus & poſterioribus ſimpliciter. Poſtquam enim è uentre ceciderit languidus & imbellis infans, eum quidem terra ſuſcipit, uera mater: aer autem inſpirans & refrigerans, ſtatim erigit humidiori cibo lactis, uocemq; emittere facit. Hanc meritò primam natura diceretur præbere in lucem editis mammam. Hæc ergo quum paterentur & conſiderarent, non potuerunt non admirari & amare diuinam naturam. Ad hæc, quum ſentirent temporum uiciſsitudines, quòd noſtræ ſalutis cauſa fiant, ſintq; admodum diligenter & moderatè ad utramque hyperbolen temperatæ. Præterea, quum & hoc peculiare haberent præ cæteris animantibus, deorum munere, quòd ratiocinari & cogitare de omnibus, déque dijs poſſent. Rés que ferè ſimiliter habet, ut ſi quis homo Græcus aut barbarus, traderetur ad initiandum, in myſticum quoddam templum, pulchritudine magnitudinéque præſtantiſsimum, illicq; multa uideret arcana ſpectacula, multáſque audiret tales uoces, apparerentq; uiciſsim illi lux & tenebræ, cæteráque plurima fierent, præterea & ſi (quemadmodum conſueuerunt initiantes facere initiandis) in throno collocatus circum ſaltantes uideret. An hunc uirum nihil animo affici uериſimile eſſet, neque ſuſpicari quòd ea quæ fiunt, conſilio & apparatu fiant ſapientiori: etiam ſi ſit ex remotiſsimis & innominatis barbaris, nullúmque habeat expoſitorem & interpretem præſtò, ſed animum duntaxat humanum? An non hoc eſſet impoſsibile? Communiter autem quum uniuerſum hominum genus, integra & reuera perfecta initiatione initiatur, non in parua domuncula, ad breuis turbæ ſuſceptionem præparata: ſed in hoc mundo, uario & ſapienti opificio, quàm plurimis ſemper rebus mirabilibus apparentibus: præterea non hominibus ſui ſimiles, ſed dijs immortalibus homines initiantibus, nocteq; & die, & luce & aſtris (ſi fas eſt dicere) manifeſtè circumſaltantibus aſsiduè: poteſt' ne fieri, ut horum omnium nullum ſenſum aut ſuſpicionem accipiat? Et maximè principalis illius rerum omnium præfecti, dirigentis totum cœlum & mundum, tanquam ſi ſapiens gubernator nauem regat bene prorſus & ſufficienter inſtructam? Non eſt hominum hæc ſtupiditas: & ſi accidat, admirari iurè aliquis queat.

Dei cognitionem etiã ad beſtias uſq; perueniße, & plãtas.

Quin etiam huius noticia quodammodo & uſque ad beſtias peruenit, uoce & ratione carentes, ut illę cognoſcant honoréntque Deum, & promptiſsimè iuxta illius uiuant leges. præterea non inconuenienter, ipſæ quoque eam habere dicuntur plantæ, quibus nulla ullius rei ineſt cognitio, ſed ſunt inanimæ & mutæ, & ſimplici quadam natura gubernantur, quòd demum & illæ ſponte fructum adferre uelint cuique conuenientem. Ita prorſus manifeſta & expoſita eſt huius dei uoluntas & potentia. Sed nuncubi ualde ridiculi antiquarijq; uidemus in ſermonibus, propinquiorem eſſe dicentes huiuſmodi intelligentiam beſtijs & arboribus, quàm nobis inexperientiam & ignorationem? quando homines quidam ſapientiores effecti, quàm ipſa eſt ſapientia uniuerſa, non cera auribus infuſa, quemadmodum feciſſe aiunt (opinor) nautas Ithacenſes, ut ne Sirenarum exaudirent cantica: ſed plumbi cuiuſdam, molli pariter impenetrabiliq; à uoce natura, inſuper & multis (opinor) tenebris nebuláque oculis obiecta, à qua Homerus ait comprehenſum prohiberi à Dei cognitione, contemnunt diuina, unámque erigunt deam, prauas & iucundas delicias quaſdam, aut ſocordiam magnam, & languidam incontinentiam, Voluptatem appellantes: atque

In Epicureos inuehitur.

Voluptas dea.

ita

ita muliebrẽ reuera deam colunt atq; honorant præ cæteris, cymbalis quibuſdam & ſtrepitibus & tibijs in tenebris concinentibus. Propter conuiuia ſanè nemo illis inuidet, quandoquidem omnis illorum ſapientia in cantando conſiſtit: at ne deos modò nobis auferant, iubeantq; in alias migrare regiones, eijcientes è ſua ipſorum ciuitate & principatu, immò ex toto hoc mundo in regiones quaſdam abſurdas, & ſicuti homines infelices in quaſdam deſertas inſulas. Aiunt enim, hæc uniuerſa conſilio & ſapientia & domino carere, nullamque habere principem & quæſtorem, neque præfectum: ſed errare temerè, & ferri, & neminem ne nunc quidem prouidentiam eorum habere, neque prius omnia ab aliquo eſſe facta: neque tantum dijs concedunt, quantum pueri rotis, quas quum prius ipſi mouerint, deinde ſinunt à ſemetipſis currere. Hæc accuſauit ſermo, digreſſus paulum à ſeſe. Forſan enim difficile eſt philoſophi mentem & orationem continere, ne quò fert impetus feratur, quum id quod occurrit ſemper utile eſſe appareat, neceſſariumq; audientibus: cum præſertim orationem, quæ non ſit inſtituta ad aquam iudiciariamq; neceſſitatem (ut quidam dixit) ſed quæ utatur poteſtate, libertatéque. Igitur recurrere non eſt difficile, quemadmodum in nauigatione idoneis naucleris, qui non adeò multum deuiarunt. Opinionis igitur circa diuinam naturam, credulitatiſq;, primum apertè diximus eſſe fontem, inſitam omnibus conſiderationem, ex ipſis ortam operibus atque ueritate, non uulgi tantum commendationem habens, neque fortuitam, ſed uehementer robuſtam & ſemperfluam ex omni retro tempore, & apud omnes gentes cœptam & permanentem, & penè communem publicámque generis humani. Alterum autem fontem dicimus poſſeſſum, neque per alia inſitum animis, quàm per ſermones & fabulas, & conſuetudines, partim incerti autoris & abſque ſcripto, partim autem ſcripturà promulgatas, atque ualde notos habentes autores. Huius autem credulitatis, aliam quidem uoluntariam & conſultoriam dicimus: aliam autem neceſſariam & pręceptoriam. Dico autem, uoluntatis & conſilij eſſe, eam quæ traditur à poetis: neceſſitatis uerò & præcepti, eam quę traditur à legislatoribus. Porrò harum neutra ualere poteſt, niſi illa prima ſubſit, propter quam uolentibus, & quodammodo præſcientibus hominibus data ſunt præcepta & conſilia. Et aliqua quidem enarrant poetæ, legumq; latores, rectè conformiterq; ueritati atque cognitioni, in quibuſdam uerò aberrant & diſcordant. Ex ambabus autem, utram ſeniorem tempore dicamus apud nos Græcos, an poeſin, an legumlationem, non poſſem in pręſentia contentioſè dicere. Decet autem fortaſsis ut indemnis & poetica antiquior ſit, quàm ea quę mulctam irrogat, pręcipitq;. Hactenus igitur ferè ſimiliter procedunt hominibus, ea quæ primi immortaliſq; ſunt parentis, quem nos omnes in Græcia habitantes appellamus Iouem: & ea quæ mortalium & humanorum ſunt parentum. Etenim erga illos beneuolentia & cultus ineſt prognatis. Prima quidem à natura & beneficentia abſq; doctrina ineſt, ubi id quod gignit & nutrit & amat, ſtatim redamatur à genito, mutuiſq; colitur officijs, quantum fieri poſsit. Altera autem & tertia, poetarum & legiſlatorum eſt. Vbi illi quidem adhortantur, ne fraudetur gratia id quod ſit antiquius & cognatum, atque inſuper uitæ ſit cauſa & eſſentię: hi uerò cogunt, pœnamq; minantur inobedientibus, abſq; reſpectu & enucleatione quales nam ſint parentes, & quibuſdam benefactoribus debitam uſuram iubent non ſinere inſolutam. Hoc au-

Philoſophi mẽtem & orationem cõtinere difficile.

Aliæ duæ credulitatis de Deo cauſæ: poeſis, & legumlatio.

Poeſis legumlatione antiquior.

tem erga utroſq; fieri, magis uidere licet in ſermonibus fabuliſq; de dijs. Cerno equidem ego in multis ubiq; diligentiam: conſidero autem nihilo minus, quomodo ſe habeant ſermones. Sunt enim, quibus ſermonis longitudo duntaxat curæ eſt, nihil prædicentes, neq; diſtinguentes de negocio, neq; quod ſint orationis ſumpturi principium: uerùm (quòd aiunt) illotis pedibus diſſerunt manifeſtiſsima, nudiſsimaq;. Et à pedibus quidem illotis non magnum eſt detrimentum, perq; lutum multaq; piacula incedentibus: à lingua uerò indocta, non parua uenit auditoribus iactura. Sed enim par eſt, ut eruditi, ſi quem inchoarint ſermonem, pro dignitate ad finem perducant, atq; elaborent: donec quaſi ex anfractu quodam & locorum difficultate, in rectã uiam ſermones perducamus. Tribus igitur propoſitis generationibus credulitatis de diuina natura apud homines, inſi-

3 *Quarta opinionis de Deo cauſa: Opifices.* tæ, poeticæ & legitimæ: quartam eſſe dicimus, quæ à figulis & opificibus oritur, ijs nempe qui diuinas ſtatuas ac imagines effingunt. Dico autem de pictoribus & ſtatuarijs & lapidicidis, & ſimpliciter omni, qui ſeſe diuinæ naturę imitatorem ex arte dignatur demonſtrare: ſiue umbratili pictura, ualde tenui fallaciq; ad uiſum colorum mixtura, & linearum terminis ferè maximè neceſſaria complectente, ſiue lapidum ſculpturis, ſiue ſtatuarum exciſionibus, ubi paulatim ſuperflua per artem reſecantur, donec ea quæ illis uideatur ſpecies relinquatur: ſiue arte conflatoria æris & ſimiliũ precioſorum, per ignem ductorũ, aut fluentium in quaſdam formas: ſiue ceræ formationibus, quæ facilimè artem ſequitur, facilemq; dat locum pœnitentiæ. Qualis fuit Phidias & Alcamenes & Polycletus, præterea etiam Aglaophon, & Polygnotus, & Zeuxis, quiq; eos præceſsit Dædalus. Non enim ſuffecit his circa alia ſuæ induſtriæ & ſapientiæ ſpecimen exhibere, uerùm etiam deorum imagines et omnigenas diſpoſitiones priuatim & publicè exhibentes, ſumptus à ciuitatibus acceperunt, multaq; & uaria de diuina natura opinione homines repleuerunt. Atque hi non omnino diſſonant à poetis & legislatoribus, tum ut ne uiderentur legum tranſgreſſores, impoſitiſq; mulctarentur pœnis: tum quòd uiderẽt ſe præoccupatos à poetis, eſſeq; antiquiorem illorum ſimulacrorum fictionem. Quare noluerunt uulgò uideri mẽdaces & iniucundi, noua confingentes. Plurima igitur fabulas ſequentes, poetiſq; patrocinantes finxerunt: quædam autem & à ſemetipſis introduxerunt, æmulatores & ſectatores eiuſdem artificij facti quodammodo cum poetis, ut quod illi per auditũ exhibuerunt palàm, id ipſi per uiſum: & enarrauerunt diuina pluribus, pauperioribuſq; ſpectatoribus. Porrò hæc omnia robur habuerunt à primo illo

* principio, ut honoris & gratiæ agendæ cauſa uidelicet faceremus diuinæ naturæ. Atqui præter ſimplicem & antiquiſsimam de dijs noticiam, atq; ex cognatione omnibus hominibus unà cum ratione innatam, ad alios tres interpretes & magiſtros, nẽpe poetas, legislatores, & opifices, quartũ

4 neceſſe eſt aſſumere, nuſq; ſegnem, neq; exiſtimatũ rerum diuinarũ eſſe im-

Philoſophus. peritum: dico aũt hominẽ Philoſophum, aut ſermonum recitatorẽ, et prophetam immortalis naturæ, ueraciſsimũ fortaſſe & abſolutiſsimum. Et legislatorem quidem omittamus in pręſentia in iudiciũ trahere, hominẽ auſterum, & qui ipſe alios in iudiciũ trahat. Oporteret aũt eum ſibi ipſi parcere, noſtriſq; negocijs. De cęterorum aũt unoquoq; conabimur cõſiderare, qui ſit ſupremus, & numquã utilitatem aut detrimentũ attuliſſe uideantur pietati erga deos, ſuis operibus aut ſermonibus: & pariter in quibus conſentiant, quibuſq; à ſe differãt, & quis illorũ ueritatem maximè ſequatur,

primæ

prime illi & minimè fallaci ſentẽtię cõſentiens Omnes igitur hi cõcinunt, tanquã unum ueſtigiũ ſequentes, idq; conſeruãtes: hi quidẽ manifeſtè, illi autem obſcurius. nõ enim fortaſſe conſolatione indiget is, qui uerè philoſophus eſt, ſi cum factoribus ſtatuarum & carminum comparetur, præſertim in celebri mercatus turba, quando iudices illis fauent. Nam ſi quis Phidiam primum inter Græcos in iudicium uocet, ſapientem illum & diuinũ artificem uenerãdi pulcherrimiq; operis, iudices conſtituens eos, qui huius Dei certaminibus ſunt pręfecti, immò magis commune iudicium uniuerſorum Peloponneſiũ, præterea & Bœotiorum & Ionũ, & aliorum ubicunq; ſunt Græcorum, in Europa uel Aſia, non pecuniarum rationem poſcens, neq; ſumptuum in ſtatuam, quot nempe talẽtis aurum ſit emptum & ebur: neq; cypreſsi & ſulphuris adhibiti, ut materia ad operandum durare poſsit, fiatq; incorruptibilis: neq; ciborum aut mercedum impenſas, operarijs non paucis, neq; breue tempus datas, alijsq; non uilibus opificibus, et maximam deniq; atq; ampliſsimam pro arte mercedem Phidiæ (horum enim Elæis conuenit rationem ponere, qui abundanter & magnificè fecerunt expenſas: nos autem pro alia re dicemus Phidiæ propoſitum eſſe certamen) ſi quis ergo ita ad eum dicat: O optime atq; excellentiſsime artificum, quod tu quidem iucundum & acceptum ſpectaculum, immenſamq; delectationem uiſus feceris omnibus Græcis & barbaris, quicunq; huc unquam uenerunt multi ſæpenumero, nemo contradicit. Reuera enim & brutorum hoc ſtupefaceret animantium naturam, ſi modò poſſent aſpicere, & taurorũ, qui ſemper ad hanc aram ducuntur, ut uoluntariè perferant uictimarum cæſores, ſi quam exhibituri ſint gratiam Deo Præterea etiam aquilarum & equorum & leonum, ut immani ferociq; extincto animo, magnum ſilẽtium agant, delectati ſpectaculo. Ex hominibus uerò, etiam ſi quis fuerit omnino afflictus animi, multos exantlatus calamitates, ægritudineſq; in uita, neque ſomnum admittens dulcem, is mihi uidetur e regionẽ ſtãs huius imaginis, obliuiſci omniũ poſſe quæ humanæ uitæ atrocia & difficilia accidere ſolent: Tale tu quidem reperiſti & machinatus es ſpectaculum, uerè luctus expers & bilis, malorumq; omnium inducens obliuionem, tanta lux tantaq; illi gratia ex arte addita eſt. Neq; ipſum Vulcanum uериſimile eſt hoc opus reprehendere poſſe, iudicantem ad uoluptatem oblectationemq; humani uiſus. An autem rurſus decentem ſpeciem, dignámque dei natura formam compoſueris, & cur materia delectabili uſus, uiri feceris formam pulchritudine quidem magnitudineq; præſtantem, niſi quod uiri, aliaq; feceris ſicut feciſti, conſideremus in præſentia. Pro quibus ſi te ſufficienter coram præſentibus defenderis, eiſq; perſuaſeris, quòd proprium & decorum, quod ad habitum & formam primi & maximi dei attinet, inueneris, mercedem alteram, quàm ab Elæis accepiſti, maiorem amplioremq; accepturus es. Vides enim hoc certamen atque periculum nobis non modicum eſſe. Prius enim, utpote nihil clarè ſcientes, aliam aliter finximus ſpeciem, omne morti obnoxium genus iuxta ſuam ipſius uim & naturam quique indagãtes & ſomniãtes, uel alicubi paruas quaſdã & ignobiles ſuperiorũ ſeculorũ artificũ effectiones, quibus neq; prorſus credidimus, neq; attendimus animũ. At tu artis eminentia uiciſti, & congregaſti primùm Græciam, deinde alios, quòd huic ſpectaculo adeò diuinam ſplendidamq; formam addidiſti, ut nemo iam plebeiorum amplius aliam facilè opinionẽ concipiat. Num uerò putas, Iphitum & Lycurgum, atque Eleos ueteres, propter pecuniarum inopiam, certamen quidem & uictimas conſtituiſſe

Philoſophi ad poetas & opifices collatio.

Apoſtrophe ad Phidiam.

Ioui

Ioui decentes, nullam autem ſtatuam reperiſſe pro nomine habituq; Dei, quum ferè nonnihil præſtarent poſteris: an magis timuiſſe, ne fortè non poſſent ſufficienter mortali arte ſummam illã & abſolutiſsimam exprimere naturam? Ad hæc forſan ſic diceret Phidias, utpote homo non elinguis, neque ex elingui ciuitate oriundus, præterea quoque familiaris & amicus Periclis.

Phidiæ oratio.

Viri Græci: Præſens certamen, omnium quæ fuerunt unquam, maximum eſt. Non enim de principatu, neque præfectura unius ciuitatis, aut nauium multitudine, aut peditum exercitu, utrum rectè an ſecus gubernata ſint, in præſentia rationem reddere iubeor: ſed de omniũ imperatore Deo, & illius facta ſimilitudine, an conuenienter & honeſtè facta ſit, neq; deficiat ulla in re ab hominibus paſsibili ad diuinę naturę expreſsionẽ, an ſit indigna indecoraq;. Animaduertite autẽ, quòd ego nõ primus fuerim enarrator & doctor ueritatis. Nondũ enim natus erã, quũ à principio Græcia haud manifeſta firmaq; haberet dogmata de his: ſed quũ antiquiore quadam de dijs iam perſuaſa eſſet ratione, eamq; firmiſsimè legibus ſanxiſſet. Et quæcumque fuerunt lapidicidarum opera, aut pictorum, uetuſtiora mea arte, inter ſeſe congruunt: prętérquàm quod ad artis conſummationem attinet, id ſuperſedeo dicere. Opiniones aũt ueſtras deprehẽdebam, antiquas, immobiles, quibusq; aduerſari nemo poterat: aliosq; opifices circa naturam diuinam, nobis ſeniores, & qui multo uidebantur eſſe ſapientiores poetas: his quidem in omnem excogitationem ducere per poeſin ualentibus, illis autem ad noſtra talia opera unam hãc idoneam habentibus imaginationem.

Diuinarum rerum expreſsio pro imagine.

Diuina enim ſpectacula, (dico autem Solis & Lunæ, & totius cœli, & ſiderum) ipſa quidem per ſe, quum apparent, prorſus ſunt admiranda: illorum autem imitatio ſimplex eſt, & arte caret, ſi quis uellet lunæ figuras exprimere, aut ſolis circulum, præterea quoque mores atque animos. Ipſa quidem illa talia ſe oſtendunt cum cæteris omnibus, in expreſsionibus uerò nihil tale poſſunt repræſentare: quod fortaſſe ita à principio à Græcis exiſtimatum eſt. Mentem enim atque prudentiam ipſam per ſe neque quiſpiam figulus, neque pictor exprimere poteſt. Nemo enim prorſus hæc ſpectare poteſt, neque enarrare. Ad illud uerò in quo hæc naſcuntur, non ſuſpicantes, ſed ſcientes confugimus, atque ita humanum corpus prudẽtiæ rationisq; uaſculum Deo attribuimus, inopia uidelicet penuriaq; aliarum rerum: req; apparenti atque ad effingendum poſsibili, id quod effingi nequit, neque apparet, exprimere conantes, in conſilium adhibita potentia. Atque hoc melius, quàm quod aiunt barbaros quoſdam animalibus diuinam aſsimilari naturã, ex paruis & abſurdis moti occaſionibus. Qui autem plurimùm præſtat artis pulchritudine ac grauitate, magnificentiaq; ferè, ille longè optimus opifex eſt diuinarum ſtatuarum.

Statuarũ uſus.

Neque enim melius eſſe, nullam prorſus extare ſtatuam, deorumq; apud homines imaginem nullam demonſtrari, quiſquã dixerit: neq;, quòd ad ſola cœleſtia uiſum oporteat intẽdere. Hæc enim uniuerſa quidem is qui mente prę̨ditus eſt, ueneratur, deos eſſe putans beatos, procul licet aſpiciens: propter animum autem erga diuinitatem, ualidè cupiunt omnis homines cominus honorare, colereq; diuinã naturam, accedentes & contrectantes, cumq; fiducia ſacrificantes atque coronantes. Planè enim quaſi infantes pueri à matre aut patre abſtracti, uehemens deſiderium & cupiditatem habentes porrigunt manus nõ præſentibus interdum, ſomniantes: ita etiam deos iure cum propter beneficentiam, tum cognationem, homines diligunt: omniq; modo huc incumbunt, ut cum illis conuerſentur & colloquantur. Quàre multi barbari ob

pauper.

paupertatem, artiſq́; inopiam, montes appellarunt deos, & arbores iner-
tes, lapideſq́; ignobiles, nequaquam formâ dijs familiariores. Si autem a-
pud uos reus ſum ob formam, cur non prius Homero potius iraſcimini? *Homeri de deo ſententia.*
Is enim non formam ſolum propinquiſsimè ad opificum rationem imita-
tus eſt, dei cæſariem nominans, preterea & mentũ, ſtatim in poeſeos prin-
cipio, ubi inquit ſupplicaſſe Thetin pro honore filij: ſed ad hęc, dijs attri-
buit colloquia, & conſultationes, & opificia: præterea, recurſus ex Ida ad
cœlum & Olympum, ſomnoſq́; & conuiuia & concubitus, ualde quidem
excelſè omnia exornans carminibus, attamen ad mortalem ſimilitudinem
accedentia. Quinetiam auſus eſt aliquando Agamemnonem comparare
deo, in præcipuis partibus, dicens:

Et caput atq; oculos torquenti fulmina grato
Saturni ſimilis. — Mea autem opera nemo, ne inſanus quidem, cuiquã
aſsimilauerit mortali, nedum ſi ad pulchritudinem magnitudinemq́; dei
examinentur, deo. Vnde ſi non Homero melior multo modeſtiorq́; poe-
ta uidear, qui tamen uobis diuina præditus eſſe uidetur ſapientia, mulctã
præſtare paratus ſum, quamcunq; uolueritis. Dico autem, iuxta id quod
arte mea effici poteſt. Exuberans enim quędam res eſt Poeſis, & omni ra- *Poeſeos ubi.*
tione diues, ſuiq́; iuris, ſimulq́; linguæ miniſterio & uerborum copia ido-
nea per ſe, ad manifeſtandas omnis animi ſententias. Et quemcunq; exco-
gitauerit habitum, aut opus, aut affectum, aut magnitudinem, nunquam
illi deerit nuncius uocis, ualde manifeſtè unaquæq; ſignificantis.

Nam lingua eſt hominum in partem mutabilis omnem,
Sermoneſq; ferit multos ſine fine modoq́;:
ut ait ipſe Homerus:
Et uaria huc ſe lex uerborũ flectit, & illuc.

Propemodum enim humanũ genus omniũ potius rerũ penuria laborat,
quàm uocis & dictionis. Harum enim tantum admirabiles quaſdam poſsi
det diuitias. Nihil igitur relictum eſt nõ uoce prolatum, ſignatumq́; eorũ
quę ad ſenſus perueniunt, ſed cõfeſtim imponitur rei intellectę manifeſtũ
nominis ſignũ. Sæpenumero quoq; multas uoces uni eidemq́; rei, quarũ
unaquæq; ſi proferatur, intellectũ quendã præber, nõ multo infirmiorem,
quàm uerũ nomẽ. maxima igit poteſtas & uis homini ineſt circa ſermonẽ, *Orationis uis.*
ad demonſtrandũ id quod aſtat. At ars poetarũ ualde contumax eſt, & in-
corrigibilis: & maximè Homeri, plurima utentis libertate, qui nõ unũ di- *Homeri uaria*
ctionis elegit characterem, uerùm omnino Græcorum linguam hactenus *idiomata, et di*
ſeparatam commiſcuit: Dorum & Ionum, inſuper quoq; Athenienſium, *cendi copia.*
eas in unum temperans magis quàm colores ab infectoribus ſolent, haud
ſui tantum ſeculi, ſed etiam ſuperiorum uerbis utens: & ſi quod uſquã e-
rat uerbum exoletum, & illud recepit, ueluti antiquam monetam ex the-
ſauro alicunde domino carẽte, ob pecuniarum cupiditatem. Multa quoq;
barbarorum recepit, à nullo abſtinens nomine, quod uoluptatem modò,
aut uehementiam illi habere uiſum eſt. Ad hæc quoq;, transfert non uici-
na ſolũ, neq; à propinquis, ſed ualde diſtãtia, tantũ ut auditorem mulceat,
cum ſtupore eũ incantans. Neq; ea tamen in regione finit manere, ſed hæc
quidem producit, illa aũt contrahit, alia uerò aliter ſubuertit. Deniq; ſeſe
demonſtrauit eſſe non carminũ ſolum fictorem, ſed etiã uerborum: partim
quidẽ ſimpliciter nomina ponens rebus, partim aũt proprijs alia ſuperad-
dens, ueluti ſigillum ſigillis imprimens manifeſtũ, magiſq; notũ. A' nulli
us ſono abſtinet: ſed breuiter, & fluminũ imitatur uoces, et ſyluarũ, & uen
torum, & ignis, mariſq́;, inſuper quoq; æris & lapidis, & uniuerſorũ ſim-

pliciter animalium & inſtrumentorum, nempe ferarum, & auium, & tibiarum, & fiſtularum, καναχὰς & βόμβους & κτύπον & δοῦπον & ἄῤῥαβον, primus inuenit, nominauitꝗ flumina μορμύροντα, & ſagittas κλάζοντας, & fluctus βοῶντας, uentosꝗ χαλεπαίνοντας, & alia huiuſmodi uehementia & abſurda reuera miracula, multã inijcientia animo perturbationem & tumultũ. Itaque non illi erat inopia ſpecioſorum iucundorumꝗ nominum, neꝗ etiã lenium & aſperorum, & mille alias habentium differentias, inꝗ reſonantijs atꝗ intelligentijs: ex qua carminum faciendorum facultate, poterat quemcunꝗ uellet in animo excitare affectum. Noſtrum uerò genus opificijs manuumꝗ laboribus ſe ſuſtẽtans, nulla ratione peruenire poteſt ad ſimilem libertatem. Sed primùm quidem materia indigemus, quæ ut ſecurè permanere poſsit, multum ſumit laboris, nec facilè poteſt acquiri: præterea & nõ paucis adiutoribus. Accedit, hucquòd cuiuſꝗ imaginis neceſſe ſit unam tantum figuram elaborari, eamꝗ immobilem & manentem, ut in ea omnis dei natura & uis comprehendatur. Poetis autem licet multas quaſdam & uarias formas efficere: quia facile poſſunt poeſi cõprehendere, motionesꝗ & quietẽ illis apponere, ſicuti decere putauerint: tum opera & ſermones, & inſuper (puto) ea quæ ad errorẽ tempusꝗ pertinent. Vno enim ſtudio animiꝗ impetu poeta incitatus, magnam quãdam copiam efficit, tanquam ſi aqua ex fonte abundè ſcateat, antequam eum derelinquat & effluat imaginatio, excogitatioꝗ quam concepit. Quod autẽ noſtra arte efficitur, laborioſum & tardum eſt, uix et paulatim procedens, utpote in ſaxea & ſolida ſudans materia. Et quod omnium eſt difficilimũ, neceſſe eſt opifici imaginem in animo permanere eandẽ ſemper, donec abſoluerit opus, nonnunquam etiam multis annis. Et ſanè id quod dicitur, oculis magis credendum eſſe quàm auribus, fortaſſe uerum eſt: multo ſiquidem minus ad credendum inducere poſſunt, maioreꝗ opus habẽt efficacia. Nam uiſus ipſis uiſis concurrit, auditum autem non eſt impoſsibile eleuare & decipi per immiſſa uerba, & quaſi incantata carminibus atꝗ ſonis. Atqui quæ noſtræ artis ſunt, neceſſariam habent menſuram, quod ad multitudinem magnitudinemꝗ attinet: poetis aũt licet & ea quãtumcunꝗ uelint, augere. Quocirca Homero quidem facile fuit magnitudinem Contentionis dicere, quòd caput fixũ habeat in cœlo, & pedibus gradiatur ſuper terrã. Ego uerò cõtentus ſum, ſi quo modo locũ ab Elæis aut Athenienſibus monſtratũ, implere poſſum. Tu igitur dices ſapientiſsime poetarum Homere, & ui poeſeos & tempore longè præſtantiſsime (primus enim ferè Græcis illius ſpecimen ediſti) cùm aliorũ deorũ, tum quoꝗ maximi dei multas & pulchras imagines: quaſdã quidem placidas, quaſdam uerò terribiles & atroces. Noſter aũt hic deus pacificus eſt, & ubique manſuetus, tanꝗ quietę & concordis Græciæ ſpeculator: quem ego mea arte, & ciuitatis Elęorum ſapienti bonoꝗ conſilio erexi, placidum & grauem, in iucundo habitu tam uictus quàm uitę, omnium datorẽ bonorum, communem hominũ & patrem & ſaluatorem ac cuſtodem, quantum mortali poſsibile erat excogitare, imitariꝗ diuinũ et immenſum animũ. Conſidera aũt, an non omnibus cognominibus dei, hanc imaginẽ conuenientem inuenias? Iuppiter enim ſolus Deorum pater & rex unus nominatur, & πολιεὺς & φίλιος, & ἑταιρεῖος, & ad hæc ἱκέσιος & ξένιος, & ἐπικάρπιος, & multas alias habet appellationes, bonas omnes. Rex quidem dicitur, propter principatum ac potentiam: pater uerò, propter curam & manſuetudinem: πολιεὺς autem, propter legem & communem utilitatem: ὁμόγνιος uerò, propter generis communionem dijs & hominibus: φίλιος autẽ, & ἑταιρεῖος, quòd

Opifices quãto poetis inferiores.

Ate Homerica Iliad. δ.

Iupiter Olympius qualis à Phidia ſculptus.

Iouis cognomina.

quòd omnes homines congreget, uelitq; inter ſe eſſe amicos, nullum autem ullius hoſtem aut inimicum: ἱκέσιος autem, quòd ſit exorabilis ſupplicantibus: φύξιος, quòd malorum præſtet effugium: ξένιος, quòd ne hoſpites quidem oporteat negligere, neq; exterum exiſtimare ullum hominem: κτήσιος aũt, & ἐπικάρπιος, quòd ſit cauſa fructuũ, diuitiarumq; dator, & potentię: neq; oſtendere quis poſsit, ubi non his appelletur nominibus. Nunquid non ſatis, quantum per artem fieri potuit, expreſſus eſt? Principatum enim habere, regemq; eſſe, fortitudo ſpeciei demonſtrat, pariter & magnificentia. Patrẽ uerò eſſe, & curã gerere, mite illud, & amicabile. πολιέα uerò eſſe, atq; legitimũ, grauitas & auſterũ illud. Hominũ porrò & deorum cognationem, ſimilitudo ipſa formæ, et unius ſymbolum ſpeciei. Porrò φίλιον & ἱκέσιον, & ξένιον & φύξιον, & omnia huiuſmodi ſummatim, humanitas, mãſuetudoq; atq; bonitas declarant. Effigurat uerò κτήσιον & ἐπικάρπιον, & ſimplicitas et animi magnitudo, manifeſtata p formã Planè enim danti donantiq; bona maximè conſimilis eſt. Hęc quidem quantum potui, arte expreſsi, utpote quæ nominare non poteram. Continenter uerò fulgurantem, propter bellum, multitudinisq; exitium, aut imbrium immenſam uim, aut grandinis aut niuis, pluentem, aut extendentem nigrum arcum belli ſignum, aut mittentem ſtellam & aſsiduas ſcintillas, atrox oſtentum Iliad. λ. nautis militibusq;: aut immittentem diram contentionem Græcis & Barbaris, indeſinentemq; belli & pugnæ inſpirantẽ amorẽ afflictis hominibus atque deſperatis, aut ſtatuentem in trutinam hominum ſemideorum fata, aut totorum exercituum uoluntaria declinatione dijudicanda, non poteram per artem imitari: neque ſi potuiſſem, uoluiſſem unquam. Tonitrui enim ſimulacrum mutũ, aut fulguris fulminiſ'ue imaginẽ obſcuram, ex hiſce terrenis metallis, quale tandem fieri poſſet? Præterea & terram quaſſatam, motumq; Olympum, breui ſuperciliorum nutu, aut aliquam nubium circum caput coronam, Homero quidem dictu facile, & multa ad huiuſmodi omnia libertas eſt: noſtræ autem arti omnino impoſsibile, è propinquo habenti manifeſtum uiſus indicium. Quod ſi uerò quiſpiam materiæ ignobilitatem, nõ arbitratur eſſe ex dei dignitate: hoc uerum eſt, & rectè putat: ſed neque eam dantes, neque accipientem & approbantem iurè quis reprehendat. Non enim erat altera natura melior, neque ſplendidior ad uiſum, quæ in manus hominum uenire poſſet, & ab artificio tractari. Nunquid enim aut ignem aliquis tractet, formetq; abundantem aquarum fontem quibuſdam mortalibus inſtrumentis? Quamq; in omnibus his ſolida res efficiatur? Dico autem, non auri, neque lapidis (hæc enim parua ſunt, & uilia) ſed omnem naturam fortem et grauem, priuatimque unumquodque diſcernentem, implicantemq; in idem, animalium genus aut plantarum? Hoc uerò ne omnibus quidem dijs poſsibile eſt, aut ferè hoc ſolum. Quod ualde pulchrè alius poeta dixit, Iouem alloquens:

Dodonæe omnipotensq; pater, & artifex
Optime. —

Hic enim eſt primus & abſolutiſsimus opifex, qui expenſarum ſuppeditatorem artis ſuæ accepit non Elæorum ciuitatem, ſed omnem uniuerſi materiã. A' Phidia uerò, aut Polycleto, nihil meritò plus requiretis: immò & hæc maiora ſunt, grauioraq;, quàm quæ queant à noſtro manuario artificio poſtulari. Neque enim Vulcanum Homerus ſcripſit in alijs experientiæ ſuæ ſpecimen dediſſe: ſed artificem deum quidem nactus ad ſcuti fabricam, materiam uerò aliam non potuit inuenire. Ait enim ita:

Mox æs robuſtum, ſtannumq; iniecit in ignem,

Eximijq; aurum precij, argentumq; refulgens.

Hominum ego quidem nulli conceſſerim, ut me hac in arte ſuperaret: opifici autem omnium rerum, nullus comparandus eſt mortalis. Hæc igitur dicentem, hisque ſe defendentem Phidiam, meritò mihi uidentur Græci coronare debuiſſe. Forſan autem uulgares homines latet, quibúsnam de rebus hæc oratio habita ſit: & ſanè magis (ut mihi uidetur) eam philoſophos conuenit, quàm multitudinem audire. Dictum eſt autem de ſtatuarum erectione, quomodo nẽpe oporteat erigere: & de poetis, an melius aut peius ſenſerint de dijs: præterea quoque de prima deorum conſideratione, qualisnam & quemadmodum in hominibus orta ſit: multa autem (opinor) & de Iouis potentia dicta ſunt, & cognominibus. Quod ſi uerò omnia dicta ſunt cum laude huius ſtatuæ, & qui eam erexerunt, multo melius eſt. Reuera enim talis nobis apparet ex aſpectu: ualde nimirum beneuolus, et curam noſtri gerens, ita ut mihi propemodum & loqui uelle uideatur. Sed hæc quidem hactenus. Elæi autem, & uniuerſa Græcia, bene & congruenter huic deo ſacra facit, uictimas mactans ex præſentibus magnificè: quin etiam iam inde à principio, celeberrimo certamine agilitatis roborisq; atque uelocitatis propoſito, aliasq; feriarum myſteriorumq; conſuetudines acceptas conſeruans.

ORATIO ATHENIS HABITA, DE FVGA, *aut exilio.* XIII.

QVANDO cõtigit mihi, ut ſolum uerterem ob amicitiã uiri non praui, ſed qui tum inter beatos & principes proximè numerabatur: propter ea uerò interfecti, propter quę multis & propè omnibus beatus uidebatur, propter illorum nempe familiaritatem cognationemq; crimini mihi dato, quòd illi uiro amicus eſſem, & à conſiijs, (mos enim hic eſt tyrannorum, quemadmodum inter Scythas ſolent cum regibus ſepelire pincernas & coquos & pellices: ita ijs quos ipſi interficiunt, amicos adiungere plures nullam ob cauſam) tunc igitur, inquam, quia ſolum uertere decreuiſſem, conſiderabã utrum uerè res eſſet difficilis, infauſtaq; exilium, iuxta multorũ opinionem: an omnibus huiuſmodi aliud accideret, quale accidere ferũt mulieribus in delubris circa diuinationem. Illę enim aram quandam aut lapidẽ ſuſtollentes, cõſiderant in eo rei ſuper qua ſunt interrogatæ, euentum. Et quibuſdam quidem earũ aiunt leuem fieri, quibuſdam uerò grauem, ut ne mouere quidẽ facile poſsint: an ne ita quoq; & exiliũ & paupertas, & ſenectus, morbiq;, & omnia talia, his quidẽ grauia et difficilia, illis aũt leuia faciliaq; appareãt: Illic fortaſsis, iuxta rei differentiã, leue eſſe pondus deus efficit: hic aũt (opinor) tale fit quodq;, qualis eſt utentis uirtus & ſententia. Et protinus recordabar & Vlyſsis apud Homerum, deplorantis frequenter ſeipſum, uiri ſanè Heroici, & nequaq; ad multa perferenda inualidi: indigna tamen dicentis & lamentantis interdum apud mare, propter patriæ deſiderium. Deniq; uerò (ut ait poeta) deſiderabat fumum ex ſua terra aſcẽdentem uidere, etiã ſi oporteret eum continuò mori: neq; eum priora facta conſolabantur, neq; dea pulchra & benigna, quæ eũ magnifaciebat, ut etiã promitteret apud ſe manẽti daturam immortalitatem: ſed his omnibus præualuit patriæ deſiderium & amor. Rurſum quoq; apud alium poetam ex poſterioribus in mentem mihi uenit Electræ, interrogantis ſuper fratre animo perturbato, & miſerantis eum propter exilium, atque ita ſciſcitantis:

Vlyſſes quàm ægrè tulerit patriæ deſiderium.

Vbi

Vbi gentium fugam ille miſeram fert miſer?

Vbi ille non minus miſerabiliter reſpondet:

Non urbis unius fixus perit loco.

Atq; illa rurſus interrogat:

Victus quotidianus illi num deeſt?

Et ille dicit:

Habet quidem, ſed rarum, ut ſolum uertens homo.

Ad hec quoque, audacium plurimorum recordabar facinorum, geſtorumq; ab exulibus bellorum, ut domum redire poſſent: atq; hoc aduerſus populos tyrannosq; expulſores, ſupra quàm illorum ferebat facultas: magnum ducentes, etiamſi in pugna mori oporteret in ſua ipſorum terra. Vniuerſa hec exterruerunt me, coegerúntque malum exiſtimare & graue, quod mihi accidiſſet. Poſtquam uerò cogitaui, quod Crœſo Lydorum regi conſuluiſſet Apollo, ſi quid accideret, fugam ſponte capeſſere, principatumq; relinquere, nec turpe ducere ſi eam ob rem ignauus uideretur hominibus. Ita autem habet oraculum: *Oraculum Crœſo regi editum.*

At mulus quum rex Medos regnauerit inter,
Tunc te mollipedem Lydum fugere inde licebit,
Hermum ad arenoſum: maneas neq;, conſulo, tardus:
Nec tibi ſit, ſi tum ignauus uideare, pudori.

Videlicet pudorem nominans pro turpitudine, ut moris eſt poetis: & ignauum uideri, pro malè audire apud multos. Ex hoc (inquam) cogitaui, quòd non omnino exilium noxium, neq; inutile: neq; manere in patria, bonum magniq; æſtimandum ſit Non enim alterum utiq; admonuiſſet & conſuluiſſet Apollo, nempe fugere: alterum autem, nempe manere, interdixiſſet palàm: preſertim uiro uaticinanti, qui diligentiſsimus erat circa diuina, plurimasq; ſacrificabat uictimas, & maxima donaria Delphos miſerat, præ omnibus quæ unquam antea cōſecrata fuerant. Hæc mihi cogitanti, uiſum eſt eundum eſſe & mihi Delphos ad Apollinem, ut eo conſultore uterer, iuxta ueterē Græcorum cōſuetudinē. Neq; enim putaui, quū de morbo & prolis defectu, ſi cui nempe non gignerentur liberi, deq; fructibus, ſufficienter poſſet conſulere: in hoc negocio minus eum ualiturū. Et demum oraculum petenti mihi, reſpondit, abſurdū et coniectu difficile reſponſum. Iuſsit enim me id ipſum in quo eſſem agere omni alacritate, ut honeſtam quandam & utilem actionem, donec (inquit) in poſtremam terræ partem diſceſſeris Atqui malum eſt & circa homines, mendacijs uti, nedum circa deū. Ratiocinabar igitur, Quòd ſi Vlyſſes poſt tot errores, non cunctatus eſt iterum errare remum ferens, conſultore uſus Tireſia, homine mortuo, uſq; dum in homines incideret, qui ne auditione quidem mare noſſent: egóne hoc non faciam, deo iubente? Ita demū adhortatus memetipſum, neq; metuebā, neq; turpe exiſtimabam negociū: ucſteq; humili aſſumpta, & meipſum attemperans, errabam ubique Homines uerò qui me cōueniebant, uidebantúr, partim quidē erronē me, partim uerò mendicum uocabant, quidam aūt & philoſophum. Inde mihi contingit, & paulatim & nullo meo ipſius conſilio, neq; memetipſum aliquid magni reputāti, ut hoc nominis obſtringeret. multi ſiquidem qui philoſophi appellantur, ſemet proclamant, quemadmodum præcones in ludis Olympicis: at ego alijs de me dicentibus, non poteram ſemper & cum omnibus pugnare. Forſan aūt & nonnihil contigit mihi hac ex fama utilitatis capere. Plurimi enim me conuentum rogabant, hoc, utrum bonum an malum mihi uideretur? *Philoſophi appellatio.*

deretur? ut coactus ſim, de illis rebus cogitare, ut quid reſpõderem interrogantibus haberem. Rurſum quoq; productum in publicum, iubebant orationem habere. Quare etiam illud neceſsitatẽ mihi impoſuit ea dicendi, quæ ad hominũ officia pertinerent, & à quibus utilitatẽ capturi eſſent mei auditores. Videbanť mihi aũt omnes (ut ſummatim dicã) inſipientes eſſe, & nemo eorum quicq; quæ oportet facere: neq; cõſiderare, quî nam à præſentib. malis liberatus, multaq; inſcitia atq; perturbatiõe, moderatius meliusq; uitã ageret. Cõmiſcentur aũt & feruntur omnes in eodẽ, & circa eadem ferè: circa pecunias & glorias, & quaſdã corporum uoluptates: nemoq; liberari ab his poteſt, neq; in libertatem ſuũ ipſius animum aſſerere. Quemadmodũ (opinor) incidentia in uertices aquarũ, uoluuntur & circumuertuntur ſemper, neq; ſe liberare poſſunt à uertigine. Ob hęc & talia cùm alios omnes, tum maximè & primũ reprehendi memetipſum. Interdũ uerò ob inopiam, ferebar in ſermonẽ aliquem antiquum, dictũ à Socrate quodam, quem ille ſemper & ubiq; ſolebat inculcare, apud omnes clamãs atq; contendens, in palæſtris & in Lyceio, inq; iudiciorũ locis, & in foro, tanq; deus ex machina, ut ait quidam. Non ſanè fingebã meum eſſe ſermonem, ſed dicebã illius eſſe cuius erat: rogabamq;, ſi fortè nõ poſſem exactè omnia uerba, neq; totum commemorare intellectum, ſed plus aut minus quicquã dicerem, mihi ueniam darent: neq;, quòd ea dicerem, quę multos quoq; ante annos eſſent dicta, propterea animũ minus aduorterẽt. Fortaſſis enim (dicebam) ita maximè utilitatem percipietis. Non enim ueriſimile eſt, antiquos etiam ſermones, ſicut antiqua pharmaca, ſpiritu exhalato uim perdidiſſe. Ille ſiquidem, quando uideret plures homines uno in loco, miſerans increpansq; clamabat planè uiriliter, & abſq; diſsimulatione: Quò tandem ferimini ô homines, & ignoratis uos nihil facere eorum quæ oportet? pecuniarum quidem geritis curam, eaſq; acquiritis omni modo, ut & ipſi copiam habeatis earum, pluresq; inſuper liberis tradatis: ipſos autem liberos, atque prius uos ipſos patres neglexiſtis similiter omnes, nullam prouidentes eruditionem, neque exercitium idoneum aut utile hominibus, quo eruditi queant pecunijs uti & rectè & iuſtè, & non damnoſè ac iniuſtè, & uobis ipſis ad mulctam. Hoc maiori dignũ ſtudio exiſtimare deberetis, quàm pecunias acquirere: utilioresq; ita eſſetis hominibus, & filiabus uxoribusq;, & fratribus & amicis, & ipſi uobis. An cithara ludere, atq; luctari, literasq; diſcentes à parentibus, & liberos docentes, putatis modeſtius meliusq; uos inhabitaturos ciuitatem? Verùm ſi quis congreget citharistas, præceptoresq; in palæſtris puerorum, & literatores, qui optimè ſuam quiſq; norit artem, ciuitatemq; ex ipſis aut gentem conſtituat, ſicuti uos quondam Ioniam: qualisnam uobis uidetur fieri poſſe ciuitas, & quo tandẽ modo habitari? Nónne multo peius et turpius, quàm in Aegypto ciuitas cauponum, ubi omnes inhabitãtes ſunt caupones, tam uiri quàm mulieres? Nónne multo ridiculoſius habitabunt illi, de quibus dico, ueſtri nimirum liberorumq; ueſtrorum doctores, luctandi præceptores, citharistæ & literatores, aſſumptis pariter carminum recitatoribus & hiſtrionibus? At enim quæcũq; diſcunt homines, eam ob cauſam diſcunt, ut quum inſtans uſus flagitet, ad quem unuſquiſq; ſuum direxit ſtudium, faciat quod artis eſt. ut gubernator, quũ nauem fuerit ingreſſus, ut clauo dirigat nauẽ: propter hoc enim didicit nauem gubernare. Et medicus, quũ acceperit ægrotantẽ, ut pharmacis, atq; alijs ad uiuẽdi rationem pertinentib, ſanet: cuius gratia medicandi acquiſiuit experientiam.

Hominum ſtudia circa quæ potiſsimum.

Socratis oratio in frequenti hominũ cœtu qualis.

Studiorũ cuiuſq; ſcopus.

Proinde

Proinde & uos (dicebat) quando conſulendum eſt aliquid quod ciuitati commodum ſit, conuenientes in cõcionem, partim ex uobis ſurgant, & cithara canant, partim luctent, alij uerò legant aliquid Homeri aut Heſiodi, (hæc enim melius ſcitis quàm aliud) an ex his putatis ſtrenuos uiros euadere, & res publicas atq; priuatas rectè adminiſtrari poſſe? Et nũc ſanè his freti ſpebus, habitatis ciuitatem, liberosq; inſtruitis, tanquam tales euaſuros, qui & ſua ipſorum & publica negocia tractare poſsint: quibus ſufficit, ſi cithara ſciãt canere Palladem urbium populatricem Mineruam, aut pede rectè ingrediantur ad lyram: ut uerò cognoſcatis quæ'nam uobis & patriæ ſint utilia, & legitimè iuſteq; cum concordia rempublicam geratis atq; habitetis, nullam facientes alter alteri iniuriam, neq; mutuò ſtruentes inſidias, hoc nunquam didiciſtis, neq; uobis curæ fuit unquam, neq; adhuc curatis. Atqui Tragœdos frequenter uidetis in Bacchanalibus, & *Tragœdiarũ materia.* miſeremini hominũ in Tragœdijs nominatorum, propter infortunia: ſed tamen nunquam animaduertitis, quòd non illiteratis, neq; muſices imperitis, neq; luctari ignorantibus ea mala acciderint: neq; eo quòd quis pauper fuit, quiſquam Tragœdiam docuerit. Ecõtrariò enim, de Atreis & Agamemnonibus ferè, et Oedipodibus, uideas omnes Tragœdias ſcriptas, qui plurimas poſſederunt opes auri & argenti, & terræ & pecorum: quin etiam infortunatiſsimo omnium aureã aiunt fuiſſe ouem. Et quidem Thamyris, optimè ſciens cithara canere, et cum Muſis ipſis contendens de harmonia, excæcatus eſt propter hoc, atq; inſuper dedidicit artem cithara canendi. *Thamyris.* Et Palamedi, quòd literas inueniſſet, nihil profuit ut non iniuſtè ab *Palamedes.* Achiuis, & ijs quos ipſe docuerãt, lapidibus oppreſſus interficeretur: ſed dum erant illiterati & indocti in ea diſciplina, uiuere eum ſinebant: poſtquam uerò & alios docuit literas, & Atridas uidelicet primos, atq; cum literis quomodo facibus ſublatis ſigna eſſent danda, numerandaq; multitudo (quia prius neſcierant rectè turbam numerare, ut paſtores oues) tũ ſapientiores redditi, atq; meliores, interfecerunt eum. Quòd ſi uerò (dicebat) rhetores putatis idoneos eſſe ad conſulendum, & ex illorum arte uiros bonos fieri: demiror quòd non & iudicia ſuper omnibus rebus, illis permiſeritis, ſed uobis ipſis: & qui non iuſtiſsimos optimosq; eſſe credideritis, & pecunias illis permiſeritis diſpenſare publicas. Simile enim faceretis, ac ſi gubernatores, triremiumq; præfectos crearetis, remiges, aut remigum moderatores. Si quis uerò ex ciuilium rerum adminiſtratoribus, rhetoribusq; illi diceret, quòd hac inſtitutione uſi Athenienſes, Perſas cũ tot hominum milibus ciuitati bellum ſemel atq; iterum inferentes, atque aliæ Grȩciȩ, & primùm quidem copijs & ducibus à rege miſsis, deinde & ipſo Xerxe aduenie͂te cum omni Aſianorum militia, eos omnes uiciſſent, & ubiq; illis facti eſſent ſuperiores & conſilijs & pugna: uerùm quomodo potuiſſent ſuperare tantum apparatum, tantamq; multitudinem, niſi uirtute fuiſſent præſtantiores? Aut quomodo uirtute præcelluiſſent, non optima inſtituti diſciplina, ſed mala atq; inutili? Huic talia obijcienti dicebat, quòd neq; illi ueniſſent ulla inſtituti diſciplina, neq; de negocijs cõſulere ſcientes: ſed ſagittare, equitareq; duntaxat, ac uenari illis curæ fuiſſet, corpusq; nudari turpiſsimum exiſtimaſſent, atq; futuere in propatulo: quæ ne ipſis ſibi quidem erant profutura. Proinde nullus erat illorum dux, neq; rex: ſed multæ hominum myriades erant ineruditæ & inſipientes, infelicesq; omnes. Si quis autem inter eos fuit rector habens tiaram, ſeditq; in aureo throno, ab illo omnes tanquam à dȩmone pellebantur ad uim inferendam, partim in mare, partim ſuper montes: & flagris cæſi, me-

ticuloſiq;

ticuloſiq́; & impulſi, & trementes cogebantur mori. Quemadmodum ſi duo homines neſcientes luctari, luctentur, & alter deijciat interdum alterum; non per experientiam, ſed fortuna quadam, ſæpius autem & bis deinceps idem: ita & Athenienſibus cum Perſis confligentibus accidiſſe. nunc enim Athenienſes ſuperiores fuiſſe, nunc Perſas: quemadmodum tandem, quando & mœnia ciuitatis diruerunt, bellum gerentes adiuuantibus Lacedæmonijs. Poſſes'ne autem mihi dicere, num quando Athenienſes muſicā literasq́ minus ſciuerint: deinde rurſus duce Conone, quando nauali pugna circa Gnidon uicerunt, melius ſint luctati, & cecinerint? Sic igitur demonſtrabat, eos nullam utilem diſciplinam adeptos. Hoc autem non ſolum Athenienſibus, ſed ferè omnibus hominibus & ante & nunc contigit. Atqui, ineruditum eſſe, & nihil ſcire quæ oportet, nec ſufficienter ad uitam inſtructum eſſe, & uiuere, et agere conari tam magna negocia, ne ſibi ipſis quidem placere. Indoctos enim & ineruditos ab ipſis uituperari. Eſſe autem indoctos, non illos qui texere aut calceos conſuere ignorent, neque qui ſaltare neſciant: ſed qui ea ignorent, quæ honeſtum bonumq́; uirum ſcire deceat. Atq; ita adhortabatur, ut diligentiam adhiberent, animumq́; illi aduerterent, darentq́; operam philoſophiæ. Nouerat enim, qui hoc quærerent, nihil aliud quàm philoſophiæ operam daturos. Nam quærere & contendere, ut quis fiat honeſtus & bonus, nihil aliud eſſe, quàm ſtudere philoſophiæ. Non ille quidem ſępius ita nominabat, ſed tantum iubebat quærere ut boni uiri fierent. Cæterùm & ego propemodum hæc uilia atq; antiqua apud multos diſputabam. & poſtquam non ſinebar, quum Romæ eſſem, ſilentium agere, priuatum quidem nullum audebam diſſerere ſermonem, metuens ne ridiculus ſtultusq́; uideter, utpote multæ mihi ſimplicitatis inſcitiæq́; conſcius: cogitabam uerò, Age, quid ſi hunc imitatus, aliquos ita referam ſermones, aut de his rebus quas ipſi admirantur, quòd earum nihil ſit bonum, deq; delicijs & intemperantia, & quòd eruditione & magna & bona indigeant: forſitan nōme deridebunt hæc dicentem, neque fatuum nuncupabunt? Sin minus, potero dicere, hoſce ſermones illius uiri eſſe, quem & Græci admirati ſunt omnes ob ſapientiam, quin & Apollo iudicauit eum eſſe ſapientem: & Archelaus Macedonum rex, qui multa norat, cumq́; multis ſapientibus habuerat conſuetudinem, promiſsis donis atque mercedibus eum uocauit, ut tales audiret diſſerentem ſermones. Ita tandem & ego tentaui diſſerere apud Romanos, quum me uocaſſent, iuſsiſſentq́; dicere, non duobus aut tribus aſſumptis in palæſtra aut deambulationibus (neq; enim erat poſsibile in illa ciuitate, ita eos conuenire) ſed multis & frequentibus in idē loci conuenientibus, quòd indigerent meliore diligentioreq́; eruditione, ſi uellent reuera felices fieri, & non multorum opinione hominum tantum. Quemadmodū ſi quis eos nunc ex curſu reuocet, doceatq́; ſic aſſumens, quòd horum nihil ſit bonum, quibus tanto incumbunt ſtudio, quæq́; omni promptitudine poſsident: exiſtimantq́; quanto plura poſſederint, tanto melius beatiusq́; uicturos. Hoc illis demum cōtingere poſſe, ſi modeſtiam & fortitudinem iuſticiamq́; meditentur, animisq́; ipſis recipiant, harum alicunde repertis doctoribus, & alijs omnibus neglectis. Nec referre an doctores ſint Græci an Romani, an aliquis apud Scythas aut Indos uir ſit, qui ea quæ dixi docere poſsit, ſicuti opinor artem ſagitandi & equeſtrem: aut qui, (per Iouem) ut medicus ſciens corporis curare morbos, ita idoneus ſit animi ſanare morbos. Quiſquis igitur ab intemperātia auariciaq́; & ſimilibus ægritudinibus poterit liberare eos qui ab ipſis

Indocti qui.

* *Philoſophiæ ſtudere quid.*

*

*Non quis, ſed quid dicatur, attendendum.

ipſis poſsidentur, huncaſſumẽtes, abducentesꝙ, uel ſermone perſuaſum, *
uel amicitia (pecunijs enim non poterit eiuſmodi uir perſuaderi, neꝙ
alijs donis) conſtituentes eum in arcem, legem promulgare debere, ut
adoleſcentes omneis eum adeant, cumꝙ eo conuerſentur: & non minus
etiam ſeniores, donec omnes facti ſapientes, & amantes iuſticiæ, contem-
ptoresꝙ auri argenti & eboris, & opſoniorum deniꝙ & unguenti, & ue
neris; felices reuera habitent, & principes maximè ac primũ ſui ipſorũ,
deinde & aliorum hominũ. Tunc eñ (inquã) ueſtra ciuitas erit magna &
fortis, & principatum tenebit in ueritate, quòd hæc in præſentia illius ma
gnitudo ſuſpecta ſit, & planè periculoſa. Quanto enim (inquam) pluris
& iuſticia & fortitudo modeſtiaꝙ apud uos æſtimata fuerit, tanto mino-
ris erit argentum & aurum, eboreaꝙ uaſa & electrina & cryſtallina, &
Thyos & Hebenus, & mulierum mundus, atꝙ uariegationes iſtæ & tin-
cturæ: & omnia breuiter, quę nunc ſunt in ciuitate precioſa, adeptuꝙ dif-
ficilia: & paucioribus his indigebitis. Quum uerò ad uirtutis perueneri-
tis faſtigium, nullo horum indigebitis: uerùm etiam ædes minores melio-
resꝙ inhabitabitis, & nõ tantam aletis turbam ocioſorum mancipiorum,
& nulli rei utilium. Deniꝙ quod omnium eſt incredibiliſsimum, quanto
pietatis erga deos ſtudioſiores ſanctioresꝙ facti fueritis, tanto minus a-
pud uos thuris erit, & thymiamatum, ac ſertorum: & ſacrificabitis paucio
res uictimas, minoribusꝙ impendijs: & omnis multitudo quę nunc apud
uos alitur, multo erit minor: totaꝙ ciuitas quemadmodum nauis, releua-
ta ſurſum emerget, multoꝙ erit leuior atꝙ tutior. Hæc ipſa & Sibyllã inue
nietis, & Bacidẽ uobis diuinaſſe, qui quidẽ boni fuerũt fatidici, uatesꝙ.
Vt autem nunc pręſentia ſunt diſpoſita opum & multitudinis gratia, quę
omnia undiꝙ in unum hunc accumulata ſunt locum, delicijs dominanti-
bus atꝙ auaricia: ſimile eſt Achilis facto, qui rogum Patrocli exornauit
multis lignis, multisꝙ corporibus & ueſtimentis, pręterea & pinguedine
& oleo: deinde aduocauit uẽtos libaminibus, pollicitisꝙ ſacrificijs, ut ue
nirent, accenderentꝙ omnia atꝙ comburerent. Nam talia nõ minus natu-
raliter ſolent accendere hominum ſuperbiam, libidinemꝙ. Non tamen di
cebam, difficile fore illos erudiri: quando & alia (inquam) quum nullo
meliores eſſetis antea, quęcũꝙ uoluiſtis, facile didiceritis: nimirum artem
ſagittandi, & equitandi, atꝙ armaturæ.

Philoſophiæ ueræ profeſſor quanti faciendus.

Virtutis poſſeſſione cætera omnia uileſcere. *

Pietatis ſtudium. *

Sibylla. * *Bacides.*

DE SERVITVTE ET LIBERTATE *prior.* XIIII.

CONCVPISCVNT quidem homines eſſe liberi præ omni-
bus, dicũtꝙ libertatem maximum eſſe bonum, ſeruitutem
uerò rem turpiſsimam, infauſtiſsimamꝙ: hoc ipſum uerò,
quid ſit liberum eſſe, aut ſeruire, neſciunt. Quinetiam ni-
hil faciunt prorſus (ut breuiter dicam) quo turpem rem &
difficilẽ effugiãt, nempe ſeruitutem: & quod maximi pen
dunt, acquirant, nempe libertatem: ſed econtrariò ea faciunt, quibus qui
operam dant, perpetuò ſeruiant neceſſe eſt, & nunquam conſequi poſsunt
libertatem. Verùm tamen hoc fortaſſe non dignum eſt admirari, quòd ne-
que amplecti neꝙ uitare queant, quod non norunt. Nam ſi nõ nouiſſent
ouem & lupum, quod eſſet utrumꝙ horum, ut putarent alterum quidem
utile & bonum ad poſsidendum, alterum autem noxium & inutile: non
eſſet admirabile, ſi ouem metuerent, fugerentꝙ interdum lupum: lupum
uerò admitterent ac expectarent, ouem eſſe putantes. Ignorantia enim hu
iuſmodi efficere ſolet apud ignaros, compellitꝙ contraria fugere, & per-

Ignorãtiæ malum.

ſequi quæ uolũt, quæq́ exiſtimant utilia. Verũm age cõſideremus, quidnam uulgus de libertate & ſeruitute manifeſtè norit. Forſan enim fruſtra eos culpamus, quũ pꝛ cæteris iſta ſciant. Si quis igitur eos interrogaret, qd eſt liberum eſſe? diceret fortaſſe, nemini ſubiectum eſſe, ſed facere ſimpliciter quod ſibi uideatur. Hunc uerò reſpondentem, ſi quis interrogaret, ſi quis in choro ſaltator ſit, & non attendat præfecto chori, neque ſit illi dicto audiens, ſed canat & diſſonet, utcunque ſibi ueniat in mentem, an hoc putet eſſe honeſtum & liberale? contrarium uerò huic, ſi attendat, obediatq́ chori præfecto, & incipiat & deſinat canere, quum ille iubeat, an turpe ſit & ſeruile? non (opinor) confiteretur. Neque ſi quis interrogaret, ſi nauigans nihil curet de nauclero, neq́ faciat quæ ille dicat, an putet tale eſſe liberale? ueluti quum iubeat ſedere, ille ſtet in naui: ſi incidat ſibi, iuſſus haurire aliquando, aut contrahere uela, neque hauriat, neque funes attingat: neque hunc ſanè liberum diceret, neque imitatione dignum, quòd faciat quæ ſibi uideantur. Quinetiam neque milites eſſe ſeruos, dicere poſſet, propterea quòd duci obtemperent, & tum ſurgant quando ille pręcipit, cibumq́ capiant, & arma accipiant, aciemq́ inſtruant, & inuadant & recedant, non aliter quàm duce iubente. Neque decumbentes morbo, eo quòd medicis parent, dicent eſſe ſeruos: quanquam non in paruis, neque facilibus, illis obediunt, ſed interdum famemq́ ſitimq́ perferre præcipiunt. Et ſi quando medico uideantur ægrotum uinculis conſtringere, confeſtim conſtringetur: & ſi ſecare, aut urere, uretur & ſecabitur, quantum illi uidetur. Et ſi non obtemperet, omnes qui in domo ſunt, medico aſsiſtunt, non liberi ſolum, ſed frequenter etiam ægrotantis ſerui ipſi ligant herum, ignémque adferunt ut uratur, atque alia ſubminiſtrant. Non enim unquam neque Perſarum regem Dariũ poſsis dicere liberum, quando decidens ex equo in uenationibus, emoto talo obediuit medicis, trahentibus & torquentibus pedem, ut in rectum articulus ſtatum reformaretur, præſertim hominibus Aegyptijs. Neque rurſum Xerxem, quando recedens ex Græcia, & tempeſtate iactatus in naui, in omnibus obediuit gubernatori: & præter illius ſententiam, non permiſit ſibi ipſi neque annuere, neque locum mutare. Quamobrem, nequaquam nemini obedire, neque facere quod quis uelit, libertatem eſſe, amplius affirmauerim. Sed dicent fortaſſe, quod hi ſuæ utilitatis gratia obediunt: ut nauigantes gubernatori, & milites duci, & ægrotantes medico propterea auſcultant. Neque enim alia hi præcipiunt, quàm illis utilia. at heri non ea ſeruis præcipiunt, quæ illis conferant, ſed quæ ſibi putant commodo fore. Quid uerò tandem? Nunquid igitur utile eſt hero, ut ſeruus moriatur, aut ægrotet, aut prauus ſit? Nemo hoc dixerit, ſed contrarium potius, opinor: nempe ut uiuat, benéque ualeat, & ſit frugi. Hæc eadem autem apparent & ſeruo eſſe utilia. Itaque herus ſeruo non minus, ſi quidem habet mentem, utilia illi præcipiet: ea enim & ſibi ipſi uidentur utilitatem adferre. At enim, pro quo quis argentum expoſuit, is ex neceſsitate ſeruus eſt. An non multi pro multis etiam liberis expoſuerunt argentum: hi hoſtibus, illi latronibus precia dantes, pro redemptione? Quidam autem ſuum precium reſtituerunt dominis, & hi iam tum non ſunt illorum ſerui. Atqui, quem licet alteri uirgis cædere, & uincire atque occidere, & aliud quod uoluerit facere, hic illius ſeruus eſt. Quid ita? Non licet latronibus hæc facere, ijs quos ceperunt? Nihilo tamen minus ſerui ſunt. Quid uero? Iudicibus non licet punire uinculis & morte, & alia qua uideatur pœna, multos eorum qui accuſantur, qui tamen nullo pacto ſunt ſerui?

Vulgi de libertate & ſeruitute ſententia.

Quod

Quod ſi una illa die qua accuſantur, ſeruos eſſe quis dicat, ne hoc quidem
eſt. Etenim unam diem quis dicit quenquam fuiſſe ſeruum? Verùm, uno
ſermone res comprehendenda, & demonſtranda eſt: quòd, cui licet quod
uult facere, liber ſit: cui uerò non licet, ſeruus neque, de nauigantibus, ne-
que de ægrotantibus, neque de militantibus, neque de diſcentibus lite-
ras, aut cithara canere, aut luctari, aut aliam quamlibet artem, poſsis dice-
re. Neque enim his licet facere ut ipſi uolunt, ſed ut, & quæ nauclerus at-
que medicus præceptórque facit. Non igitur & alijs licet quæ uolunt fa-
cere: ſed ſi quis contra poſitas leges quid fecerit, mulctabitur. Proinde
quæcunque non interdicta ſunt legibus, neque præcepta, qui in his ipſe
poteſtatem faciendi habet ut uult, liber: eregionè qui non habet, ſeruus
eſt. Quid ita? Putásne licere tibi, quæcunque non interdicta quidem
ſunt à ſcriptis legibus, turpia autem alioqui uidentur hominibus, & ab-
ſurda, puta publicanum aut lenonem agere, aut alia ſimilia, facere? Non
hercle dicere poſſem, talia ne liberis quidem licere. nam & his propoſita
eſt mulcta: nempe odio haberi, & inuiſum eſſe hominibus. Quid uerò?
An immodeſtis hominibus quæcunque faciunt per intemperantiam, &
ſtultis quæcunque per dementiam, uel fortunas negligentibus aut cor-
pora, aut iniuſtè ac ingratè inter ſe agentibus, non omnia hæc facientibus
damnoſa ſunt? Aut enim in corpore, aut in ſubſtantia, aut quod maxi-
mum eſt, in anima ſua damnũ accipiunt. Hoc tu quidem uerè dicis. Pro-
inde neque hæc facere licet. Non ſanè. Breuiter autem, pernicioſa at-
què abſurda & inutilia non licere facere: iuſta uerò & utilia & bona, di-
cendum eſt, conuenire atq; licita eſſe? Mihi ſanè uidetur. Igitur, nemini
pernicioſa & inutilia facere, abſque mulcta eſt, neque Græco neque bar-
baro, neque pro quo quis precium dedit, argentúmque. Non ſanè. Con-
traria autem ſimiliter omnibus permittuntur: & qui permiſſa agunt, in-
demnes uitam degunt: qui uerò prohibita, damno mulctantur. Alij num
uidentur tibi agere quæ licet, quàm qui ea didicerunt: & alij contraria,
quàm qui ignorant? Nequaquam. Ergo prudentibus, quæcunque uo-
lunt facere, licent: contrà imprudentibus, quæ uolunt, non licent. Itaque
neceſſe eſt, prudentes & eſſe liberos, & licere illis facere ut uolunt: fatuos
autẽ & ſeruos eſſe, & quæ non licent illis, ea facere. Fortaſſe. Ergo & liber-
tatem dicere conuenit, eſſe ſciẽtiam rerum permiſſarum & prohibitarum:
at ſeruitutem, ignorantiam eorum quæ licent, & quæ non licent. Ex hoc
ſermone nihil prohibet, quominus & rex magnus, magnam tiaram ha-
bens ſuper caput, ſeruus ſit, & nihil liceat ei facere eorum quæ facit. om-
nia enim damnoſè & inutiliter faciet. Alius autem quiſpiam, qui ſeruus
uidetur & appellatur, nec ſemel, ſed ſæpius (ſi ita fortuna ferat) uenditus
ſit, & (ſi hoc contingat) compedes ualde craſſas habeat, magis ſit liber
quàm rex magnus. Mihi quidem uehementer uidetur abſurdum, ſi quis
compedes geſtans, aut ſtigmatis notatus, aut in piſtrino molens, magis
uideatur liber quàm magnus rex. Quid? fuiſtine unquam in Thracia?
Equidem fui. Vidiſti igitur illic mulieres liberas ſtigmatum plenas, &
tanto plura habentes, magisq; uaria ſtigmata, quanto honeſtiores, & ex
honeſtioribus ſunt natæ? Quid tandem iſtud? Quòd nihil prohibet, re-
ginam (ut ueriſimile eſt) ſtigmatis notatam eſſe, regem autem prohibe-
ri putas? An tu neque de illa gente audiuiſti, ubi rex in turri ualde excel-
ſa cuſtoditur, & non licet illi deſcendere de turri? Si uerò audiuiſti, non
credidiſti certè, quòd uinctus & circumuallatus rex eſſe poſsit. Et forſan
audiuiſti, illos homines admiratos fuiſſe, quum illis narraſti de rege Per

ſarum, nec tibi credidiſſe, quòd rex quidam ſit qui curru circumuehatur,
uadatq; quò uelit. At uinctum, non demonſtrabis regem eſſe poſſe. Inter
homines fortaſſe: quandoquidem rex deorum primus & antiquiſsimus
Saturnus rex uinctus eſt, ut aiunt, ſi credendum eſt Heſiodo & Homero, alijsq; ſapien-
uinctus. tibus uiris, qui de Saturno hæc dicunt. Et hercle non ab inimico iniuſtè
hæc patitur, ſed ab iuſtiſsimo chariſsimoq;, uidelicet ut regia atque illi uti
lia faciente. Sunt autem qui hoc ignorant, & nunquam putant mendi-
cum aut uinctum aut obſcurum hominem, poſſe fieri regem: tametſi au-
Vlyſſes. diant de Vlyſſe, quòd quum eſſet mendicus, & à procis peteret, nihilomi
nus rex fuerit, & ædium dominus: Antinous autem, & Eurymachus,
quos Homerus reges appellabat, miſeri & infortunati. Sed hæc (ut dixi)
Regũ inſignia. ignorant. Signa autem illis circumdant, tiaras & ſceptra, & diademata,
ne neſciantur eſſe reges: quemadmodum (puto) pecoribus characteres
imprimunt domini, ut cognoſci queant. Quapropter Perſarum rex, ut
ſolus quidem haberet rectam tiaram, curauit: & ſiquis alius hoc feciſſet,
confeſtim iuſsiſſet eum interfici: quòd non poſsibile ſit, neque utile, inter
tot hominum millia duos eſſe, qui tiaras gerant rectas. ut autem rectum
haberet animum, & nemo alius prudentia eum ſuperaret, nunquam illi
curæ fuit. Non ergo, ſicut illud regnum talia habuit ſigna, ita etiam nunc
oportet libertatis talia eſſe ſymbola, & ingredi pileum habentem in capi-
te: aut alioqui non poterimus liberum aut ſeruum dignoſcere.

DE SERVITVTE ET LIBERTATE posterior. XV.

ENIMVERO nuper ueni ad quoſdam diſceptantes de ſer
uitute & libertate, non coram iudicibus, neq; in foro, ſed
ſic fortè fortuna in ædibus: idq; per multum temporis. Et
aderant utrique uiro fautores non pauci. Antea enim de
alijs diſputauerant, ut mihi uidebatur: uictus autem in ſer
monibus alter, & hæſitans, ad conuicia ſe uertit (quem-
admodum hoc frequenter ſolet fieri) & obiecit alteri, quòd non eſſet li-
ber. Et ille ualde placidè ſubriſit, dixitq;: Vnde uerò licet ô bone cogno-
ſcere, qui ſit ſeruus, & quis liber? Inde mehercle, inquit. Scio enim meip-
ſum eſſe liberum, & hoſce omnes: tibi uerò libertatis nihil conuenire. Et
quidam qui aderant, riſerũt. Et ille nihil magis pudefactus eſt, ſed quem-
admodum galli gallinacei ex plaga excitantur, audacesq; fiunt, ita & ille
excitatus eſt, & audaciã ſumpſit ex conuicio: percontatusq; eſt, unde hoc
ſciret & de ſe & de ipſo. Quia (inquit) meum patrem ſcio eſſe Athenien
ſem, ut ſi quem alium: tuum autem ſeruum illius, dicens nomen. Et ille:
Quid ergo, inquit, iuxta hoc prohibet me in Cynoſargi perungi cum no
this, ſiquidem ex matre ſum libera? Fortaſsis autem & ex ciue matre na-
tus ſum, & ex patre ex quo tu dicis. An nõ multæ mulieres ciues ꝓpter ſo-
litudinẽ & paupertatem, partim ex hoſpitibus cõceprunt, partim ex ſer-
uis: & quædam hoc ignorantes, quædam autem etiam ſcientes? Et nullus
eſt ſeruus, ſed tantum non Athenienſis, ex his qui ita nati ſunt. At ego (in-
quit) & matrem tuã noui, conſeruam eſſe patri. Eſto (inquit) tuam autem
noſti? Omnino ſanè (inquit) & ciuem ex ciuibus prognatam, & dotem
magnam patri attuliſſe. An etiam haberes (ait alter) iuratus dicere, quòd
ex eo natus ſis, ex quo te illa dicit? Certè Telemachus noluit fortiter aſſe-
Penelope. uerare pro Penelope Icarij filia, ualde caſta habita muliere, quòd uerum di
ceret, Vlyſſem affirmans ipſius eſſe patrem. Tu autem non ſolum pro te,
uerùm

uerùm etiam pro tua matre, ſi quis iubeat, iuſiurandum præſtaturus uide-
ris fortaſſe: ſed & de ſerua quacunꝗ, ex quocunꝗ tandem conceperit, uti
de ea quam dicis matrem meam. Impoſsibile enim tibi uidetur, ex alio ui-
ro concepiſſe libero, aut etiam ex ſuo hero. Nónne multi Athenienſes
rem habẽt cum ſuis ancillis, quidam clanculò, quidam etiam manifeſtè?
Neꝗ enim unquam ſunt Hercule meliores omnes, qui neꝗ cum Iardani
ſerua rem habere dedignatus eſt, ex qua nati ſunt Sardienſium reges.
Præterea non uidetur tibi, (quod ueri ſimile eſt) Clytemneſtra Tyndari *Clytemneſtra*
quidem filia, coniunx autem Agamemnonis, non ſolum concubuiſſe cũ
Agamemnone ſuo marito: uerùm etiã eo peregrè abſente, cum Aegyſtho
rem habuiſſe? Et Aerope Atrei uxor, Thyeſtis amplexa eſſe conſuetudi- *Aerope.*
nem? Et aliæ multæ tam olim quàm nunc, illuſtrium & diuitum uirorum
uxores, cum alijs cõcubuiſſe, & pueros interdum ex illis ſuſtuliſſe? Quam
tu uerò dicis ancillam, ita prorſus diligenter fidem ſuo ſeruaſſe putas ma-
rito, ut cum altero non concubuerit? Inſuper autem & de te ipſo, & de me
cõfirmas, quòd uterꝗ noſtrùm illius eſt matris, quæ et exiſtimata & dicta
ſit mater. Atqui multos Athenienſiũ poſſes dicere, eosꝗ ualde notos, quos
tandem compertum erat non ſolum non patris, ſed neꝗ matris fuiſſe, cu-
ius dicebantur: ſed ſuppoſititios, alicunde educatos. Et hæc tu nonnun-
quam uides oſtenſa dictaꝗ à Comœdiarum ſcriptoribus, & in Tragœ-
dijs: & tamen nihil minus fortiter affirmas & de te & de me, quaſi optimè
ſciens quomodo nati ſimus, & ex quibus. Neſcis (inquit) quod lex *Calumniæ*
dat actionem aduerſus eum, qui quem conuicijs inceſſerit, nec ualeat de- *pœna.*
monſtrare manifeſtè quicquàm eorum quæ dicit? Et ille: Scio (inquit)
quod liberæ mulieres ſupponunt ſibi ſæpe propter prolis carentiam, quũ
non poſſunt ipſæ concipere, uolens unaquæque retinere ſuum maritum
& domum: & pariter non illis deeſt, unde pueros alant. Seruas uerò
econtrariò, has quidem ante partum, fœtus corrumpere: illas autem po-
ſtea, quando factum abſcondere poſſunt: propterea & uiris conſcijs, ut ne
plura negocia habeant coactæ pueros alere, ad ſeruitutem. Ita hercle (in-
quit) at præter opinionem Pandionis nothi pueri. Illius enim paſtor qui *Pandionis no-*
erat in Eleutheris, & paſtoris uxor, nõ ſolum non expoſuerũt ex ipſis ge *thi.*
nitos, uerùm etiam alienos in uia repertos pueros, neſciẽtes cuius eſſent,
ſuſtulerunt, alueruntꝗ tanquam proprios: neꝗ unquam poſtea ſponte
confeſsi ſunt, quòd alieni eſſent. Tu uerò fortaſſe & Zethum & Am- *Zethus.*
phionem cõuicijs impetijſſes ante quàm innoteſcerent, & deiectaſſe de Io- *Amphion.*
uis filijs tanquam de ſeruis? Et ille ridens ualde ironicôs, Tragœdos (in-
quit) uocas ad perhibendum teſtimonium. At quibus (inquit) credunt
Græci. Quos enim illi demõſtrant eſſe Heroas, illis parui parentãt ut He-
roibus, & monumenta illis heroica uideas ædificata. Verumtàmen cogi-
ta, ſi uis, & Phrygiam Priami ancillam, quæ Alexãdrum in Ida nutriuit ut *Alexander*
ſuum filium, acceptum à uiro paſtore, & pueri educationem non diffi- *Priami.*
culter tulit. Telephum autem Auges & Herculis filium, non à muliere, *Telephus.*
ſed à cerua alitum eſſe dicunt. An uidetur tibi cerua magis miſerari infan
tem, & cupere nutrire, quàm homo, ſi fortè præſtò ſit? ago dic quæſo pro-
pter deos? Quod ſi tandem & aſſentiar tibi, illos eſſe meos parentes,
quos tu dicis, unde ſcis de illorum ſeruitute? An etiam illorum paren-
tes nouiſti manifeſtè, & paratus es de utroque iuſiurandum dare, quòd
ex ambobus ſeruis natus ſit uterque, & præterea illorum maiores, &
ab initio omnes? Manifeſtum enim, quòd ſi unus quilibet ex gene-
re liber fuerit, non iam fieri poteſt ut ex illis deinde nati rectè ſerui exiſti-

mentur. Hoc autem fieri non poteſt, ô bone, ut ab omni (ut aiunt) æuo aliquod ſit hominum genus, in quo non innumerabiles liberi ſint procreati, nec pauciores qui ſeruitutem ſeruierint, & (per Iouem) tyranni, & reges, & uincti, & ſtigmatis notati, & caupones & ſutores, aliarumq́ quæcunq́ inter homines ſunt conditionum fuerint, omniaq́ opera, omnes uiuendi conditiones, omnes fortunas atq́ calamitates uicisſim ſint experti. An ignoras quòd huius gratia heroum generationes ſtatim in deos referant poetæ, ita ut non amplius examinetur perſona? Et plurimos quidem illorum ex Ioue dicunt eſſe natos, ne ipſis & reges & urbium conditores, clararumq́ autores familiarum in ea inciderent, quæ uidentur apud homines eſſe probroſa. Quare ſi ita habent res hominum, ut nos aliiq́ nobis ſapientiores dicunt, nihil magis ad te pertinet libertas iuxta genus, quàm ad quemlibet eorum qui nimis exiſtimantur ſerui. Quod ſi non & tu præueneris, referens ſurſum ad Iouem, aut ad Neptunum, aut ad Apollinem tuos maiores, non eſt quod mihi obiicere queas de ſeruitute. Igitur (inquit) quod ad genus & maiores attinet, omittamus: quandoquidē ita tibi, certò expendi nō poſſe, uidetur. Fortaſſe enim appareres prognatus quemadmodū Zethus & Amphion, & Alexāder Priami filius. At re quidem ipſum omnes nouimus ſeruiuiſſe ſeruitutē. Quid aūt? inquit. An uidentur tibi omnes qui ſeruiūt, ſerui? An nō multi illorū, quū ſint liberi, iniuſtè ſeruiunt, quorū iam quidā corā iudicibus ſeſe liberos eſſe demonſtrarunt? Quidā uerò ſuſtinēt uſq́ ad omne tēpus, nō habētes unde manifeſtè probēt de libertate, aut quibus difficiles ſunt præſumpti heri. deinde age, nōne Eumæus Cteſii Ormenidæ, hominis planè liberi & diuitis, filius, ſeruiuit in Ithaca apud Vlyſſem & Laertē: quūq́ illi liceret, ſępenumero domum abnauigare, ſi uellet, nunq́ uoluit? Quid uerò? multi Athenienſes capti in Sicilia, nònne ſeruierūt in Sicilia & Peloponneſo, quū eſſent liberi? Et in aliis multis præliis qui capti ſunt, partim tēpus quoddā, dū inuenirent redēptores, partim uſq́ in omne tēpus ſeruierūt? Quando etiā Callię filius, ſeruiuiſſe uiſus eſt in Thracia poſt cladē quā in pugna Athenienſes acceperant circa Acanthon: ut et poſtea effugiēs rediensq́ poſtliminio diſceptauit de Callię hęreditate, et multū exhibuit negotii cognatis? Ille quidem (opinor) mendaciis uſus eſt. Nō enim filius, ſed equiſo Calliæ fuit: aſpectu uerò perſimilis Callię adoleſcētis, qui in pugna mortuus erat, prætetea & Gręcā linguā accuratè et literas nouerat. Quin aliis etiā ſexcentis hoc euenit: quoniā & ex his qui hìc in pręſentia ſeruiunt, nō deſpero multos eſſe liberos. Nō enim, ſi Athenienſiū aliquis captus in bello, in Perſas abductus ſit, aut per Iouē, ſi in Thraciā aut Siciliā ductus uenūdatur, dicemus ſeruire, quū ſit liber: ſin uerò Thracum quiſpiā, aut Perſarum, nō modò ex liberis illic natus, huc ductus, ſed & primatis cuiuſdam aut regis filius, non confitebimur liberum eſſe. Neſcis Athenienſium legem, quæ & apud alios multos eſt, quæ ſeruum effectum eiicit è ciuium numero? Callię uerò filium, ſiquidem uerè ex captiuitate ſaluatus eſt, rediitq́ è Thracia, poſtquā multos illic annos fuiſſet, & ſæpius flagris eſſet cæſus, nemo unquam eiecit è ciuium numero. Quare & lex non ait factos eſſe ſeruos, qui iniuria in ſeruitutem ſunt redacti. Quid aūt, propter deos, ſcis me feciſſe, aut paſſum, unde me ſeruitutem ſeruiuiſſe noris? Nempe (inquit) te ſcio alitum ab hero, & illius fuiſſe pediſſequū, & feciſſe quicquid ille præceperat: ſin minus, uapulaſſe. Ita tu quidē (inquit) & filios patrū ſeruos eſſe demonſtras. Quippe ſequuntur multos ex pauperibus, ſimulq́ in gymnaſiū uadunt, & ad cœnā, & alunt̄ omnes à patribus, & cædūtur ab illis ſæpe, & ſunt dicto audiētes, quodcūq́ illi eis p̄ceperint. Quin etiā ꝓpter obedientiam, uer-

Heroum generatio cur ad deos referri ſoleat.

An omnes qui ſeruiūt ſerui, & an hi ſolū?

Eumæus.

Lege Athenienſium ſerui è ciuium numero excluſi.

am, uerberumꝗ paſsionem, & literatorum ſeruos eos eſſe dices qui di-
ſcunt, & pædotribas diſcipulorum eſſe dominos, aut alios aliud quid do-
centes. Nam & præcipiunt illis, & percutiunt non obedientes. Ita per lo-
uem (inquit.) at non eſt pædotribis & alijs doctoribus diſcipulos ligandi
poteſtas, neꝗ uendendi, neque in piſtrinum conijciendi: at heris uerò
omnia hæc permiſſa ſunt. Fortaſſe enim ignoras (inquit) quòd apud mul *
tos, & ualde legitimè inſtitutos, hęc quæ dicis, patribus licita ſunt circa fi-
lios, & uincire quum uoluerint, & alienare, & ꝗd his immitius eſt: permit-
titur enim illius occidere, licet neminem occiderint, nec ullius planè cri-
minis ſint accuſati: attamen nihilo magis patrum ſunt ſerui, ſed filij. De-
niꝗ ſi maximè ſeruiui, & ſerui à principio iure facti ſunt, quid nunc me
(inquit) prohibet, quo minus liber ſim, ꝙ quiſꝗ? Tu uerò econtrariò, etſi
ualde ex liberis oriũdus es, quid obſtat, quo minus ſeruus ſis, quàm quiſ-
quam? Ego ſanè (inquit) non uideo, quomodo liber quum ſim, ſeruus fi-
am: tu autem liber fieri potes, ſi te herus manu miſerit. Quid ita ô bone?
(inquit.) An nemo poteſt fieri liber, niſi ab hero manu emiſſus? Quomo- *
do enim? inquit. Eo modo (inquit alter) quo Athenienſes decreto ſan-
xerunt poſt pugnam in Chæronæa, omnes ſeruos qui militauerant unà, li
beros eſſe. Et ſi bellum diutius protractũ eſſet, neꝗ Philippus ocyus cum
illis bellum compoſuiſſet, multi Athenis ſerui, & propemodũ omnes in li
bertatem ueniſſent, non quiſꝗ ab hero ſuo manu miſsi. Eſto hoc ſanè (in-
quit) ſi te publicè ciuitas liberum eſſe iuſſerit) Quid uero? meipſum (in-
quit) non uideor tibi in libertatem aſſerere poſſe? Si quidem argentum
(inquit) alicunde ſoluas hero. Non (inquit) hoc dico modo: ſed, eo quo
Cyrus non modò ſeipſum, ſed omnes Perſas uindicauit in libertatem, tan-
tam multitudinem, neꝗ argentum cuiquam ſoluens, neꝗ ab hero manu
miſſus. An neſcis, quòd lucernarũ opifex fuerit Cyrus Aſtyagis filius: & *Cyrus Aſtyagis F. lucernarum opifex.* *
quando potuit, ſibiꝗ uiſum fuit, liber ſimul & rex factus eſt totius Aſiæ?
Eſto (inquit) Me autem (inquit) quomodo dicis ſeruũ eſſe natum, quan-
do plurimi nonnunquam tradant ſemetipſos, quũ ſint liberi, in ſeruitu-
tem, ſecundum ſyngrapham interdum, ſuper nulla re mediocri, ſed ſuper
omnibus difficillimis? Hactenus quidem attenderunt ſermonibus qui
aderant, quaſi non ſeriò dictis magis, quàm ioco. Poſtea uerò contende-
bant, & uidebatur illis abſurdum, ſi nullum poſſet dici ſignum, quo quis
abſque ambiguitate dijudicet ſeruum à libero, ſed facilè queat dubitari &
contradici de omnibus. Relicta igitur conſideratione de illo, deꝗ illius
ſeruitute, conſiderabant, quiſnam eſſet ſeruus: & uidebatur illis, quòd
qui propriè poſsideretur ab hero, ut aliud quid ſuarum rerum, aut peco-
rum, ut hero liceat eo uti quamcũꝗ ad rem uellet, cum rectè & dici & eſſe *Seruus propriè quis.*
ſeruum poſsidentis. Rurſum autem dubitabat is qui de ſeruitute contra-
dixerat, quidnam tandem eſſet proprium poſſeſsionis. Etenim domum et
prædium & equum & bouem, multos iam uiſos poſsidere multo tempo-
re, non iuſtè acquiſita, interdũ etiam à patribus accepta: ita etiam fieri poſ-
ſe, ut & homo iniuſtè poſsideatur. Et iã ſanè & ſeruos haberi inter res poſ-
ſeſſas, quemadmodum & alia uniuerſa. Et hi quidem aliter acquirunt: aut *Poſſeßionis uarij modi.* *
ex commodato, aut ex hæreditate, aut empto: quidã uerò à principio eos
poſsident qui apud ſe nati ſunt, quos appellant uernas. Tertius aũt poſ-
ſeſsionis modus, ſi quis quẽ in bello captũ, aut latrocinio nactũ, hoc mo
do detineat, redactum in ſeruitutem. Qui modus opinor omnium eſt an-
tiquiſsimus. Nam qui primi facti ſunt ſerui, non uериſimile eſt ex ſeruis na
tos à principio, ſed ex latrocinijs & bello captos, atꝗ ſic coactos eſſe ſerui

re capientibus. Proinde hic antiquiſsimus modus eſt, ex quo cæteri omnes pendent, ualde infirmus, & nihil roboris habẽs. Quando enim cuncꝗ illi potuerint aufugere, nihil prohibet eos eſſe liberos, ut qui iniuſtè in ſeruitutem redacti ſint: itaꝗ neꝗ prius unquam ſerui erant. Nonnunquam uerò non ipſi ſolum effugerunt ſeruitutem, uerùm etiam heros in ſeruitutem redegerunt. Et hîc iam teſta (aiunt) cadente, omnia contraria fiunt prioribus. Dixit ergo quidam ex his qui aderãt, quòd illi quidem ipſi fortaſſe non dici poſſent ſerui: ijs uerò, qui ex illis naſcerentur & ſecundis & tertijs, propriè iã illud nomẽ conueniret. Et quomodo? (inquit). Si enim eo quòd capti ſunt, coguntur ſeruire, captis magis conueniret, quàm ex illis prognatis. Sin uerò eo quòd nati ſunt ex ſeruis, uidelicet qui ex liberis ſunt capti, eorum poſteri nõ utiꝗ eſſent ſerui. Etenim uidemus Meſſenios illos, poſt multos annos non ſolum libertatem, ſed & regionem ſuam recepiſſe. Poſtquã enim Lacedæmonij in Leuctris uicti ſunt à Thebanis, ducto Thebani exercitu in Peloponneſum, cum auxilijs, coegerunt Lacedæmonios & regionem Meſſenorum reddere, & quotquot ex Meſſenijs nati ſeruiebant. Prius enim Lacedemonij, eos qui appellant Eilotæ, collocauerant rurſus in Meſſenam. Et hæc nemo ait Thebanos iniuſtè feciſſe, ſed honeſtiſsimè, iuſteꝗ. Ergo ſi quidem hic poſsidendi modus non eſt iuſtus, ex quo omnes reliqui habent originem: periclitantur & alij omnes, ut non ſint iuſti, utꝗ ſeruus nullus reuera & iuxta ueritatem dicatur. At non ita à principio dictus eſt ille eſſe ſeruus, pro quo quis argentũ ſoluiſſet, aut qui ex ſeruis appellatis eſſet natus, quemadmodum multi exiſtimant: ſed multo magis, quemadmodum dicitur liberalis & ſeruilis. Inter eos enim qui ſerui dicuntur, multos confitebimur eſſe liberales: & inter liberos, multos eſſe ſeruiles. Præterea, quemadmodum generoſos & nobiles eos à principio nominauerunt, qui bene nati eſſent ad uirtutem: neque curioſè ſunt ſcrutati, ex quibus nam eſſent. Poſtea autem, qui erant ex ualde diuitibus ſpectabilibusꝗ geniti, à quibuſdam nobiles ſunt uocati. Huius uerò hoc manifeſtiſsimum ſignum eſt. In gallis enim gallinaceis, & equis, canibusꝗ manſit nomen, quemadmodum erat in hominibus quoꝗ antiquitùs. Quicunꝗ enim ſpectat animoſum & ſuperbum & ad curſum bene ualentem equum, non interrogans an pater eius ſit ex Arcadia, an ex Media, an ex Theſſalia, iudicat generoſum eſſe equum. Similiter quoꝗ, qui canum habet experientiam, ſi canem uidet uelocem & promptam & ſagacem circa ueſtigia, nihil requirit præterea, utrum ſit nata in Caria, an Lacedæmone, an aliunde uſquam, ſed dicit generoſam eſſe canem. Idipſum etiam fit in gallis, atꝗ alijs animantibus. Igitur patet, quòd & in hominibus ita fieri debeat, ut qui bene natus ſit ad uirtutem, eum generoſum appellare conueniat, tametſi nemo norit parentes eius, neꝗ maiores. Atqui fieri non poteſt, ut quis ſit generoſus, ut idem non etiam ſit nobilis: neꝗ ut quis ſit nobilis, ut non idem quoꝗ ſit liber. Quare ignobilem omnem neceſſe eſt ſeruum eſſe. Et ſi quidem moris eſſet ſeruitutem libertatemꝗ etiam circa equos dici, & gallos atꝗ canes, non utiꝗ alios quidem generoſos eſſe diceremus, alios autem liberos: neꝗ alios quidẽ ſeruos, alios autem ignobiles. Similiter autem & circa homines, haud par eſt alios quidem dicere generoſos et nobiles, alios autẽ liberos, ſed eoſdem: neque alios quidem ignobiles & abiectos, alios autem ſeruos. Atꝗ ita demum hic demonſtrat ſermo, quòd non Philoſophi nomina transferant, ſed uulgus fatuorum hominum, propter imperitiam.

Meſſenij à Thebanis in libertatem uindicati.

Eilotæ.

Generoſi & nobiles qui.

DE AEGRI-

DE AEGRITVDINE. XVI.

QVod multi quidem à uoluptate deuincũtur, in cauſa forſitan eſt, quòd deliniti & incantati, apud eam manent: ægritudini uerò ſuccumbere, omnino ratione caret, & admirabile eſt. Luctu etenim repleti, tortiꝗ difficilimo omnium tormento, in eo manemus: & rationem, quæ nos liberos facere queat, nosꝗ abſoluat à doloribus, nõ admittimus. At uerò quid tandem abiectius homine ægritudine affecto, & quod aliud turpius ſpectaculum? Etenim & corporis opinor craſsitudinem contrahit, & tetricũ aſpectuꝗ inamœnum reddit. Non ſolum uerò cedere huic animi corruptioni, uerùm alias etiã quaſdam extrinſecus ſtudioſè comparare, ut nigrum amictum, & manuum cõplicationes, & humiles cathedras, quo ab his omnibus quodammodo animus compellatur nunquam ægritudine deſiſtere, ſed ſemper recordari atque ægritudinè affici, certum habentes, quaſi nulla futura ſit liberatio huius, niſi ſemper omnino aliqua perturbationis cauſa appareat, nónne uehementer ſtolidum eſt? Et cauſam ſanè præſtat, aut neceſſarij cuiuſdam mors, aut familiarium cuiuſdam morbus, aut ſuus cuiuſꝗ: ad hæc, ignominia, pecuniarum amiſsio, & rerum neceſſariarum penuria, aut nimia negociorum diſtractio, & periculum, & mille alia quæ in uita contingere ſolent: & propemodum neceſſum eſt, horum ſemper aliquid adeſſe. Déniꝗ, etſi ſciatur tempus, quo nihil occurrat difficile: attamen illius expectatio ſciẽtiaꝗ, accidere poſſe, affliget animum eorum qui ita ſunt affecti. Non igitur horum ſingulis afferenda eſt conſolatio (hoc enim effici nequit, & moleſtiarum plena eſt uita) ſed prorſus hæc affectio ex animo eximenda eſt: atꝗ hoc firmiter iudicandum, quòd uiro prudenti nullam ob rem ægritudo admittenda ſit: unde cætera liberè uiuere licebit, nihilꝗ rerum grauiũ reformidabit. Nihil enim omnium graue eſt: ſed ob opinionem, noſtrãꝗ imbecillitatem tale fit. Quare multi, ſi quid accidit quod abſurdum exiſtimatur, ſemper eius recordantur, quum grauis ſit memoria perinde affecti; ut pueri Nam & illi ignem tangere cupiunt: & licet uehementer doleant ex tactu, tamen iterum tangunt. Quemadmodum igitur in bellum exeuntibus nulla eſt utilitas, ſi nudi ad hoſtes accedant, & poſtea telorum uolantium unumquodꝗ declinare uelint (non enim fieri poteſt, ut omnia uitentur) opus eſt autem thorace ſolido, & alia omni armatura, ut etſi telũ aliquod incidat, non penetrare poſsit: Eo modo & ijs qui in hanc uitã procedunt, poſsibile non eſt ut omnia declinent & euitent, utꝗ à nullo feriãtur eorũ quæ ſexcenta in unumquemꝗ iaculatur fortuna: ſed opus eſt animo firmo, & maximè impenetrabili, nulliꝗ cedente, aut certè haud facilè quiꝗ non qualibet à re uulneretur, quandoquidem neceſſe eſt pungi, & plurima accipere uulnera. Etenim qui pedes habent teneros, & penitus nõ atritos, deinde nudis incedant, nunquam talem inuenient uiam, ut nõ pũgantur, doleantꝗ, quin & leuia illis erunt moleſta: exercitatis uerò, ne aſperrima quidem uia difficilis eſt. Quum tot igitur dura ſint, quæ & corpori noſtro poſsint accidere, quid tandem expectandũ eſt? Aut quomodo fieri poteſt, ut is qui unumquodꝗ horũ ſentiat, facileꝗ ſuccumbat, non omnium ſit infeliciſsimus, deos ſemper orans ut ne hoc, ut ne illud accidat? Quemadmodum ſi quis in pluuia uadat, & nullum habeat uelamen, ſed ſolummodo optet, ut ſingulas guttas poſsit effugere. at uerò longè guttis continentiora ſunt, quæ fortuna immittit, moleſta. An non per Iouem fatuus fuerit, qui nauigans non attendat ad clauũ, neꝗ fluctum irruentẽ for

Aegritudine affecto homine nihil abiectius.

Aegritudinis cauſe.

Viro prudenti nullam ob rem admittenda ægritudo.

Simile.

titer excipiat,ſed precetur,ut nullæ undæ nauem tundant? Age igitur ô I-nanis,etiãſi omnia tibi alia pro uoto ſuccedant:at quam tandẽ habes in diẽ ſequentẽ uiuẽdi fiduciã,ut non inter omnia quæ bona exiſtimãtur, ſtatim auferaris? Proinde de hoc primò te conuenit mœſtum eſſe,& rei metuere

Vitæ tempus omne incertum. incertitudinẽ. Si uerò illud conſideraueris,quòd nullum ſit omnino certũ uitæ tẽpus,ſed omnes beati,quiq; nimis felices ſunt habiti, defuncti ſint: & tibi iam adſit ille uitæ terminus,etiamſi diutiſsimè uiuas:magnas putabis eſſe nugas,magnamq; ſtoliditatem,exiſtimare quicquam ex uniuerſis quæ fiũt,graue eſſe,aut magnũ, aut admirabile,præter unũ,quod mœſticię & timori atq; huiuſmodi affectionibus non eſt ſubiectum. Vnam trãſegiſ-

Iaſon. ſe diem Iaſonem ferunt,uirtute quadã uſum accepta à Medea,deinde(opinor)neq; à dracone neq; à tauris ignem efflãtibus quicquã paſſus eſt. Hæc

Medea. igitur uirtus acquirenda eſt,aq; Medea,hoc eſt à prudentia accipienda, ut in poſterum omnia contemnãtur. Quam ſi non habuerimus, omnia nobis ignis erunt,& peruigiles dracones. Proinde unuſquiſq; mœſtorũ,id quod ſibi accidit,ait eſſe atrociſsimum, maximeq; dignum mœſticia. Etenim & unuſquiſq; portãtium,ſuum onus ait eſſe grauiſsimum. Eſt hoc aũt infirmi & mali corporis. Ipſum enim quum alius fortior acceperit,facile feret.

DE AVARICIA. XVII.

VLgares quidem homines de ijs dicẽdum putant,de quib. unuſquiſq; non uerã habet opinionẽ,ut de reb. antea ignoratis audiẽtes diſcãt: de notis uerò, omnibuſq; ſimiliter apparentibus,ſuperfluũ eſſe quicq; docere. Ego ſanè ſi uiderem uos in ijs quæ recta eſſe cenſemus, permanere, nihilq; facere quod ratiõi cõfirmatæ aduerſet, neq; ipſe putaſſem neceſſariũ eſſe loqui de reb. perſpicuis. Quoniã aũt non à bonorũ & malorũ ignorantia adeò uos uideo perturbari , quantũ ab eo q; non reputationib. de his obtemperatis,neq; ſequimini eas quas ipſi habemus opiniones:magnã me arbitror utilitatẽ allaturum,ſi eas continuè uobis in animum reuocem,ſermoneq; adhorter ut obediatis,factoq; conſer-

Eiuſdem rei crebra admonitio, eiuſq; uſus. uetis officium. Quemadmodum enim(opinor) & medicos & naucleros uidemus ſæpius eadẽ præcipere,non eo quòd non primùm audiuerint quib. iubent,ſed quòd eos negligere,animũq; non attendere uideant: ita & in uita utile eſt,ſæpe eiſdem de rebus dicere,quod multi quidẽ ſciant quid conueniat,ſed non faciant. Non enim finis eſt neq; ægrotantib. ſcire quid ſibi proſit,ſed eo(opinor)uti,hoc enim illis ſanitatẽ præſtat:neq; alijs, diſcere fructuoſa & nociua ad uitam,ſed non aberrare in horum electione. Sicuti enim uidere licet,quòd qui ex oculis laborant , ſciant quidem ſe ſentire moleſtiam ſi manus oculis admoueant, non uelint tamen abſtinere : ſimili modo & in alijs accidit negocijs,ut multi quidem & clarè ſciant quòd non proſit quid facere,nihilominus incidant in illud. Quis enim neſcit,incontinentiam magnum eſſe malum,habentibus? Sed tamen quàmplurimos inuenias incontinentes. Et per Iouem,ſegniciem omnes ſciunt non ſolum non poſſe uitę acquirere neceſſaria,uerùm etiã acquiſita diſperdere:tamen reuera plures inuenire eſt ſegnes,quàm qui aliquid operis facere uelint.

* Vnde conuenit(opinor)ut qui rectius ſentiũt,ſemper & aſsiduè de his dicãt,ſi quomodo fiat ut homines cõuertanẽ,cõpellanturq; ad meliora. Quẽadmodum enim in myſterijs ſacerdos non ſemel tantũ prædicat ijs qui initiantur unũquodq; eorũ quæ oportet:eo modo & ſermones de utilib. reb. tanquam ſacrã prædicationem,conducit frequenter,immò ſemper haberi.

Corporum

Corporum partes inflammatæ, ſanè non ſtatim cedunt ad primam aſperſionem, ſed ſi quis continenter faciat, molliūtur, & melius habent: ſimiliter ergo & illam in multorū animis inflammationem ſi quis mitigare queat, aſsiduis uſus ſermonibus, rem gratam fecerit. Dico uerò & de auaricia, quòd omnes quidem ſciant eam non eſſe utilem, neq; honeſtā, ſed multorū malorum cauſam: haud tamen abſtineāt ab ea, neq; quiſquā uelit hominū æquali cum proximo contentus eſſe. Atqui ſegniciem & incontinentiam, uniuerſaq; breuiter alia uicia, inuenias quidem ipſis habentibus noxia: & iure, qui horum aliquo tenentur, admonitioni ſubiacent, & cōdemnationi: non tamen ſunt inuiſi, neq; ut communes omnium hoſtes reputātur. Auaricia uerò maximum eſt ipſi unicuiq; malum: affligit autē & proximos. & auari nemo miſeretur unquam, neque docere dignatur: ſed omnes eum deſignant, hoſtemq; exiſtimant. Illorum autem quiſque ſi uult huius magnitudinem prauitatis cognoſcere, cogitet quomodo ipſe ſit affectus erga plura appetentes. ſic enim facilè cōijciet, quomodo alij omnes erga ipſum poſsint eſſe affecti, ſi talis fuerit. Sanè Euripides, nullo poetarum gloria inferior, Iocaſtam inducit dicentem ad Eteoclem, admonentemq;, deſiſtat ab habendi plura quàm frater habeat cupiditate, his uerbis: *Auaritia maximum malum.* *In Phœniſ.*

Cur peſſimam ô fili dearum amplecteris
Cupiditatem? Ah abſtine, haud ſit tuum hoc,
Aequi nihil dea illa curat, & boni,
In ciuitates quæ, domosq; plurimas
Subijt, & exijt in malum colentibus.
Hanc deperis tu. Melius, ô fili, eſt ſequi
Aequalitatem, amiculos quæ amiculis,
Et ciuitates ritè ciuitatibus,
Sociosq; ſocijs aſſolet connectere
Semper. Homines æqualitatem enim probant:
Semperq; quod plus eſt, cum eo quod eſt minus,
Bellum gerit, quotidieq; exordia
Præbet inimicitiarum. —

Appoſui aūt ordine ſenarios. Bene dictis enim uti noſſe, hominis eſt mēte prediti. In his ergo omnia inſunt, quę ſolēt ex auaricia euenire. & primū, quòd neq; priuatim neq; publicè proſit: uerùm econtrariò, & domorum & ciuitatum felicitatē euertat & corrūpat. Et rurſus, quòd lex hominib. præcipiat æqualitatē colere. & præterea, quòd illud communem amicitiam pacemq; omnibus inter ipſos conciliet: diſsidia autem, ciuileſq; contentiones & externa bella ex nulla alia re accidant, quàm propter plura habendi cupiditatem, ex qua unuſquiſq; & rebus ſufficientibus priuatur. Et quid tandem magis neceſſarium eſt, quàm uiuere? aut quid pluris faciunt omnes, quàm uitam? Attamen & hanc perdunt, propter pecuniarum cupiditatem. Alij autem ſuas ipſorum patrias fecerunt deuaſtari. Poſt hæc igitur ille poeta, non eſſe ait in diuinis auariciam: & ideo ea incorruptibilia & ſenectutis expertia permanere, conuenientem ſibi unumquodq; ordinem conſeruantia, & noctem & diem & horas. Nam ſi ita non agerent, nihil illorum poſſe conſiſtere. Quando ergo diuinis auaricia inducit corruptionem, quid oportet exiſtimare humana perpeti ab hoc morbo? Pulchrè autem meminit & menſurarum & ponderum, ut rei iuſtæ, & ad hoc inuentæ, ut plura quàm alter habeat, appetere debeat nemo. Heſiodus autem dimidium dicit eſſe plus toto, auariciæ (opinor) damna & detri- *Dimidium plus toto.*

menta perpendens. Quis enim unquã aut rex aut dynaſta, aut populus, cõ natus iuſtam menſuram tranſgredi, & plura appetere, non omnem præſentem felicitatem perdidit, magnis'que & difficilibus afflictus eſt calamitatibus, omnibus poſteris clara exempla inhumanitatis & prauitatis de relinquens? Aut quis fuit, paucioribus uolens eſſe contentus, iacturam que uiſam facile perferre, qui non copioſiora quàm alij poſſederit, ultro ipſi & abſque labore accedentia, plurimum'que temporis felicitatem retinuerit, tutiſsime'que uſus ſit bonis à fortuna datis? Statim igitur Iocaſtæ filij, non' nequando diſſederunt ob plura habendi cupiditatem, & hic quidem ſolus regnare uolens, alter autem omnino quærens principatus habere partem, cum fratres eſſent, ſe mutuò interfecerunt, magnorumq́ extiterunt cauſa malorum militiæ conſortibus utrique? his quidem qui bellum intulerant, confeſtim perditis, alijs autem repellentibus paulo pòſt uictis, quòd mortuos non ſinebant ſepeliri? Quin etiam propter unius uiri auariciam, qui Helenam & Menelai rapuerat opes, maximæ in Aſia ciuitatis habitatores perierunt cum pueris & uxoribus, & unius ſuſceptæ mulieris paucarum'que opum tantam luerunt pœnam. At Xerxes, alterius continentis dominus, poſtquam etiam Græciam concupiuerat, & tantam claſſem & hominum myriades congregans adduxerat in Græciam, omnem turpiter perdidit exercitum, uix'que ſuum ipſius corpus fugiens ſaluare ualuit. Et poſt hæc quum uaſtaretur regio, ciuitates'que maritimæ, coactus eſt ferre. Quin & Polycratem aiunt, donec Sami unius tenuit imperium, feliciſsimum omnium fuiſſe. Quum uellet autem & rebus tranſmarinis ſe immiſcere, nauigaſſet'que ad Orontem, ut pecunias acciperet, nec facilem mortem nactus eſt, ſed in crucem actus à barbaro, perijt. Hæc quidem, ut nobis ſint exemplo, partim ex antiquis ualde & inſignibus factis, partim ex poetarum narrationibus, aliorum'que ſcriptorum attuli: Operæprecium uerò eſt, & Deum animaduertere, quomodo & ille ſoleat auaros punire, Lacedæmonijs enim interrogantibus, an ipſis daret Arcadiam: non ſolum negauit, ſed & inſatiabilitatem exprobrauit, ſic dicens:

Polynices & Eteocles. *Alexander Priami.* *Xerxes.* *Polycrates.* *Auaritia etiã oraculo taxata.*

Arcadiam petis à me, rem magnam, haud dedero unquàm.

Quin etiam pœnam impoſuit illis, prædicens quid eſſet futurum: ita tamen, ut ne illi intelligerent, bellum'que inferrent Tegeatis, in'que notiſsimas omnibus calamitates inciderent. Atqui manifeſtè Arcadiam illis negans, neque Tegeam dederat. Etenim hoc oppidum Arcadiæ & forte & maximum erat. Attamen propter auariciam neque aures habent permulti homines, neque intelligunt ea quæ dicuntur. Rurſum Athenienſibus interrogantibus de Sicilia inſula, reſpondit, copulare eos debere ciuitati Siciliã. tumulus uerò quidam ita appellabatur prope ciuitatem. Illi autem ea quæ iacebant ante pædes, erantq́ ante oculos, neglexerunt: ita amentes erant, propter plura habendi concupiſcentiam. Itaque Deum ipſis putabant reſpondiſſe, ut unis mœnibus comprehenderent Athenas, & inſulam decem ferè ſtadiorum millibus diſtantem. Igitur eò nauigantes, non ſolum Siciliam non obtinuerunt, uerùm etiam Attica priuati ſunt, & ſuam ipſorum ciuitatem uiderunt hoſtibus ſubiectam.

Tegea. *Sicilia.*

Et talia ſi quis uellet recitare, palàm eſt, ſatis fore ubique exemplorum. Conſiderandum autem eſt, quòd corporis fortitudinem plurimi in bonis ducant: ſed puto ſumma præditis fortitudine, nimis'que excellentibus bona corporis habitudine, conducere, ut partem aliquam demãt.

Plus

Plus enim habere, quàm recta proportio requirit, peſsimum arbitror. Si- *Opum medio*
militer & diuitiæ quandam habent utilitatem, & ſi quidem fuerint me- *crium uſus.*
diocres, non grauant poſſeſſores, ſed faciliorem & (per Iouem) magis
prouiſam reddunt uitam: ſin uerò excellant, plures præbent curas, & tri-
ſtia pro præſumpta uoluptate. Et multas pœnituit, quod ad ſummum diui-
tiarum perueniſſent. Alij uerò, propter idipſum, minimarum quoque
rerum ſuſtinuerunt indigentiam. Age uerò in nobis ipſis, ſi quodque
membrorum naturalium plus habere uelit, poteſt'ne fieri ut uel breuiſsi-
mum tempus conſiſtere queamus? Verbi gratia, ut ſi cui plus quàm iu-
ſta menſura flagitat, ſanguinis naſcatur, aut etiam (per Iouem) ſpiritus il-
le calidus, ſi interdum in nobis augeatur præter iuſtam & conuenientem
menſuram, non'ne ſcitis magnos ex his & difficiles exoriri morbos? In
harmonia uerò inſtrumentorum, ſi quis ſonorum plus appetat inrendi,
nónne, per Iouem, neceſſe eſt omnem diſſolui conſonantiam? Vehe-
menter ſanè equidem admiror, quid'nam feciſſemus, ſi non uitæ etiam mi-
nutiſsimorum temporum menſuram eſſemus à dijs conſecuti: quum nunc
quaſi ad perpetuam uitam procreati, alius alio plus habere contendamus.
Quemadmodum igitur ſi quis ſciat ſe tantum duorum aut trium dierum
(ſi multum effluat temporis) habiturum nauigationem, deinde annuum
uictum imponat, fatuus uidebitur: eodem etiam modo ſi cui conſtat, quòd
ultra ſeptuaginta annos non ſit uicturus, in annos mille uictū cōparet for-
taſsis, nónne ſimiliter eſſet inſanus? Nōnulli enim tanta apparauerūt, ut ſi
illis eſſet nauigandum, ſtatim ſubmergeretur nauis: & hoc hercle cōtingit
plurimis. Age, ſi quis ad conuiuium uocauit decem aut quindecim, homi-
nes, oporteatq; cum hoſce explere, is uerò quingentis aut mille præparet
eſcam, nónne prorſus mente captus exiſtimabitur? Quapropter & nos,
quum ſciamus corporis neceſsitates certum habere numerum (ueſtimen-
tis enim, opinor, & tecto & cibo indigemus) inſani cenſemur, quod ita
deinde contendimus, tanquam exercitui neceſſaria congregantes. At-
que herclè meritò fortè. Siquidem multi alunt apud ſe concupiſcentiarum
exercitum. Et ueſtem quidem nemo corpore maiorem habere uult, ut
ad uſum inhabilem: facultates uerò prorſus neceſsitate maiores concupi-
ſcunt habere omnes, ignorantes, quòd hoc illo difficilius inhabiliusq; eſt.
Videtur autem mihi Crœſus ille Lydus rectè, quum hominum inexplebi- *Crœſus.*
litatem uellet redarguere, quibuſdam inductis ad theſauros, tantum auri *Alcmeon.*
permiſiſſe efferre, quantum quiſque carpere poſſet. Multosq; non ſolum *Herodotus.*
impleuiſſe ſinum ferunt, ſed etiam in capite ramēta extuliſſe, & ore, ut uix
ingredi poſſent, ualde ridiculos & intortos. Sic ergo & circa uictum quoſ-
dam ingredi uideas, indecorè ſe gerentes ob auariciam, ualdeq; ridiculè.

DE DICENDI EXERCITIO.
XVIII.

QVVM ſæpe laudarim tuos mores, ut boni uiri, digniq;
qui primas obtineas inter optimos: nunquam ita tamen
prius admiratus ſum, ut nunc. Nam quū ætatis ſis floren-
tiſsimæ, nulloq; potentia inferior: & opibus abundes,
ſummaq; tibi facultas ſit noctesq; diesq; delicijs incum-
bendi, adhuc tamen eruditionem appetas, & ſtudioſus
ſis circa dicendi experientiam: neq; in hoc quicquam dif-
fugias, etiam ſi laborare te oporteat: ualde mihi hoc uiſum eſt animi gene-
roſi, & non ambitioſi ſolum, ſed reuera philoſophi officium eſſe. Quippe

Solōis dictū, Seneſco ſemper plura adiſcens. inter ueteres optimi quiq;, non ſolum adoleſcere, ſed etiam ſeneſcere ſe dixerunt diſcendo Valde autem mihi uideris ſapere, quòd exiſtimes homini rempublicam tractanti opus eſſe peritia & potentia dicendi. Etenim & ad amorem conciliandnm, adq; comparandam potentiam, & ad honores conſequendos, adq; effugiendum contemptum, plurima inde eſt utilitas.

Dicendi facultatis uſus. Qua enim re homines timidi magis confidunt, quàm oratione? Qua re contumelioſi & elati magis ſubuertuntur, & puniuntur? Qua'ue magis mouentur, ad abſtinendum à cupiditatibus? Quemq; admonentem mitius ferunt, quàm qui oratione delectet? Frequenter igitur uidere licet in ciuitatibus, eos qui alios docent, acceptos eſſe quidem, & ſuſpenſis donarijs exornatos: eos uerò qui oratione ualent, laudatos, tanquam eorum quoq; ipſorum autores. Quare etiam poetarum antiquiſsimi, quiq; à dijs ipſis poeſim acceperunt, neq; fortes neq; pulchros dixerunt aſpici tanquã deos, ſed ſolummodo diſertos. Quia igitur hæc & animaduertiſti pariter, & conaris agere, laudo te, & admiror. Gratiam autem non mediocrem tibi habeo, pro meipſo, quòd me ad hoc conſilium & conatum tibi utilem exiſtimaris. Hactenus enim (ut dixit ueterum quidam, ſibi unumquemq;

* *Sibi quiſque malus uates.* malum eſſe uatem) & ego mihi ipſi ſufficere putaui circa ſermones, & hoc quoq; uix: tu uerò me extollis, audacẽq; eſſe perſuades, quaſi uiro & ſumma eruditione prædito, & tanto poſsim eſſe utilis. Poſſem autem fortaſſe, quemadmodum iter agenti ualde robuſto, & uigenti puer, aut quiſpiã ſenex interdum paſtor, compendium aut uiam publicam, quam neſcit, oſtendat. Sed ne multa dicamus ante rem, iam ijs quæ cupis, manus ſunt admouendæ. Adoleſcentulo quidem, & uiro iuueni, qui uelit & ad agendum inſtitui, & exercitio applicari, & uim acquirere ſermonum, alijs operibus & actionibus opus eſt: tu uerò non inexpertus es operis, neq; in agendo tibi quicq; deeſſe poteſt, neq; iudiciaria indiges ui & uehemẽtia, ſed ea quæ & politicũ uirũ deceat, atq; eidem ſufficiẽs ſit. Hoc quidẽ primùm ſcias, ꝙ non opus eſt tibi labore & miſeria. Hæc plurimùm quidem promouent eum, qui ad multa exercetur: eius uerò qui in paucis uſurus ſit, comprehendunt animum, ſegnemq; reddunt ad aggrediendum: ſicuti inſuetos circa corporis exercitium, ſi quis laborare faciat grauioribus exercitijs, infirmiores reddit. Verùm ut qui nõ aſſueti ſunt ad laborem, unctione corporis & mediocri motu magis opus habent ꝙ graui exercitio: ita & tibi in ſtudio dicendi cõmixta magis opus eſt uoluptate, quàm exercitio & labore.

Menandri & Euripidis lectio. Ex poetis ſanè conſuluerim tibi, Menandrum comicum non perfunctoriè legere, & Euripidem tragicũ: atq; hos tamen non ita legere, ut alia urgentia omittas, ſed maximè eos apud temetipſum ſuauiter & iucũdè æſtimare.

" Plus enim ille rem æſtimare poteſt, qui ſe à continua lectione liberat. Et nullus me ſapientum reprehendat, quòd anteferam ueteri Comœdiæ Menandrum, aut ueteribus Tragicis Euripidem. Neq; enim & medici ſumptuoſiſsimos cibos conſtituunt indigentibus curatione, ſed utiles. At multum ſanè negocij eſſet dicere, quanta ex his hauriri queant utilia. Namque Menandri imitatio omnium morum & gratiarum, omnem ſuperauit ueterum comicorum uehementiam: atq; Euripidis adhortandi uis, atq; perſuadendi, ad Tragicam fortaſſe contumaciam maieſtatemq; non perfectè accedit, homini autem politico uehementer utilis eſt. Præterea ad mores & affectus ſupplendos idoneus eſt. Et ſententias ad omnia utiles poematibus immiſcet, ut qui Philoſophiæ nõ ſit inexpertus. Homerus autem &

* *Homeri præſtantia.* medius & nouiſsimus & primus eſt, omni puero & uiro & ſeni: tantum ex ſe cuiq; præſtans, quantũ unuſquiſq; poteſt accipere. Cantica aũt & elegiæ

& iambi

& iambi & dithyrambi ocioſo ſanè non ſunt aſpernandi: ei uerò qui inſti-
tuit & agere, & pariter rerum orationisq; copiã conſequi, non ocium ad il
la fuerit. Hiſtoricos uerò propter multa neceſſarium eſt ſtudioſè legere *Hiſtoricorũ*
homini rempublicam tractanti: quia & ſine orationib. experientiam habe- *lectio.*
re rerum atq; infortuniorum, non ſolum ſecundũ rationem, ſed etiã præter
rationem hominibus ciuitatibusq; accidentium, ualde neceſſarium eſt ho
mini politico, & rempublicam gerere deſtinanti. Qui enim plurima noue-
rit quę alijs euenerunt, is optimè ea quib. ipſe manum admouet, conficiet,
quantumq; licuerit tutiſsimè. Et neq; in rebus ſecundis ultra modũ uehe-
mens erit, aduerſos uerò caſus omnes tolerabit generoſè, eo quòd neq; in
ſecundis rebus inſcius erat, poſſe omnia in contrarium mutari. Herodo- *Herodotus.*
tum igitur, ſi quando nihil potius habes, cum multa quiete legas. Re-
miſſa enim, dulcisq; narratio, ſuſpicionem prębet, fabuloſum magis quàm
hiſtoricũ eſſe quod ſcripſit opus. Ex ſummis autem Thucydides mihi uide *Thucydides.*
tur, & ex ſecundis Theopompus. Etenim hiſtoricum quid circa ſermo- *Theopõpus.*
num narrationem habet, neq; impotens, neque modicus circa explicatio-
nem: & negligentia circa dictiones non ita uilis eſt, ut te contriſtet. E- *Ephorus.*
phorus autem multam quidem hiſtoriam tradit, ſupinum autem illud &
remiſſum narrationis genus non eſt tibi neceſſarium. Rhetorum porrò
optimos quis non nouit? Et Demoſthenem quidem potentia narrationis *Demoſthe-*
& uehementia intellectus, copiaq; ſermonũ omnes rhetoras ſuperaſſe: Ly- *nes.*
ſiam uerò breuitate & ſimplicitate, & coaptatione conſiliorũ, diſsimulatio *Lyſias.*
neq; uehementiæ? Verumtamẽ non ego tibi autor fuero, ut frequenter ho-
ſce legas: ſed Hyperidem magis, & Aeſchinem. Horum enim ſimpliciores *Hyperides.*
ſunt uires, & apparatus captu faciliores, nominũq; pulchritudo nihil illis *Aeſchines.*
inferior. Sed & Lycurgum conſulerem dignari lectiõe, faciliorẽ his, & pręſe *Lycurgus.*
ferentẽ in orationib. morũ quandã ſimplicitatẽ. Hîc uerò aio oportere,
(etiãſi me quiſpiã in hãc admonitionẽ incidẽs, eorũ qui nimiũ ſunt diligen
tes, carpat) neq; recentiorũ, qq; paulò ante noſtra tẽpora uixerũt, inexper-
tum eſſe. Dico autẽ de ijs, qui tẽporib. Antipatri & Theodori, & Plutionis
Cononisq; fuerũt, & tali ſylua. Horũ enim uirtutes uel ea nobis ratione cõ
ducerent, quòd nõ legeremus eas in ſeruitutẽ redacta ſentẽtia, quemadmo
dum ueteres. Ex eo ſiquidem quòd dictorũ aliqua poſsimus reprehẽdere,
maximè fiduciã ſumimus ad conãdũ ſimilia. Certè et libẽtius ſe quis illi ac-
cõmodat, quo cum cõparatus, nõ ſe credit inferiorem, ſed nonnunq; & ſu
periorem uiſum iri. Conuertam autem me iam ad Socraticos, quos maxi-
mè neceſſarios eſſe aio, omni uiro facultatem dicendi ambienti. Quemad-
modum enim nullum opſonium ſine ſalis guſtu gratũ, ita nulla orationũ
ſpecies (mea ſentẽtia) auditui blãdiri poteſt, quæ Socraticæ ſit expers gra- *Socratica*
tiæ. Et alios quidẽ multæ operæ fuerit laudare, eosq; legere nõ mediocre. *gratia.*
Xenophontẽ aũt ego arbitror uiro remp. gerẽti uel ſolum ex antiquis ſuf- *Xenophon.*
ficere poſſe, ſiue quis in bello exercitum ducat, ſiue præſit ciuitati, ſiue di-
cat apud populũ, ſiue in ſenatu: neq; tantum ſi uelit ut rhetor, ſed etiam ut
rempublicam gerẽs, regiusq; uir, tali cõuenientia in iudicio dicere, omniũ
optimus mihi atq; utiliſsimus ad omnia hæc uidetur Xenophon. Conſilia e-
nim manifeſta & ſimplicia habet, quæq; cuiuis facilia appareant. ſpecies
narrationis blãda & grata & credibilis eſt, multũ habẽs probabilitatis, mul
tũq; gratię & impetus: ita ut nõ ſolũ oratorię uehemẽtiæ, ſed etiam incan-
tationi ſimilis ſit illius uis. Si igitur uolueris illius opus de Aſcẽſu ualde dili-
gẽter pellegere, nullã inuenies orationẽ q̃ à te haberi poſsit, nõ illic tracta
tam, & regulæ inſtar promittentem, ad eam ſe dirigere atq; imitari uolenti.

Siue enim erigere ſermonibus ualde cõſternatos ex uſu eſt uiro rempubli
cam gerenti, & hoc ſæpius quomodo facere oporteat oſtendit: ſiue horta-
ri, ſiue conſolari, nullus eſt Græcæ linguæ gnarus, qui nõ exhortatorijs eri
gat Xenophõtis orationibus. Mihi ſanè cõmouetur animus, & interdũ in-
ter tanta opera lachrymas emittò, quum orationes lego. Siue cum arrogan
tibus & elatis prudenter ſermocinandum eſt, ut & nihil ab illis mali feras
indignantibus, neq; indecorè ſubijcias tuum ipſius animum ſeruituti, neq;
illis in omni re morem geras: & hæc inſunt. Et ſecretis quomodo conueni
at uti ſermonibus, uel ad duces excluſa multitudine, uel ad multitudinem
eodem modo, & qui regaliter quodam modo ſit diſſerendum, quoq; pacto
fallendi ſint hoſtes quidem ad ipſorum iacturam, amici uerò ad ipſorum u-
tilitatem; quiq; fruſtra perturbatis, iucundè atq; fideliter uerum dici poſ-
ſit, & quòd non facile ſit credendum eminentibus, & quibus in rebus deci
piant eminentes, quibusq; bellicis aſtutijs decipiãt, decipiãturq; homines,
omnia hæc ſufficienter opus illud continet. Nimirum, ut opinor, miſcuit
rebus orationes, non ex auditu accipiẽs, neq; effingens, ſed quas ipſe geſ-
ſit pariter, habuitq;: atq; ita probabiliſsimas in omnibus libris orationes,
& maximè in hoc cuius memini, conſcripſit. Atq; hoc certũ habeas, quòd
te nullo pœnitebit modo: uerùm & in ſenatu & apud populũ ſenties, uirũ
illum tibi manum porrigentem, ſi eum promptè animiq; contentione le-
geris. Vt ipſe ſcribas, non tibi conſuluero, niſi ualde raro: magis autem
Scribendi & dictãdi ratio. ut dictes. Primùm enim prõptior eſt dictans, ut aliquid dicat, q̃ ſcribens:
deinde minore fit labore: præterea ad potentiam minus confert ſcribere,
ad habitum uerò plus. Et ſcribere quidem ſi uolueris, non te iubeo figmẽ-
ta commentaticia, ſed orationem aliquã, quam iucundè legas, maximè ex
Xenophontis, ut uel diuerſam tuearis partem dictorum, uel eadẽ alio mo-
Repetendi uſus. do proponas. Et ſanè repetere melius eſſet, ſi tibi facile modò illorũ dicto-
rum meminiſſe. Hoc enim modo & narrationes, ſolertiáq; cogitationum,
prorſus familiares tibi feceris. Hoc aũt dico, non ut in libro totã, ut pue
ri ſolent, ſeriem concinnes: ſed ut, ſi quid tibi ualde placuerit, iſtud cõtine-
as. Plura de his adoleſcentulo ſcripſiſſẽ, tibi uera hæc ſufficiunt. Nam & ſi
pauciſsima repetieris, magnum reportabis fructũ. Nec neceſſe eſt, ut ſem-
per te affli ctes, & doloribus ſtudendo conficias. Sed uideor nimis extẽ
dere conſiliũ: tu uerò in cauſa, qui mihi perſuaſiſti, meq; prouocaſti: quem-
admodum in lucta præſtantiores infirmiorib. concedentes interdũ, eis per
ſuadẽt ut ſe credãt eſſe fortiores: ita & tu uideris, ea quæ melius ipſe noſti,
mihi ut minus ſcienti ſcribenda impoſuiſſe. Vellem aũt, ſi tibi eſſet gratũ,
ut in unum aliquando conueniremus, quo & ueterum ſcripta legentes, de
illisq; diſputantes, alter alteri proſimus. Quemadmodum enim pictorib.
fictoribusq; non ſatis eſt dicere, tales oportere eſſe colores, talesq; line-
as: ſed maxima utilitas eſt, ſi quis eos aut pingentes aut fingentes cernat:
Vtq; puerorum exercitatoribus non ſatis eſt dicere luctandi genera, ſed
neceſſariũ oſtendere ea diſcenti: ita & in huiuſmodi conſilijs uberior eſſet
utilitas, ſi quis quem conſulta facere uideret. Itaq; ego ſanè, etiamſi me o-
porteat legere tibi auditori, tuæ gratia utilitatis non ſegnis ſum futurus,
eo quòd & te amem, tuumq; uehementer ſtudium approbem:
tibiq; magnas habeam, pro habito mihi ho-
nore, gratias.

De

DE SVA AVSCVLTANDI CVPIDItate. XIX.

OLIM quidem rogabant me quidam mei familiares, ut ſibi liceret me conuenire: quin & ciuium dicebantur multi cupere me uidere, exiſtimantes in me plus aliquid eſſe præ cęteris, cùm propter mutatam uiuẽdi rationem, tum propter corporis malè (ut ipſis uidebatur) affecti miſeriam: deniq; cõquerebãtur etiã, ſeſe dicentes à me iniuria affectos. Ego autẽ nolebam propè ad terminos ipſos ciuitatis accedere, ſed uidebat mihi hoc illius eſſe qui ualde fuga grauaretur, atq; in patriam redire deſideraret: quemadmodum qui nihil relinquũt in calice, magnã ſe habuiſſe ſitim demõſtrant. Quũ ergo ueniſſem Cyzicũ, illic uerſabar, præbebamq; me conueniendum neceſſarijs quicunq; uellẽt. Et tandem illud citharœdi (quod aiunt) ſeruauit me, qui canticum quoddam illis cecinit. Poſtq; enim uenit optimus eorũ qui nũc ſunt citharœdorum, atq; ut aliqui dicunt, neq; ullo primorũ inferior, neq; Arione ex pelago (nimirum uaticinantes: qui enim hoc manifeſtè noſſent, quum illos nõ audierint) ſimulac igitur (inquam) ſenſerunt uirum illum peregrè aduenisse, mox immenſum erat ſtudium, omnes'que ibant in curiam. Ego igitur & ipſe decere exiſtimans & nos audire, & participare tam honeſto conuiuio, cum tribus hominum millibus, aut amplius, ueni inter primos admodum audax. Sum autem auſcultationum & muſices planè cupidus, licet non admodum peritus muſices: ut ſiquidem fuiſſem in uiuis temporibus Orphei, uidear mihi ſectator eius fuiſſe inter primos, etiam cum hinnulis quibuſdam, aut uitulis: neq; me puduiſſet. Quoniam & nũc idipſum frequenter patior, quando ſophiſtam cõuenio, propter orationes auſcultandi innatam mihi cupiditatem. Et cum talib. ſpecioſis boniſq; pecoribus in idem congregor armentum, alioqui tumultuantibus, & ſalire conantibus. Hoc autem affectu ſum erga omnes propemodum ſophiſtas, rhetoraſq;. Sicuti pauperes, eos etiã qui mediocres facultates habẽt, beatos cenſent, propter ſuam ipſorum inopiam: ita ego, quodammodo dicendi uim quandam obtinentes. At uerò ars citharœdorum, atq; hercle etiam hiſtrionum, non parum mihi ab alijs differre uidetur. Ad uoluptatem enim procurandam & uox maior, & accuratius comparata, & geſtus ipſe non impræmeditatus, ſicut rhetorum ex tempore pleraq; dicere ſtudentium: ſed qualis poetarum, qui accuratè, perq; ocium ſua faciunt. Quorum multa quoq; ſunt antiqua, & hominum ſapientiorum, quàm eorum qui nunc ſunt. Et talia quidem ſunt Comœdiæ omnia. Tragœdiæ uerò, fortia quidem permanẽt: dico aũt iambos, & heroum particulas, qui recitant in theatris: molliora autem exoleuerunt, unà cum cantionum modulis. Quemadmodum puto, & ſeniorum hominum partes corporis quæ ſolidæ ſunt, permanent tempore, ut oſſa & muſculi: aliæ uerò minores fiunt. Proinde corpora uidentur ualde decrepitorum, flaccida, uacuaq;. Quicunque autem craſsi ſunt ſenes, ob opes & delicias, nihil quidem amplius roboris habentes, ſed pinguedinem pro carnibus, bene habiti uidentur multis, atque iuniores,

Arion.

Orpheus.

DE SECESSV. XX.

Seceſſũ quærere quid.

QVID tandem eſt quæſo ſeceſſus? aut quos' nam exiſtimari oportet ſecedentes? Num eos, qui à conuenientibus ſibi operibus & actionibus deſiſtunt, dicere oportet ſeceſſum quærere? Scilicet ſi quis Athenienſis, cui ſit militandum pro patria, Lacedæmonijs in Atticam irruentibus, aut Philippo aduentante, aut alijs hoſtibus, ſecedat Megaram, aut in Aeginam, eo quòd militare nolit, aut periclitari, hiceine ſeceſsiſſe dicendus eſt? An ſi quis multas poſsidens facultates, ut fugiat publica munera, abeat ex urbe? An ſi quis ſciat ſanare morbo decumbentes, iam'que amici & neceſſarij illius morbis uexentur, ne uerò illorum cauſa affligatur, moleſtiasq́ſ ſuſtineat ex eorum curatione, relinquat & peregrinetur in alium locum? An ſi quis alius in ciuitate, quum delectus eſt habendus, aut ipſi magiſtratus gerendus, aut magiſtratibus inſeruiendum, aut cuſtodiæ quædam ſunt cuſtodiendæ peruigilanti, non uelit: ſed ut ab his liberetur omnibus, nemoq; ipſum redarguat, neque prohibeat bibere & dormire & ocium agere, aliò ſecedat quóquam, num hoc ſecedere dicendum eſt? Atqui palàm eſt, quòd hi fugiant, deſerant'que ſua officia: & nullus poteſt his eſſe prætextus, aut uenia talis ocij atque fugæ. An ergo ij qui ab inutilibus negocijs actionibus'que ſibi non conuenientibus diſcedunt, & ocium quoddã ſibi comparant à moleſtis incaſſum rebus, dicendi ſunt ſecedere? At ſic quidem non qui tranſit ex quadam ciuitate in aliam, neq; ex loco in alium locum, ſecedere dici poſſet: quócunq; enim peruenerit, multa fient quæ offendant, neq; ſuum facere ſinant officium. Etenim ad compotationes conuenire, atq; ætatem exigere bibendo aut ludendo, aut aliud quid damnoſum atque inutile faciendo, moleſtum eſt, & impedit. Et ubiq; talia ſunt. Item nugari atq; ſermones audire nulli rei utiles, aut circa regis negocia uerſari. Stultus enim non eſt ſui animi dominus: circumuoluitur enim, trahitur'que facilè à leui quacunq; occaſione & colloquio. Itaque, ſicut prodigi pecuniarum haud queunt reddere rationem, ad quid quaſque expenderint, & nihilominus multas apparet expenſas eſſe pecunias: ita multi neque temporis neque uitæ poſſent reddere rationem, ad quid quamque diem inſumpſerint, aut menſem, aut annum: apparet tamen uitam præterijſſe, & tempus eſſe inſumptum, non parui æſtimãdum hominibus, neque minoris (mea ſentẽtia) quàm argentum. Attamen una drachma perdita, neceſſe eſt animum aliquo modo ſentire & morderi: ſi uerò plures profuderit quis, non multi ſunt qui non commouentur. hoc autem dico, non quòd contriſtentur & mordeantur ob negligentiam, & eo quòd non attenderint propter quæ dignum erat morderi, ſed ob drachmarum perditionem. Die uerò tranſacta & perdita, aut duabus aut tribus, nemo eſt qui curet. Cæterùm illic computare rem poſſunt: quod ſi non attendant, curamq; adhibeant, latenter omnes facultates effluxerint, perierintq;: hîc uerò non poſſunt idipſum computare, quôd ſi non prouideant unamquamque diem, uigilent'que ne temerè tranſigatur, ne latenter omnis uita effluat, diſpereat'que. Porrò quòd nullus ſit locus, neque peregrinatio quæ hoc præſtet ut non uilia quædam facias, certum eſt. Neque Corinthum neque Thebas ſecedere, efficit ut quis ſibi attendat. Nam & Thebis & Megaræ, & ubique ferè quò quis abeat, uel in Græciam uel in Italiam, fieri poteſt ut ſegnis & ocioſus degat, neque deerit occaſio ubicunque fuerit.

Temporis iactura.

erit. Siue igitur torpeat quis, ſiue ſit diſtrictus negocijs (ſi ita cadat)
permultum inſumet temporis. Non igitur optimum & utiliſsimum in-
ter omnia eſt ſeceſſus, ut ſuis quiſque rebus poſsit animum aduertere,
ſiue in Babylone ſit, ſiue Athenis, ſiue in exercitu, ſiue in parua in-
ſula, & ſolus. Huiuſmodi enim ſeceſsus & peregrinationes, parui ſunt
momenti ad hoc, ut uaces agas'que quæ oportet: quemadmodum neq;
ægrotis prodeſt, in alium atq; alium lectum reclinari. Fert id quidem a-
liquam interdum requiem, ſed non ſufficientem, neque ut â morbo li-
berentur. Videre autem licet, in magno ualde tumultu, magna'que tur
ba, neminem prohiberi ſuum facere opus: ſed hoc facit & tibicen, aut
qui tibia canere docet, ſæpe circa ipſam uiam ædes ad docendum ha-
bens, nihil'que illum diſtrahit multitudo, neque tranſeuntium tumul-
tus. ſimilter & ſaltans, & ſaltandi doctor, in eo manet quod cœpit, ni-
hil curans de pugnantibus & exuentibus, alia'que facientibus. Idem
& cithariſta & pictor facit: & quod omnium terribiliſsimum eſt, litera-
rum doctores cum pueris in uijs ſedent, & nihil illis eſt impedimento in
tanta multitudine, quo minus doceant diſcant'que. Vidi autem ego i-
pſe nuper per Hippodromum uadẽs, multos eodem loci homines, alium
aliud quid facientes: hunc tibia canentem, illum ſaltantem, alium mira-
culum oſtentantem, alium poema legentem, alium cantantem, alium hi-
ſtoriam quandam aut fabulam recitantem: & ne unus quidem horum
quenquam prohibuit ne ſibi attenderet, faceretq; quod cœperat. Atqui
nihil horum ex his operibus eſt, quæ animum contrahunt & compo-
nunt, atque alia omnia faciunt contemnere. Eruditio uerò (ut uide- *Studijs ac Philoſophiæ ſeceſſu quatenus opus.*
tur) & Philoſophia, quæ maximè hoc efficiunt, magna ſolitudine &
ſeceſſu indigent: & quemadmodum ægrotantes, niſi undique magnum
ſit ſilentium & quies, non poſſunt ſomnum capere. Ita'ne ergo & ſtudi
oſis contingit, ut niſi omnes illis obticuerint, neque ullum aliud ſit ſpe-
ctaculum, neque auſcultatio ullius obſtrepat, non poſsit illorum animus
ijſdem attendere, neque circa eadem uerſari? At uideo equidem eos
qui propter mare habitant, nihil pati, ſed poſſe cogitare quæ uolunt,
& dicere & audire, & dormire quandocunque illis fuerit opportunum,
eo quòd nihil ad ſe pertinere putent illum timorem, neque curent. Si
uerò uellent attendere, quando maior aut minor fieret ſonitus, aut nu-
merare fluctus irruentes, aut laros aut alias aues ſpectare, quomodo
uolent ſuper fluctus, faciléque illis innatent, non eſſet utique illis oci-
um aliud quid facere. Quare quiuis poterit cogitare de hominum mul
titudine, tumultúque illorum & negocijs, quòd hæc nihil differant ab
ijs quæ fiunt in mari: nihil ſentiet ab omnibus moleſtiæ. Verùm hoc
(ut par eſt) docere atque diſcere, res magni eſt precij: nempe ut quis
animum conſuefaciat rationem ſequi, neq; ſe ad alia uertere quàm quæ
ſunt præ manibus, rectéque habere uidentur. Et nobis animus ita aſſue
factus, ratione omnia poterit efficere, quæ ipſi conueniunt. Circumuo-
lutus autem & errans, & aliàs ad aliud ſe uertens: quandocunq; quid
conſpicatur aliquam in ſe habere uoluptatem, aut quietem, quemadmo
dum aqua in loco in utramque partem mobili, quócunque caſus tulerit
uertitur, nullam capiet utilitatem, ne ex omni quidem ſolitudine & qui-
ete. Scio enim ego, quòd canes rectè induſtrieq; inſtitutæ, ſi dimittun- *Elegans ſimilitudo.*
tur, ſtatim requirunt ueſtigia: neq; ſi omnes reuocent, illa unquam relin
quunt: neq; ſi multæ undique uoces inſonent, multiq; odores ex fructi-

bus & floribus contexantur, magnaq́ hominum atq; aliorum animaliū multitudo appareat, ueſtigiaq́ equorū & boū ouiumq́: neq; tamē uidēt quicquā horū neq; ſentiunt quicquā, ſed illis omiſsis undiq; colligunt ueſtigia, & illa ſequunt, donec inueniant ſuſcitentq́ leporē, & poſthæc inſtant perſequēdo per quaſcunq; tandem fugiat regiones, & neq; campus neque uia, neque ualde aſpera, neque hiatus neque riuus illas prohibet, etiamſi lepus uarios quoſdam curſus faciat, & conetur decipere. Cæterùm canes indoctæ & ineruditæ, quæ tardè ſentiunt ueſtigia, citò autem deficiunt, ſi quando aliunde acciderit rumor ſiue canum latratus, ſiue hominum uiatorum aut paſtorum uox, ſtatim ex ueſtigijs ſurſum reſpiciunt, illucq́ feruntur. Horum autem omnium cauſa eſt conſuetudo. Similiter uerò & animum aſſuefacere oporteret, ne quando exorbitaret, neq; recederet ab opere ad officium pertinente. Quod ſi non fit, difficile eſt omnia ſuperare, & rectè quicquam conficere, ne in quiete quidem & ſolitudinibus. Non'ne in his maximè inuenerunt fatui homines, ut nihil cogitarēt quæ oportet? ſed alias multas & abſurdas habent cogitationes, de rebus quibus delectantur, finguntq́ ſibi tyrannides & diuitias, & alia quædam admiranda? Hi quidem imaginantur ſibi theſauros auri & argenti, ſubitò copiam horum immenſum quantam poſsidentes. Illi autem ſeſe reges & monarchas ciuitatum gentiumq́ creant: deinde iam deinceps & ea quæ ad tyrannidem ſpectant, faciunt: & hos quidem occidunt, illos autem agunt in exilium: cumq́ uirginibus & adoleſcentulis & mulieribus, quibus cum uolunt, rem habent, participes facti cœnarum & conuiuiorum ſumptuoſiſsimorum. Porrò alij argentum dant ad uſuram, aut alium quæſtum exercent, qualia uigilātes uidentesq́ uaria & omnigena ſomnia ſibiipſis fingunt. Et ſanè interdum ex his ſomnijs contingunt illis uerè peruerſiſsima, abſurdiſsimaq́. At tyrannides haud ferè ex talibus naſci conſueuerunt. Non enim uult tyrannis à ſegni & quodam pacto ſemper dormiente cogitatiōe acquiri, ſed è diuerſo ab acuta & peruigili cura. Sumptus uerò & amores, & huiuſmodi quędam ſtudia, multis iam frequenter occurrerunt, ueluti (opinor) & Alexādro. Quum enim ocium ageret in Ida circa armenta, talis illi cogitatio & concupiſcentia incidit, ſummā felicitatem beatitudinemq́ eſſe, ſi quis omnium pulcherrimā haberet mulierem: neq; rei huic conferri poſſe regnum, neq; diuitias, neq; pugnando omnes homines in ſuam redigere ditionē. Deinde poſthęc iam cogitauit, quæ'nam, & apud quos talis eſſet mulier, & unde ſibi tales obtingere poſſent nuptiæ. Et tandem nymphas & uirgines in Ilio, utpote tyrannus, neglexit, indignasq́ iudicauit quas duceret. Similiter autem & Lydorum & Phrygum, quæq́ erant in Lesbo & Myſia, mulieres deſpexit. Quum uerò audiuiſſet in Sparta quādam eſſe Iouis filiā, Menelao nuptam, homini regi, & regis fratri totius Græciæ, quam expetuiſſent ſtuduiſſentq́ ducere magnis dotibus muneribusq́ datis primi & ſummi Græcorum: quin etiā fratres dicebatur habere ſtrenuos Pollucem & Caſtorem, Iouis filios: concupiuit ergo hanc uxorem ducere. Porrò aliter hoc fieri poſſe haud putauit, niſi deus promitteret daretq́ aliquis: tum fortaſſe fieri poſſe. Quem uerò alium deum par eſſe talia dona donare, quàm Venerem, quæ ſua ditione teneret & imperio regeret nuptias & amores? Quare ea non dante, impoſsibiles exiſtimauit eſſe nuptias. Quomodo aūt illi perſuaderet, ad donandum talia? Aut quo'nam modo fieret deæ acceptus? Quod munus illi donūq́ afferret? At norat eam non indigere pecunijs, utpote quæ eſſet aurea, & omnes ſimpli-

Ocio abutentium uitia.

Tyrannis unde.

Alexādri Paridis ocium, atque inde ad uitia occaſio.

Venus aurea.

ſimpliciter opes poſsideret: neq; ſacrificijs, quum omnes ubiq; homines illi ſacrificarent: neq; alio quopiã colloquio facilè & obſecratione flecti poſſe: ſed ſi quis id quod maximè concupiſceret, quodq; omnium precioſiſsimũ exiſtimaſſet, illi apponeret, teſtareturq; eſſe pulcherrimã, forſan id eam grato animo accepturã. Quem aũt in hoc uincere eam diceret, aut cui anteferret tandẽ meritò, quàm deabus primis & maximis, Mineruæ & Iunoni: atq; hoc magis, ſi uiderentur illæ magna & admirãda præbituræ dona ob uictoriã. Sic igitur pergẽs, abſoluẽsq; ſuã opinionẽ, excogitationẽq;, ſcilicet animo nocturnam imaginationem atq; opinionem cõſequente, & lõgum quoddam ordinatũq; texente ſomniũ, iudex à Ioue conſtituitur dearum: & has quidem & ipſas & ipſarum dona deſpexit, illam autem prætulit, pro mercede donoq;, ut nuptias adipiſceretur illius mulieris, de qua cogitauerat, quamq; optauerat. Siquidem hoc ipſum bubulcus & plebeius cogitaſſet, nullum eueniſſet negocium, ex tali ſomnio. Iam uerò quia tyrannus & dynaſta erat, & diuitijs pollebat, imperiumq; habebat urbis tũc maximæ, multumq; poterat parentum erga ſe beneuolentia, cætera iam facto executus eſt: ut propter hæc quaſi uerè facta, nauesq; ædificauarit, ſociosq; collegerit, nauigaritq; in Græciã ac Spartam, atq; in ædes uenerit Menelai & Helenæ: & hoſpitalib. acceptis muneribus, perſuaſerit ei relinquere maritũ & Grçciã, duxeritq; ad Troiam, magnarum & difficilium rerum & calamitatum principium. Sic quidem plebeij & impotentis animi dementiæq; & cupiditates ſubuentaneę ſunt & debiles, & nihil ex illis oritur atrox: ſed quemadmodum uera exurgentium ſomnia ſtatim intereunt, & eorum nullum (ut aiunt) ſolem neque diem perfert, ita propemodum & talia ſe habent deſideria & uota. Monarcharum uerò aut diuitum, aut aliam quandam habentium potentiam. ad finem perueniunt frequenter terribilem & atrocem. At illa ſimilia ſunt (ut mihi uidetur) ſubuentaneis fœtibus: Aiunt enim oua gigni ſic abſq; coitu & commixtione maſculi, quæ uocant ſubuentanea, quaſi à uento afflante nata. Vnde & Homerus hoc mea ſententia non impoſsibile exiſtimans, neque incredibile hominibus, uiſum eſſe ait equorum ſubuentaneum genus. Boream enim ait amauiſſe Troicas quaſdam equas, easq; impleuiſſe ſemine, genusq; equorum ex illis procreatum. Vt nonnunquam ex argumento falſo & impoſsibili euenire poteſt res uera. Et dicta ſunt hæc omnia à me ab illo principio & digreſsione, quod oporteat animum aſſueſacere ad faciendum & cogitandum ea quæ oportet ubiq;, & in quouis tumultu, & in quouis ſilentio. Quod ſi non fit, ſolitudo & ſilentium ipſum, nihil conferunt maius & ſecurius fatuis hominibus, ut non multa & abſurda cogitentq; peccẽtq;.

Paridis iudicium.

Subuentanea oua.

Equorum genus ſubuentaneum.

DE PVLCHRITVDINE. XXI.

Dii boni, quàm excelſæ ſtaturæ adoleſcens, & formoſus: Præterea ſpecies illi eſt antiqua, qualem ego in nemine huius ſeculi uidi: ſed ſimilis eſt conſecratis admodum ueterũ puerorũ imaginibus. Nam poſteriorũ imagines ſemper peiores & ignobiliores eſſe uidentũ, tã ita ab opificib. factæ, quàm quòd magis illi ipſi tales ſunt. Certè rem dicis malã, ſi quẽadmodum plantæ atq; animalia, ita & pulchri tempore defecerunt, ut leonib. accidiſſe aiunt in Europa. Neq; enim illorum ſupereſſe genus. Prius uerò erant & circa Ma-

ἀναλογισμός.

Leones olim etiã in Europa fuiſſe.

cedoniam, & alijs in locis. Malum hercle eſt, ſi ita pulchritudo perijt ex hominibus. Virilis, ô bone, pulchritudo. nam muliebris forſan adhuc redundat. Vir autem pulcher, & rarò nunc extat, & exiſtens à pluri mis ignoratur: multo magis quàm pulchri equi à mulionibus. Quin etiam ſi quis talem attingat, fit cum contumelia, & nullam ob rem bonam. Quare mihi uidentur, etiamſi extent, citò deſinere, & obſcurari. Non enim ſola uirtus laude augetur, uerùm etiam pulchritudo, ab honorantibus eam, & uenerantibus. Porrò neglecta, & nemine in eam ſpectante, aut prauis ſpectantibus, extinguitur, ſicuti ſpecula. Nunquid ergo (quod Athenienſes ſæpe fecerunt) & nos oportet præſens ſeculum perſcribere interregnum, quòd nullus ſit formoſus? Ita hercle, ut Perſæ quidem exiſtimabant: nullus autem Græcorum, aut quiſpiam ex Triginta. An neſcis Critiam illum ex Triginta uiris, pulcherrimam dixiſſe ſpeciem, inter mares quidem eſſe fœminam, inter fœminas autem è diuerſo? Igitur meritò Athenienſes illum fecerunt legislatorem, ut reſigeret ueteres leges: qui & nullam reliquit. Eſto. Perſæ uerò quomodo exiſtimabant? An non manifeſtum, quòd eunuchos faciebant ex formoſis, ut ipſis quàm pulcherrimi eſſent? tantum differre putabant fœmineam formam, quod ad pulchritudinem attinet. Ita ferè & omnes barbari, qui ut cætera animalia, uenercam duntaxat rem cogitant. Vt igitur dicitur feciſſe Dædalus, taurum decipiens, ligno circundato tergore bouis: ita & illi mulieris ſpeciem circumponunt amatoribus, aliter autem neſciunt amare. Fortaſſe autem & cibus in cauſa eſt Perſis, quòd diu aluntur à mulieribus, & ſenioribus eunuchis: pueri uerò cum pueris, & adoleſcentes cum adoleſcentibus prorſus nullam habent familiaritatem, neque nudantur in palæſtris & gymnaſijs. Vnde ego puto accidere illis, ut rem habeant cum matribus: quemadmodum pulli, quando aduitiores facti, adhuc ſequuntur matres, inire eas conantur. Cibi uerò uis & hinc oſtenditur. Multo enim pulchrior eſt equus aſino. Aſini autem non concupiſcunt equos, propter naturam, niſi ſi quis nutritus ſit lacte equino. Similiter & equus ſub aſino educatus, affectus eſt. Inter homines uerò, & poteſtas multum habet iniquitatis. Neronem ergo omnes nouimus noſtro tempore, quòd non ſolum uirilia exſecuerit amato, ſed & nomen illi indiderit muliebre, nempe ſuæ amicæ & uxoris, quam ille concupiſcens duxerat: palàm excluſa priore, ſub qua regnum acceperat. Quod erat nomen mulieri, quod indidit eunucho? Quid hoc ad te? Prorſus ſanè. Non ne dicta fuit Rhodogune? Sed ille quidem & capillos capitis diſcreuit, & famulæ eum ſequebantur quòcunque iret, amiciebaturque ueſte muliebri, aliaq́ ſic cogebatur facere. Denique propoſiti ſunt magni honores, & immenſa pecuniarum copia, ſi quis illum facere poſſet mulierē. Et erant qui pollicerentur. Cur enim non promitterent tanta danti? An noſtis, dantis potentia quanta ſit? Sanè ubi & quando imperatorem creare oportet, ditiſsimum eligunt, & à quo ſperant quamplurimùm argenti recepturos ſe. alia uerò non ſunt illis curæ, qualiter habeant, etiam ſi omnes adepto imperio ſit caſtraturus, & alios, & eos ipſos qui pecunias receperint, & inſuper omnib. fortunis ſpoliaturus. Hoc uerò maximè ſuperabat Nero: & nemo illi ulla de re quam diceret cōtradicebat: neq; impoſsibile aiebat, quod iuſſerat: ita ut quū quendā etiā uolare iuſsiſſet, ille ei promiſerit, multoq́ tēpore nutriebatur intus apud eū in aula, tanquā uolaturus. Solus enim haudquaquā parcebat pecunijs, neq; dando neq; accipien-

Critiæ dict.

Dædali uacca.

Cibi uis.

Neroni eunuchus pro uxore habitus.

Rhodogune.

accipiendo. Propter unam illam ergo contumeliã, qua eunuchũ affecit, & interfectus eſt. Iratus enim foras extulit illius conſilia, ad eos qui circa illũ erant: atq; ita ab eo defecerunt, coactiq; ſunt quocũq; tandem modo eum perdere. Nondũ enim etiamnum illud certum eſt: quandoquidem quod ad alios attinet, nihil obſtitit, quo minus perpetuò imperium tenuiſſet. & adhuc omnes cupiunt eum uiuere, plurimi quoque id putant: neq; ſemel, ſed frequenter, poſt eius mortem, affirmant unà cum multis, uehementer putantibus eum uiuere. Tu quidem ſemper ſermones reperis, ut humana negocia carpas, atque nunc ex nihilo (ut ſimpliciter dicam) ad hæc uenisti. Quod autem interrogare uolui, non permiſiſti. Forſan me contemnis, & exiſtimas nugas agere, quòd non de Cyro, neque de Alcibiade dico, ut ſapientes etiam nunc: ſed de Nerone, talibusque rebus recentioribus & ignobilibus, quarum facio mentionem. Hoc autem in cauſa eſt, quod prorſus non amem Tragœdos, neque admirer: quoniam ſcio turpe eſſe in Tragœdia, nominare præſentes: ſed uetuſto aliquo opus erat exemplo, neque ualde credibili. Superiores quidem non erubuerunt illius ſeculi homines nominare dicendo & ſcribendo: qui uerò nunc uiuunt, eos ſemper nominare ſtudent. Quia autem hoc faciant ſapientia, ego tibi dicam, ut ne omnia nugari me dicas: ſed fortaſſe ubi opus erit.

Cur in Tragœdiis præteritorum tantum, & non præſentiũ fiat mentio.

Omnino ergo alicui bibliopolo adhæſiſti? Quamobrem iſthuc tandem me interrogas? Quia quum norint antiquos libros experi, ut melius ſcripta, & in melioribus chartis: illi uiliſsimos præſentium ſcriptorum demittentes in frumentum, ut colorem ueteribus ſimilem cõtrahant, pariterque corrumpentes, uendunt pro antiquis. Sed quid erat, quod iam olim interrogare feſtinas? De hoc adoleſcente, quisnam ſit, & cuius filius: quo ego, ut nullo unquam, obſtupui. Aetas enim puerum eſſe oſtẽdit, ſedecim forſan, aut ſeptemdecim annorum. Magnitudo autem, nulli uirorum cedit. Tantus autem pudor illi ineſt, ut & accedentem continuò pudere faciat. Et non licet diutulè faciem eius intueri, niſi & ipſe fortè fortuna reſpiciat. Nemo enim adeò impudens lapideúsque eſt, qui ſuſtineat, ſtétque ex aduerſo intuens eum: ſed ſtatim neceſſe eſt auertere, & transferre oculos. Quod autem ita fiat, uehementer admiror: quòd pulchritudo, ſi adiuncta ſit pudori, & ipſos impudentes auertit, cogitque pudore ſuffundi. Fortaſsis non animaduertiſti, quod fit in aquis. Quidnam? Quòd ſole radios immittente directos, maximè reſplendeat. Et fortaſſe uidiſti in parietibus uibratum & circumcurſitans lumen, non uerum, ſed à ſolis ſplendore in aquis factum, ad id quod maximè ex aduerſo directé eſt. Tale igitur aliquid & à uero pudore relucet, facitque ut amantes uideantur pudore ſuffundi. Poſtea ſtatim audacia ſumpta, impudentes ſunt: ut mihi ſanè & pædotribes uiſus eſt, licet & ipſe antea quaſi numine afflatus atque obſtupefactus fuiſſet. Proinde adhuc magis admiraberis, cognito quòd hic, quum talis ſit, nullius filius eſt. Quomodo dicis, nullius eum eſſe? Ita, quod tu ſuſcitabaris cuius eſſet. Puto enim quærere te, cuius filius ſit. Sed certè Spartanorum unus eſt. Deceret enim magnitudinem illius, & fortitudinem, ſiquidem moderati erant & perhumani natura, quemadmodum iſte: neque prorſus duri & agreſtes, ut terræ filij. Quoniam corpus haud malè aſsimilas, magis ego eum Bœotio aſsimilo, quàm Laconico, aut Attico. Quòd ſanè Græcorum ſummus ſit, non oportet ignorare. Quæ enim eſſet generis differentia, quod ad pulchritudinem attinet? An non putas barbarorum

Pulchritudini pudori adiunctæ uis.

aliquam

aliquam eſſe ut ſpeciem, ſic & pulchritudinem? An nullum putas naſci inter barbaros formoſum, & hoc proprium Græcorum eſſe, ut uocem & ueſtitum? Sed ſimiliter ne tibi uidetur formoſus fuiſſe Achilles & Hector? Non enim ſolum de Hectore poeta narrat, ut de forti, ubi naues incendit (non enim puto illũ tunc decuiſſe pulchritudinis facere illius mentionem) porrò quum mortuus eſſet, & nudatus, obſtupuiſſe ait Achiuos, uiſa illius pulchritudine. Sic enim dicit:

Achillis & Hectoris pulchritudo.

Hectoris aſt illi formæ mirabile donum
Spectabant. —

Necꝙ enim, opinor, antea illis erat ocium ſpectandi illum accuratè. Et alia ferè apertius recitat, ut de alio quodam ex pulcherrimis. Nam caput dicit illius eſſe uenuſtum, & comam ualde nigram, corpusꝙ nõ aſperum. De ſpecie uerò Achillis nihil aliud dicit ſingulatim, quàm de coma, quòd flaua erat. Dicit & de Euphorbi coma, & Patrocli, ut ualde in adoleſcẽtia mortuorum. Et de alijs modicum quid, de unoquoꝙ uirorum & mulierum pulcherrimorum. Veruntamen haud dicere queam, eum ſimiliter laudaſſe pulchros: neque Alexandrum dixiſſe, aut Euphorbum, aut Troilum, ſimiles fuiſſe Menelai & Patrocli & Nirei: neque inter barbaros Seſoſtrem Aegyptium, aut Memnonem Aethiopem, aut Myniam, aut Eurypylum, aut Pelopem.

DE BELLO ET PACE. XXII.

Philoſophis & rhetoribus communia quæ.

MVlta quidem & alia inuenias, & uniuerſa planè quæ opere aut actione conſtant, communia eſſe philoſophis & Rhetoribus, quicunꝙ uidelicet non ſunt circumforanei & mercenarij, ad pecunias duntaxat & plebeias controuerſias reſpicientes, eo quòd ſe de contractibus aut alijs publicitùs cõſulere, & leges ferre debere exiſtimant. Sicut fuerũt (opinor) Pericles & Thucydides Athenis, & Themiſtocles antea, & Chiſthenes, & Piſiſtratus, donec adhuc rhetor & orator ſuſtinuit dici. Ariſtidem uerò & Lycurgum, & Solonem & Epaminondam, & ſi quis alius fuit talis in republica, philoſophos cenſeri oportet, aut rhetoras, ſecundum ingenuam & ueram rhetoricam. Dico autem de ijs, qui de educatione puerorum cõſilia dederũt, tuleruntꝙ leges, quemadmodum in Lacedæmone Lycurgus, & de amatorio congreſſu, & de pecuniarum poſſeſsione, quantã & quomodo parare oporteat, & de nuptijs, & de ſocietate: & de moneta, & de honore & ignominia, deꝙ ædium ſuppellectile: & utrum oporteat ciuitatem mœnibus circumdatam inhabitare, an (quemadmodum deus admonuit Lacedæmonios) abſꝙ mœnibus: & de bellorum exercitio & ordine non tantũ grauis armaturæ, ſed & qualem Epaminondas inueniſſe dicitur: qui amatores cum amatis collocauit, quo magis ſeruarent, & teſtes eſſent alter alterius uirtutis & ignauiæ. atꝙ hac cohorte, ſacra cognominata, Lacedæmonios aiũt eſſe uictos prælio in Leuctris, quũ omnes illos Græci ſequerent. Et quod eſt omniũ ſumma, & multis ſæpe accidit, de pace & bello, quod nunc inquiritur. Omne autem hoc genus apud philoſophos uocatur de officio. Vt quum quæritur, an ſit matrimonium contrahendum, an reſpublica gerenda, an regno utendum, an populari gubernatione, an alia quadam reipublicæ conſtitutione: interquæ eſt & hoc, mea ſententia, an ſit bellum gerendum. Non enim ſimpliciter philoſophi de hiſce inquirunt, ſed quando, & cum quibus, & aduer-

Sacra cohors apud Thebanos.

De officio tractatio.

aduerſus quos, & quibus contingentibus, aut non contĩgentib. unumquodque horum ſit faciẽdum. Differunt autem in hoc, quòd rhetores in hæc aut illa ſuam dirigunt conſiderationem: ueluti, an utile ſit bellum gerere Athenienſes cõtra Peloponneſios, aut ſuccurrere Cercyreis contra Corinthios: aut Philippo, belli ſocietatẽ capeſſere cum Thebanis aduerſus Phocenſes, aut Alexandro tranſire in Aſiã. In his enim omnib. conſilijs maximè incidit & hoc ut quæraẽ, an iuſtũ ſit bellũ aduerſus eos gerere, qui nulla antè affecerũt iniuria, an acciderit maleficiũ ab his quib. cũ cogitãt bellare, & quantũ tandem ſit illud quod accidit. Philoſophi uerò à longe negocia uident, ab exordio examinantes qualia nam ſint. Multo enim ſatius, in conſilium iuiſſe de omnibus à multo tempore, resq; diſpexiſſe, ut quum cuiuſque rei uenerit opportunitas, poſsint ſcientia uti, & alios admonere: & nõ de ſubitò arreptos quodãmodo perturbari, & dicere ex tempore de quibus nihil ſciant. Rhetores enim quum neceſſe eſt conſiderare de re quapiam, nihil plus alijs ſcientes, neque antea re perpenſa, pariter & ipſi deliberant modo quodam, & conſulunt alijs. Philoſophi autem de actionibus antea ſciunt, atque olim conſultarunt de rebus. Itaque ſi quis eos aduocarit ad conſulendum ciuitatibus, aut gentibus, aut regibus, melius habebunt & tutius res demonſtrare, nõ id quod illis ſubitò incidat, neque modo hæc modò contraria dicent, uel ob iram, uel contentionem, aut pecunijs percuſsi: & ſicut in trutina (ut rhetorum ipſorum, opinor, quiſpiam dixit) illuc declinantes ſemper, ubi plus datur. Hoc autem dico, non uituperans Rhetoricam, neq; rhetores bonos: ſed malos, remq; duntaxat ſimulantes.

In quib. differãt à rhetoribus philoſophi.

QVOD FELIX SIT SAPIENS. XXIIII.

VTRVM tibi uidetur unquam homo aliquis fuiſſe felix: aut ſi non fuiſſe, an fore quempiam: an impoſsibile putas hoc accidere poſſe homini, quemadmodum ſi quis hominem dicat immortalem? Fortaſſe in eadem opinione es cum Homero & alijs poetis? Et ubi aliquid de hoc diffinit Homerus? Vbi finxit Iouem ipſum dicentem, non alium quenquam deorum, quod homine nihil eſt ærumnoſius inter omnia animantia quæ ſuper terram ſpirant & repunt. Non tibi uidetur ærumnam hanc infelicitatem quandam dicere? Mihi prorſus. Alius etiam poeta non ita priuatim, ſed publicitùs in theatro certans, conſulit, natum hominem lamentis proſequendum, propter ea in quæ uenit mala: & rurſus, mortuum & abſolutum laboribus, cum gaudio & exultatione cenſet efferri oportere. Eſt ita, ut dicis. Rectè ergo admonuerunt? Si enim ſemel deflendi ſunt homines propter infelicitatem, & natos conuenit lamentari, aduenturorum ipſis malorum cauſa: & mortuos, quòd multa & atrocia paſsi ſint: & omnes, quòd ſint in malis. Itaque tempus eſſet, iuxta poetam, nunquam ceſſare à luctu, multo magis quàm luſcinias. illæ enim uere dicuntur lamentari Ityn: homines autem par eſſet lamentari uere & hyeme. Quanto autem melius, natos ſinere confeſtim perire à malis, & non faſcijs inuolutis & euolutis, & lactatis tantam adhibere diligentiam, ut miſeri fiant? Hoſtium enim hoc eſt, nõ amicorum,

διαλογισμός.

Homines omni tẽpore deflendi.

Luſciniarũ luctus.

neq; curam gerentium. Et hercle oporteret, ut ſe quiq; primos liberarēt à uita. Propemodum enim iuxta hanc rationem ſoli prudentes fuerunt, *E' draconis dentib. in Colchis nati.* qui nati ſunt in Colchis ex draconis dentibus, quos ſeminauit Iaſon. Illi enim ſimulac ſe natos ſenſerunt, confeſtim mutuò ſe peremerunt, donec nemo ſuperfuit, mutuò ſibi uidelicet auxilium ferentes, & ob amicitiā hoc facientes, non inimicitiam. At in hoc mihi uidetur poeta nugas garrire. dictum autem Homeri me conturbat, quòd ita manifeſtè hāc de hominib. pronunciauerit ſententiā. Et quid tandem abſurdi dixit? Neq; *Nullum animal homine miſerius, quo modo ab Homero dictum.* enim quòd omnes homines miſeri ſint dixit: ſed quòd nullum animal ſit miſerius homine, nempe miſero: ſicuti & nos utiq; diceremus. Forſitan enim ſolus inter alia animalia homo infelix eſt, quemadmodum & felix. Quoniam & ſolus eſt imprudens, quemadmodum & prudens. Neque enim iniuſtus, neq; immodeſtus fuerit equus, aut ſus, aut leo: quemadmodum neq; illiteratus, & muſices ignarus. Rectè planè mihi uideris correxiſſe dictum Homeri, & reſpondiſſe ad hoc, an arbitrer hominē felicem eſſe. Nunquid felix bonus eſt? qui autem bonus eſt, hunc feli- *Genius bonus aut malus.* cem eſſe ais, flagitioſum autem infelicē? Prorſus. Genium autem aliter bonum dicis? Quomodo? Quemadmodum hominē. Præterea aūt magis deum aut deos, ſiquidem bonos exiſtimas eſſe, non'ne iuſtos exiſtimas, & prudentes, & modeſtos, alijſq; præditos uirtutibus? ſed iniquos & fatuos magis, & intēperatos? Nequaquam equidem. Proinde & Genium, ſi quem bonum putas, certum eſt quòd iuſtum putes, & utilem, & prudentem? Et quo pacto non? Non'ne quem malum exiſtimas, prauum putas eundem eſſe, & iniquum & fatuum? Neceſſe prorſus. Quid uerò? Non putas unumquemq; hominem ſecundum ſuum ipſius Genium uiuere, qualiſcunq; fuerit, ſed ſecundum alium? Nequaquam ſecundum alium. Ergo qui nactus eſt bonum Genium, eum putas iuſtè uiuere & prudenter & modeſtè: talem enim cōfiteris eſſe illius Geniū? Prorſus. Qui uerò nactus eſt flagitioſum Genium, uiuere prauè & imprudenter, & fatuè & immodeſtè? Videntur hæc uſuuenire ex prædictis. Iam ergo, ſi quis homo mente præditus, iuſtus eſt & modeſtus, ille felix eſt, cum bono Genio habens conſuetudinem. Quiſquis uerò libidinoſus eſt, & imprudens & aſtutus, neceſſe eſt eum dicere infelicem, malo Genio coniunctum & ſeruientē. Verum. Sapiētem aūt alium quem uocas, quàm prudentem hominem, & iuſtum & ſanctum, & fortem: uilem autem, & nullius precij, alium quàm iniquum *Sapiens ſolus & in omnib. felix.* & impium, & timidum? Non alium. Ne ergo amplius admireris dicentes ſapientem ſolum & in omnibus felicem eſſe, uicioſorum autem neminem non infelicem: quandoquidem & tibi eadem uidentur. Alia quidem uideris mihi non pręter opinionem diſſeruiſſe: quomodo autem oporteat Genium aliquem prauum exiſtimare, & iniquum & fatuū, haud queo dicere. Quin etiam neq; alioqui ueſtrum eſt Philoſophorū, ſiquidem diuinum exiſtimatis Genium, huiuſmodi credere. At ego in præſentia non iuxta meā ipſius opinionē diſputaui plurima, præter hoc ipſum quòd mihi uidetur omnis & ſolus felix eſſe ſapiens: alia aūt dicta ſunt ſecundū uulgariū hominū opinionē, ne eos urgere uidear. Porrò age, ſi putatis δαίμονα, hoc eſt Geniū omnem eſſe diuinū & bonū, & nul- *κακοδαίμων.* lius prorſus mali autorē, quomodo dicitis hominē fieri κακοδαίμονα, hoc eſt, infelicē? An quū nō attendūt obediuntq; Genio qui bonus eſt? Quēadmodū ſi exiſtimas omnes medicos eſſe bonos, artiſq; peritos, & eorū neminē prauū medicū, neq; noxiū: inter ęgrotantes aūt quoſdā uidemus malè

malè habere, damnumq́ accipere in morbis, hoſce uidelicet quos dicere-mus nolle facere ea quæ ſunt præcepta: obedientes uerò, neceſſum rectè à morbis liberari: & ſi quid ſecus fiat, nonne admirabile ſit quod ita habeat? Vtrum igitur tibi uidentur continentes eſſe, & modeſti atq; prudentes, hi qui non ſunt dicto audiẽtes expertis medicis, & utilia præcipientibus: an è diuerſo, fatui & intemperantes? Manifeſtum, quòd intemperantes. Quid uerò? bono Genio obedire, & uiuere iuxta illius præſcripta, an eſſe putas modeſtorum, & mente præditorum, au prauorum, & fatuorum? Modeſtorum. Non obedire uerò, neque attendere, ſed contraria deo & Genio facere, malorum putas eſſe, & mala mente præditorum? Quomodo aliter diceremus? Eſſe autem, obedientes Genio bono, felices: inobedientes uerò, infelices? Neceſſe eſt. Ergo & hic quoq; cõtingit, ſapiẽtem quidem & prudentem felicẽ eſſe in omnib. uicioſum aũt infelicem: nõ quia Genius ſit malus, ſed quia ille non auſcultat ei qui bonus ſit.

DE FELICITATE. XXIIII.

MVlti homines in uniuerſum quidem nihil cogitauerunt quales eſſe oporteat, neq; quid optimũ ſit homini, cuius gratia oporteat cætera omnia agere: priuatim uerò ſedulò ſtuduerunt equitare, hi exercitum ducere: illi circa certamina, alij circa muſicam, alij circa agriculturam, alij in arte dicendi. Quam autem utilitatem illis præſtet horum quodq;, aut quod emolumentum ex ijs capi poſsit, neq; ſciunt, neq; inquirunt. Quapropter equites quidẽ boni euadunt nõnulli, & qui ſudent ipſi & ingenioſi ſint ad luctandum, atq; alij alijs magis idonei ad ceſtuum certamen, & curſum, aliaq; certamina, & ut circa ſemẽtem non errent, & nauigantes, ne nauẽ frangãt, & circa muſicã quidam aliqua melius norunt alijs: bonũ autem uirum, & prudentem, & hoc ipſum ſcientem quis'nam ſit bonus uir, & mente præditus, neminem ex his licet inuenire. Continuò ſtuduerunt arti dicendi, & multi ex ingenuis, & qui uidentur eſſe liberales: hi quidem, ut in iudicijs, & ad populum, concionãtes certent, & propter hoc plus alijs ualeant, faciantq; quod libeat: illi uerò propter honorem qui ex negocio obtingere ſolet, ut eloquentes exiſtimẽtur: quidam uerò ipſam aiunt ſe deſiderare experientiam. Et horum partim quidem dicunt, partim uerò ſua tantummodo ſcriptis produnt: quæ quidã ex ſuperioris ſeculi hominibus, dixit eſſe cõfinia philoſophorum & rem publicam gerentium: quid autem utile agentib. & cui rei gloria illis ſit utilis, aut quod'nam huius experientiæ ſit cõmodũ, non conſiderãt. Ego autem aio, omnia alia abſq; huiuſmodi cura & quæſtione parui eſſe: ei uerò qui hoc cogitat, intelligitq;, & dicendi exercitium, & rei militaris peritia, & quicquid aliud fecerit, conducibilia eſſe, & in bonũ cedere. Quoniã laudari per ſe à fatuis hominibus, quale eſt uulgus, aut poſſe aliquid, aut iucũdè uiuere inter eiuſmodi, nihil differt à uituperari, nihilq; poſſe, & laborioſe uiuere, quod ad felicitatem attinet.

DE GENIO. XXV.

PHILOSOPHOS aiunt dicere, quòd ſolus ſapiens εὐδαίμων, hoc eſt felix ſit. Dicunt planè. Ergó ne uera tibi uidentur dicere? Mihi ſanè. Quare ergo non mihi quoq; indicas illorum ſententiam? Si tu mihi primùm dixeris, quid exiſtimes eſſe δαίμονα, hoc eſt, Genium. Ego ſanè arbitror eſſe id quod cuiq; imperat, & ſecundum

Διαλογισμός. Solus ſapiens felix.

Dæmon, ſiue Genius quid.

quod uiuit hominum unuſquiſq; tam liber quàm ſeruus, tam diues quàm
pauper, tam rex quàm plebeius, facitq; quæcunq; facit. Hoc aũt in ipſo pu
tas eſſe homine, quod cuiq; imperat, quẽ Genium uocas: an extra hominẽ,
cuius imperator & dominus eſt? Extra equidẽ. Hominẽ ergo alterũ?
Eſt enim alicubi homo qui uni imperet, eſt qui multis, ducitq; quò & quo-
modo uult, ſiue perſuaſione, ſiue uiolentia, aut utroq;. Dico aũt nihil inco-
gnitum, ſed de oratoribus, quibus ciuitates in omnibus obediunt: & ut il-
li exponunt & conſulunt, ita faciunt, ſiue bellum ſuadeant ſiue pacem, ſiue
mœnia ædificare, ſiue triremes apparare, ſiue ſacrificia facere, ſiue eijcere
quoſdã ex ipſis, ſiue pecunias auferre, aut etiã iugulare & reges & tyrãnos.
Similiter aũt & de ſeruorũ heris, qui uel dato argento, aut alio modo quẽ
Lycurgus. poſsident. ut ſi Lycurgũ Lacedæmoniorũ Genium uoces. Eo enim iubẽte,
etiamnũ flagris cæduntur Lacedæmonij, & ſub dio excubant, & ceſtib. pu-
Piſiſtratus. gnant, aliaq; multa, quæ ſæua alijs uidentur, perferunt. Et Piſiſtratum, A-
thenienſiũ olim. Noſti enim haudubiè, quod Piſiſtrato præcipiẽte & impe
rante, in ciuitatem quidẽ non deſcenderũt populus, ſed in regione commo
rantes agricolæ facti ſunt: & Atticã antea glabrã & arborib. carentẽ oleis
conſeuerunt, Piſiſtrato mandante: & alia ut ille uoluit, ſic fecerunt. Poſtea
Themiſtocles. uerò fortaſſe alios illorum Genios quis dicat fuiſſe, & Themiſtoclẽ & Pe-
Pericles. riclem. Hauddubiè enim de hiſce uiris audiuiſti. De illo quidẽ, quòd Athe
nienſes nauali prælio certare coegerit, quum antea fuiſſent pedites: & regi
onem & ciuitatem barbaris dimittere, & deorum templa maiorumq; ſepul
chra, atq; in nauibus omnia ſua facere negocia: & poſtea Piræeũ mœnib.
circũdare amplius nonaginta ſtadijs, & alia ſimilia mandauit illis, quæ par
tim eòuſq; fecerũt, donec ille ſuperfuit, partim quoq; eo in exiliũ profecto
& defuncto. Et poſt hæc alios quoſdam fortaſſe Genios dices fuiſſe Athe-
Alcibiades. nienſium, ſcilicet Alcibiadem Clinię, & Niciam & Cleonẽ & Hyperbolũ:
Nicias. & quoſdam quidem moderatos fortè, quoſdam aũt ualde prauos ſæuosq;.
Cleon. Præterea quoq; Cyrum Perſarum aliquanto tempore fuiſſe Genium, regiũ
Hyperbolus. quẽdam & liberalem, qui eos antea ſeruientes Medis in libertatẽ aſſeruit,
Cyrus rex. dominosq; effecit omnium in Aſia habitantiũ. Præterea & Cambyſen, &
Cambyſes. *Darius.* Darium, & alios deinceps. Et Cambyſen quidem, pecunias illorum dilapi
dantem, ſagittisq; illos confodientem, expeditionesq; imperantem diffi-
ciles & aſsiduas, & nunquã ſinentem manere domi: Darium aũt, pecunias
quidem quantum poterat plurimas colligentem, autoremq; factum ut re-
gio excoleretur, bella & hunc cogentem gerere difficilia & periculoſa, ſicu
ti (opinor) id fuit aduerſus Scythas & Athenienſes. Sic etiam Romani Nu
Numa. mam ſuum poſſent Genium dicere. Carthaginienſes autem Hannonem &
Hanno. Hannibalem. Macedones quoq; Alexandrum aut Philippum, qui Mace-
Hannibal. donas humiles & infirmos, ſuoq; patre concedente Olynthijs principatũ,
Alexander. *Philippus.* fortes fecit & bellicoſos, & propemodum totius Europæ dominos. Alexã
der autem poſt illum in Aſiam ducens exercitum, ditiſsimos quoq; omniũ
hominum eos effecit, ſimul & pauperrimos, & pariter fortes, & pariter in-
firmos, exulesq; & reges eoſdem, Aegyptum & Babylonem & Suſa & Ec
batana imperio addens, Aegas uerò & Pellam & Dion auferens. Carthagi
nienſes autem Hanno fecit pro Tyrijs eſſe Libyes, & Libyam habitare pro
Phœnicia, & pecunias multas poſsidere, & plurima emporia & portus &
triremes, & dominari latè terra mariq;. Hannibal autem præbuit, ut ad Li-
byam etiam Italiæ haberent imperium ſedecim annos. Rurſusq; autor fuit
ut uaſtarẽtur, & urbs ipſa ſubijceretur Romanis, multis antea perditis Ro
manis, & propemodũ ipſa etiã Roma capta ab illo, Noluit autem (ut aiunt)
propter

propter aduerſas ſibi domi factiones. Et hunc fortaſſe neq; Carthaginienſibus neq; Romanis bonum appellare Genium conuenit. Numa autẽ Romam accipiens paruam & ignobilem, inſuper & in aliena regione conſtitutam, ciuesq; habentem mixtos & prauos, & uicinis omnibus hoſtes, & pauperes & agreſtes & periculoſè uiuentes ꝓpter Romuli ſęuitiã, ipſe eos terram firmiter retinere fecit, & amicos eſſe uicinis, legesq; & deos & rempublicam conſtituit, & omnis autor fuit eius, quæ poſtea conſecuta eſt, felicitatis. Poſſem autem & de alijs dicere ciuitatibus & familijs & hominibus eodem modo, qui bene & malè uixerunt propter principes quoſdam & præfectos, qui illis obtigerunt: ſed ſufficienter his mihi uideor meam ſententiam oſtendiſſe. An ergo has uoces Genios, eorum qui ſubditi illis fuerunt, & per quos unuſquiſque bona aut mala fortuna uſus eſt, libenter audirem.

DE CONSVLTATIONE XXVI.

IAm diu ſedens, uosq; audiens, quando multas horas immorati eſtis apud quendam rempublicam adminiſtrantem, conſultantes de negocijs quibuſdam: conſidero apud memetipſum, & inquiro, quid'nam hoc ſit, de quo dicitis uos conſultare, aut quid ipſa ſit conſultatio? Nunquid enim hac de re quis cõſultat, quam ſcit, nouit'que?

Non mihi uidetur quiſpiam de his quæ nouit conſultare, ſed iam ſcire. Quid uerò? An quæ neſcit, neq; didicit, de ijs conſultat, tanquam diuinans & inquirens cognoſcere quæ neſcit? Non uidetur mihi neq; ita conſultatio procedere, de ijs, quorum nullam habet ſcientiam. Nunquid ergo tale quid eſt conſultatio, ut ſit de ijs quæ partim ſciãtur, partim ignorentur, taliaq; ſint quibus de conſultant homines? Vt uerò magis ſermonem intelligamus, per quandam ſimilitudinem demonſtrabimus rem. Ponamus enim, uos noſſe Charicleum & Charizenũ, ubi autẽ habitent ignorare, ſed coniectare de illorũ domicilijs. An igitur hoc eſt cõſultare, ut ea quæ adhuc neſcimus, ex his quæ ſcimus, conijciamus, quẽadmodum par impar ludentes? Sciunt enim illi, quòd qui eos prouocãt, in manibus habeãt pecuniã: ſed non quòd tantã, ſed interdũ fortè fortuna dicũt, & ita tandem uincentes diſcedunt. An igitur conſultatio tale quid eſt, ut ſciamus quidem quidpiam, alia autem quæ faciunda ſint conijciamus, atque interdum caſu rem tangamus, nulla cum ſcientia? Age uerò uideamus, qualiter res ſe habeat. Ea qua ſunt, & ſunt, & facta ſunt, & ſubſiſtunt. Quæ uerò non ſunt, nec ſunt, nec facta ſunt, neque ſubſiſtunt. Non oportet autem de ijs quæ iam ſunt, conſultare. Sunt enim: & nulla eſt utilitas, de factis & ſubſiſtentibus conſultare. Quid enim & conſultabimus de illis? An ut non fiant quæ facta ſunt? Non poteſt fieri quin facta ſint. An ut non ſint, quæ ſunt? Quomodo poterimus facere, ut nõ ſint ita ut ſunt. At ut nõ ſubſiſtant? Omne quod eſt, ſubſtantiam habet. Sed de exiſtentib. quid quis conſultet? De quibus ergo conſultamus? Num de futuris, ut ſermo oſtendit? Porrò futura neque ſunt, neq; facta ſunt, neq; ſubſiſtũt. De ijs igiť quæ non ſunt, quis poteſt conſultare, & de his quæ non ſubſiſtunt? Quod enim nondum eſt, prorſus non eſt. De eo uerò quod non eſt, nemo poteſt conſultare. Nemo ergo poteſt conſultare de futuris. Conſilium enim propter aliquid habetur, futurum autem non eſt; non ergo conſultatio de futuris

Conſultare quid, & ad quæ pertineat.

eſſe poteſt. Quid igitur? Rudis muſices, & indoctus harmoniæ & cantus cõſonantiæq;, & horum ordinis & motus, num bene poterit conſultare de muſica, & operibus muſicis? Nequaquam. Quid uerò? Inexpertus geometriæ, ſi de corpore & longitudine & latitudine & craſsitudine conſultet, num bene conſultabit? Neque hic. Quid uerò? Qui nauem gubernare non didicit, num de nauis gubernatione & operibus naucleri conſultans, ſufficienter conſultare poterit? Neque hic ergo, quiſquis non ſufficienter ulla de re eruditus eſt, neque ſcit, ille neque de ea conſultatare idoneus eſt. Oportet ergo maximam adhibere curam, ut prudentiam atq; eruditionem adipiſcamur, quo nobis procliue ſit de omnibus rebus conſultare: ſcireq; quid ex quoq; conſilio boni liceat expectare, neque in his falli, ſed quemadmodum muſici & geometræ, & naucleri de proprijs operib. uerè conſiderant, & omnes aliqua in re callidi, callidi etiam ſunt ad eam intelligendam: ita & nos de proprijs idonei ſumus conſultare, & dicere. Abſurdum enim eſt, par impar ludentes, intelligentiam oſtendere, præſertim coniectantes ſolum, & non uidentes, id de quo pronunciant: eos uerò qui de negotijs conſultant, neq; intelligentiam, neq; ſcientiã, neq; experientiã oſtendere, quum præſertim negocia nonnunquam maxima ſint, de cõcordia & amicitia familiarũ & ciuitatum, & de pace & bello, deq; deducendis colonijs, & iure coloniarũ, deq; liberis, & de cõiugibus.

EXPOSITIO EORVM QVAE FIVNT *in compotatione.* XXVII.

HOmines ſeſe declarant, qualem quiſq; animum habeat in publicis mercatibus, non minus quàm in compotationibus: niſi quòd magis uaria ſunt quæ in mercatibus accidunt, & plus requirunt temporis. Ergo ad cõpotationes quidam ueniũt bibendi gratia, & nihil aliud faciunt: quẽadmòdum ſitientes uiatores, ſi quãdo uenerint ad fontem aliquem, corpore inclinati toto bibunt. Cæterùm hi quidem impleti, ſitiq; reſtincta, tacitè recedunt, neq; clamantes neq; dicentes quicquam abſurdi. Illi aũt multa & grauia interdum & dicunt, & faciunt. Non enim ſimiliter recipiunt indigentes ſe Nymphæ & Dionyſius. uerùm, utpote bis natus Dionyſus, & ſub fulmine & tonitru, ut poetæ dicunt, indoctius utentes planè igne replet, & reuera earum multos attonitos facit. Hi quidẽ propemodũ inſanientes, multa quoq; faciunt, qualia Homerus ait Centaurũ ebriũ in ædib. Pirithoi mala feciſſe. At alij natura loquaces, quaſi auditores acceperint quoſdam ex compotoribus, inſenſatos & longos digerunt ſermones. Alij uerò canunt & diſſonant, muſices uehemẽter ignari: & propemodum magis ſunt moleſti, quàm qui pugnant, & cõuicia iactãt. Porrò alij auſteri & modeſti eſſe uolentes, occidũt alios mœſticia, neq; bibere neq; cõfabulari cum alijs ſuſtinentes. Qui aũt fuerit uir mãſuetus, & moribus ſatis commodis præditus, is & aliorum facilè perfert moroſitatem: & ipſe, quantum fieri poteſt, indoctũ chorum ad conuenientes modos inſtaurat cõſonãtia & cantu, & familiares compotationib. ſermones infert, dexteritateq; & perſuaſione conciliat præſentes, ut concinnius & amicius inter ſe cõuerſent. Ea quidẽ quæ in compotationib. fiũt, talia ſunt. Conueniunt autem ad publicos mercatus hi quidẽ propter hiſtorias, & alia ſpectacula, & certamina. Et ex his ſi qui ualde huius rei ſunt ſtudioſi, nihil aliud

Dionyſius Bacchus bis natus.

Mercatuũ publicorum conuentus quales.

â ſummo

a ſummo diluculo faciunt. Multi uaria adferunt uenalia, turba forenſis. Alij ſuarum ſpecimen edituri artium, & opificij. Alij ſuam proponunt ſapientiam. Multi quoq; poemata oſtentat, Tragœdiarum & carminũ heroicorum. Multi uerò ſoluta oratione ſcripta commentaria legunt, ocij gratia uenientibus, animum'que oblectare uolentibus moleſti. Hi maximè ſimiles ſunt uibriſſantibus, cantantibusq; in compotationibus, quos audire neceſſe eſt uelis nolis. Inter hos, ſi quis poteſt ſermones dicere utiles atq; conducibiles, & totum conuentum honeſtiorem melioremq; reddere, is ob tumultũ aliorumq; multitudinem cogitur quieſcere, ſecumq; habitare. Plurimi enim perinde affecti ſunt erga philoſophię ſermones, ut erga medicorum (opinor) pharmaca. Neq; enim quis ſtatim ad hæc accedit, neq; mercatur prius quàm inciderit in manifeſtum morbum, membrumq; aliquod corporis doluerit. Neq; etiam illos ſermones audire ſuſtinent ferè, niſi triſte quid cui acciderit, aut res quæpiam uiſa atrox. Cæterùm fortunatum hominem (qualiter uulgus fortunatum appellat) nempe multas ex fœnore pecunias & latifundia poſsidentem, ipſumq; bene ualentem, & liberis ſaluis & uxore, & quandam potentiam aut principatum habentem, magnum abſque bello & ſeditione manifeſtisq; periculis, non inuenias qui ad tales facile accedat, aut dignetur negocium habere cum philoſophicis ſermonibus. Si cui uerò detrimentum acciderit circa uitam, ſiue pauper ex diuite factus ſit, aut infirmus & inualidus ex ualido, aut aliam quandam habet triſticiam, hi familiarius quodammodo diſpoſiti ſunt ad rem, & aliquo modo philoſophorum ſuſtinent ſermones, & quodãmodo fateni ſe indigere conſolatione. Et ſi quis fortè perdat aliquos domeſticorum, aut uxorem, aut filium, aut fratrẽ, rogant, ueniat Philoſophus, & hortetur ad æqua conſideranda, & quomodo quis ferat mediocriter ea quæ ſunt facta, cæterisq; poſsit reſiſtere. Antea autẽ non. Ita enim & circa corpus ferè affecti ſunt fatui. Nam alio quidem tempore nullæ illis curæ eſt, qui poſsint bene ualere: neq; de aeris mutationibus ſunt ſolliciti, ſed cibis & uino & rebus Venereis & alia uictus ratione quàm intemperantiſsimè & ſecuriſsimè utuntur. At ſi quis apprehenderit morbus, tum requirunt medicum, & ſe curare iubent, pleni multa cõfuſione, morbisq; ualidis: quales par eſt, eiuſmodi homines apprehendere, qui ut ne medicis opus ſint habituri, ab initio non conſiderant.

Erga philoſophiã pleroſq; affici, ut ad medicorum pharmaca.

Fortunatus uulgò quis.

DE MELANCOMA. PRIMA, ORDINE *ſecunda.* XXVIII.

QVVM aſcendiſſemus à portu, confeſtim ibamus uiſuri athletas, ut qui totam peregrinationem ſuſcepiſſemus ob certaminum ſpectacula. Quum autẽ ad gymnaſium ueniſſemus, quoſdam quidem uidebamus extrà in ſtadio currentes, magnusq; adhortantium erat clamor, quoſdam autem aliter ſe exercentes. His quidem ut attenderemus, nobis uiſum non eſt: ubi autem maxima eſſet turba, illuc ibamus. Videmus igitur oppidò multos conſiſtentes ad Herculis exedrã, atq; alios ſemper accedentes, alios aũt abeũtes, eo quòd uidere nõ poſſent. Primùm ergo tentabamus aſpicere, digitis pedum inſiſtentes: & uix uidebamus eius qui exercebatur, caput manusq; extenſas. Deinde paulo pòſt interſus peruenimus. Erat autẽ adoleſcens ualde magnus & pulcher: & quũ talis eſſet, maius (ut par erat) & pulchrius illius corpus exercitatio reddebat. Valde aũt ſplẽdidè, cumq;

grauita-

grauitate exercebatur, ut magis certaturi uideretur ſimilis. Poſtquam
autem ceſſauerat ab exercitatione, multitudo'que receſſerat, contem-
plabamur eum curioſius. Erat autem ſimilis ſtatuis accuratè factis, colór-
que cutis illi erat ſimilis æri mixto. Poſtquam autem abijt, quendam ex
præſentibus ſenem ſciſcitabamur, quis'nam eſſet? Qui tetrico uultu
Iatrocles. reſpondit: Hic quidem eſt Iatrocles ille Melancomæ aduerſarius, qui'-
Melancomas. que ſolus illi noluit concedere, quòd quidem in ipſo fuit. Nihil ſiqui-
dem plus faciebat. Succumbebat enim ſemper, interdum per totam di-
em certans: mox enim defarigabatur, ita ut nouiſsimo hoc certamine ha
bito Neapoli, nullum eo citius uicerit. Sed nunc uidetis quàm ſibi pla-
ceat, coramq́ quanta multitudine exerceatur. Puto ego quoque quòd
etiam inſultet illi, & ſanè ueriſimile eſt. Non enim ſolum hanc coro-
nam, ſed etiam alias omnes ſcit illius eſſe. Num (inquam) mortuus eſt
Melancomas? Nam nomen & nos noueramus, ipſum autem nunquam
uidimus. Non ante multum temporis, inquit. Sed hæc tertia opinor di
es eſt à ſepultura. Quia autem in re (dicebam) ab hoc & alijs differebat,
an magnitudine, an animoſitate? Ille (inquit) ô bone, omnium homi-
num, non ſolum aduerſariorũ, animoſiſsimus & maximus erat, ſed in-
ſuper quoq; formoſiſsimus. Etſi quidem priuatus manſiſſet, nihil'que
prorſus egiſſet, propter ipſam pulchritudinem celebris eſſet factus:
quando & nunc omnes ad ſe conuertebat, quôcunque abiret, atque eos
ipſos qui neſciebant quis eſſet: quanquam neque ueſtitu ſeſe ornabat,
neq; alia ulla re magis ſtudebat cognoſci quàm latêre. quum uerò ſe exu
iſſet, nemo quẽquam aliũ ſpectabat, licet multi pueri multiq́ uiri pariter
exercerentur nudi. Quum uerò pulchritudo ſoleat ad delicias ducere e-
tiam mediocriter pulchros, ipſe quum talis eſſet ſpecie, adhuc erat mode
ſtior. Et contemnens quidem pulchritudinẽ, nihil minus tamen eam cõ
ſeruabat, in tam difficili ſtudio. Ceſtibus igitur certans, tam ſanus erat,
quàm curſorum aliquis. Ita autem uehementer exercitabatur, & uſque
adeò uincere poterat labores, ut poſſet duos continuos dies manere
expaſsis manibus, & nemo eum uidit manus demittentem, aut interqui-
eſcentem, quemadmodum conſueuerunt. Prius uerò cogebat aduerſa-
rios à certamine deſiſtere, non ſolum prius quàm ipſe cæderetur, ſed e-
tiam'quàm ipſe cæderet illos. Neq; enim uerberare & uulnerari fortitu-
dinem eſſet putabat: ſed eſſe hoc eorum qui labores ſufferre non poſſent,
& recedere uellent. Sufferre autem tempus, & neque manuum grauita-
te uinci, neque ſpiramine deficere, neque æſtu grauari, hoc eſſe genero-
ſum. Rectè ſanè (inquam) ſenſit. Etenim in bello ignauiſsimi arma ab-
ijciunt, neſcientes quòd nudi magis pateant uulneribus, atque ita magis
uincuntur à labore quàm à uulneribus. Proinde (inquit) ex quo cœ-
pit certare in Pythicis ludis, primus omnium quos nouimus, abſq; equo
perſeuerauit, plurimasq́ & maximas coronas reportauit: aduerſarijs
Melancomas. neque uilibus uſus, neque paucis. Et patrem qui notior erat, Melanco-
mam illum à Caria, qui & alia certamina & ludis Olympicis uicerat, nõ-
dum uirilem ingreſſus ætatem ſuperauit. Ille enim non continenter cer-
tauerat. Talis igitur quum fuerit, miſerè fato functus eſt, quampluri-
mis quidem in certaminibus ſumptis laboribus, nullam uerò rem omni-
um in uita delectabilium expertus. Ita autem ualde ambitioſus erat, ut
morti iam proximus, Athenodorum Pancratiaſten, qui ei amicus erat à
puero, interrogarit, quot'nam eſſent dies reliquæ certaminis? (& ſimul

hæc

hæc dicens, lachrymatus eſt ſenex.) At tibi quidem (inquam) uenia dari poteſt, huius nimiæ mœſticiæ, eo quòd omnino aliquid ad te pertinuerit. Non ad me hercle (inquit) quicquã. Neq; enim cognatus mihi fuit, neq; eius in exercitatione magiſter fui, ſed pueri cuiuſdam ex Pancratiaſtis. Homo autem talis fuit, ut omnes ob eum contriſtentur, qui eum nouerunt. Non ergo (inquam) miſerũ eum uocari conuenit. E diuerſo enim feliciſsimus eſſet, & beatiſsimus, ſiquidem talis fuit qualis dicitur, qui et ſplẽdidos ſortitus eſt natales, & pulchritudinẽ atq; inſuper fortitudinẽ & robur, modeſtiamq́;, quæ maxima bona ſunt: & quod admiratione digniſsimũ eſt, inter homines inuictus fuit, non ſolũ ab aduerſarijs, ſed etiã à labore & æſtu, & uẽtre, rebusq́; Venereis. Oportet enim primùm ab his inuictũ eſſe eum, qui ab aduerſarijs noluerit comprehendi. Voluptates uerò quis maiores cæpit, quàm ille: qui quum ambitioſus eſſet, ſemper uicit, ſeq́; eſſe admirationi ſenſit? Et mihi illum ualde uidentur dij dilexiſſe, & maximè morte honoraſſe, ut nihil ſentiret atrocium. Neceſſe enim erat, progredientibus annis illũ pro pulcherrimo turpiorẽ fieri, proq́; fortiſsimo imbecilliorem, forſan & alicubi cõprehendi. Quiſquis autem maximis perfruitus bonis, rebusq́; optimè geſtis diſcedit è uita, ille feliciſsimè morit̃. Inuenias aũt & ex antiquis quoſdã dijs charos, qui citò ſunt defuncti. Quos' nam (inquit) hoſce dicis? Achillem (inquam) & Patroclum, & Hectorem, & Memnonem, & Sarpedonem. Quũ autem & alios inſuper nominarem: Hæc quidem (inquit) bene dixiſti ad hominum cõſolationem. & uellem ſanè te amplius audire: ſed iam tempus eſt puerum exercitare, & abeo.

Feliciter mori quid.

DE MELANCOMA: SECVNDA, ORDINE *prima.* XXIX.

AT mihi quidem, ô uiri, neq; quid dicam in mentem uenit, ob triſticiam pariter & ſtuporem repentini mali. Non enim ſolum propter magiſtratum quem gero, magis ad me quàm ad alios ciues pertinet quod accidit, ſed etiam priuatim mihi amicus fuit Melãcomas ſuper omnes, quemadmodum & ueſtrûm plurimi nouerunt. Et mihi ſanè abſurda uidetur cõſuetudo, quæ circa mortuos obſeruatur: quia ijs maximè qui nulla ægritudine affecti ſunt conuenire puto, ut de illis dicant. Qui enim uehementer animo perturbantur, ob idipſum orationem habere nequeũt. Præterea hoc quoq; ætatis ſum, quo uis dicẽdi in omnib. minus uiget: gaudiũ uerò atq; ægritudo ualidiſsima fiũt. Cæterùm quoniam pluris æſtimatur, ſi dux militem mortuum laudet, pluris etiã eſt laus à magiſtratu omni q̃ à plebeio, & mihi dicendũ eſt propter magiſtratũ, quãtum potero. Deceret aũt & illius uirtutẽ, meãq; adoleſcentiam nihil longè repetere, neq; magis accuratã quàm ingenuã laudem adferre. Primùm quidem ex uera nobilitate genus ſortitus eſt. Non enim ſi cui cõtingit à diuitibus originẽ trahere maioribus, immò neq; à regibus, cętera ignauis, ille bène natus eſt: ſed qui naſcũtur ex ſtrenuis, quemadmodũ hic quo de agimus. Suus enim pater excelluit inter omnes ſui tẽporis, ſummis uirtutibus, magnanimitate & robore. id quod uictoriæ demõſtrãt, quas adeptus eſt & in Olympicis, & in alijs certaminibus. Ipſe aũt fuit hominũ pulcherrimus, nõ modò huius ſeculi, uerùm (ut conijcere licet ab excellentia) etiã omniũ ſimpliciter qui quouis ſeculo nomen ſunt adepti ob pulchritudinẽ, quicũq; fuerunt mortales. Alij enim qui habiti ſunt formoſi, partib. quibuſdam corpo

Melancomæ nobilitas.

Pulchritudo eiuſdem.

tis præditi decentibus uiſi ſunt formoſi: quum uiſus ſemper iucundiſsima uidere uelit, negligat'que deteriora. Quidam uerò ſpecioſum corpus natura non ſunt nacti, iuuentus autem illis acceſsit: deinde qui uincebantur à iuuentutis decore, eos'que uidentes, pulchritudinem eam appellarunt, quum ſemper iuuentus floreat in omnibus & animalibus & plantis. Tales igitur inuenias ſexcentos, qui ijdem nunc pulchri habẽtur, nunc turpes: qui'que his quidem ualde placeant, apud alios uerò nullo habeantur in precio. Integra autem & uera pulchritudo, omnibusq; admirãdã, nondum cuiquam obtigit, ſicut huic. In toto enim corpore eam poſſedit, & ſemper ſimiliter & ante pubertatem, & poſt: neque mutata eſt, licet huc uſq; ætatis perueniſſet: neq; etiam ſi ad longiſsimam ſenectutem proceſsiſſet, foret obſcurata. Hoc uerò indicium eſt excellentiæ. Neq; enim ſolum inter plebeios dijudicatus præcelluit, neque à paucis ſpectatus admirationi illis fuit, ſed ſemper ferè inter omnium pulcherrimos athletas conuerſatus eſt. Qui enim maximi & ſpecioſiſsimi habentur, plurimãq; corporum curam gerunt, illi ſunt. Conſpectus eſt autem propemodum ab omnibus hominibus. Nulla enim ciuitas eſt inſignis, neque gens ulla, quò non peruenerit: & apud omnes ſimiliter eandem habuit gloriam, quòd neminem uidiſſent pulchriorem. Ille igitur, quum quãplurimis quidem eſſet admirationi, inter pulcherrimos autem ſolus haberet pulchritudinis famam, manifeſtum eſt, diuina eum fuiſſe quadam forma præditum. Proinde ego primùm eum beatum dico ob pulchritudinem, quæ humanorum bonorũ

Pulchritudo bonorum omnium illuſtriſſimum. illuſtriſsimum eſt, & iucundiſsimũ tam deis quàm hominibus, habentiq; promptũ & cognitu facilimum. Nam alia bona quum cui adſunt, latent ferè, ut fortitudo & prudentia, niſi ex facto quodam demonſtrentur: pulchritudo uerò non poteſt latère. Siquidem & habenti apparet: & dicere poſſes quòd etiam prius, atq; etiam alijs acutũ ſui ſenſum præbet. Præterea quoq; alia bona inuidioſa ſunt, & inimicos habent: pulchritudo autẽ ſui ſenſum hábentes facit amicos, nullumq; ſibi inimicum permittit fieri. Si quis uerò dicit, me pulchritudinis recitare encomium, non uiri: non rectè reprehẽdit. Statim enim etiã uiri laus dicet, quando illius fortitudinẽ recitabimus. Vbi enim dubitari poteſt quem eſſe talem, tunc demonſtrandum eſt: ubi autem non poteſt, natura boni laudanda eſt, quod cui ineſt. Huius enim laus ſimul & ad habentem illud pertinet. Maximè uerò quis admiretur

Fortitudo Melancomæ. Melancomam, quòd quum forma talis eſſet, fortitudine præſtiterit. Videtur enim mihi, quòd contenderit animo aduerſus corpus, conatusq; ſit ut propter hunc glorioſior fieret. Sciens igitur, inter fortitudinis facta, honeſtiſsimum pariter & laborioſiſsimum eſſe athletarum ſtudium, ad hoc ſe cõtulit. Factorum enim bellicorum & tempus non erat, & exercitium leuius eſt, atque etiam mea ſententia illo inferius. Solius enim animoſitatis oſtenſio in bellicis eſt: athletarum autẽ ſtudium, pariter & fortitudinem, & pariter animoſitatem, pariterq; robur, pariterq; modeſtiam inſerit. Proinde etiam inter athletarum ſtudia non facillimum elegit, ſed difficilimum: ceſtuum enim certamini ſtuduit. Difficile eſt etiam in minimo opere ad ſummũ peruenire, nedum in maximo & difficilimo omnes ſuperare, quemadmodum hic. Et coronas quidem illius recitare, & certamina in quibus uicit, apud uos ſcientes ſuperfluum: maximè quũ & alios quis dicat, eaſdem adeptos. Quod autem nemo eſt adeptus, noſtis quidem ſimiliter: propter hoc ipſum tamen dicendum eſt. Neſcientibus enim neq; creditu facile, quod cum tot tamq; ſtrenuis aduerſarijs certans, à nullo uictus ſit, ſed ipſe omnes ſemper uicerit. Atqui neq; ducem quis inueniat omni tempore inuictum,

Athleticæ.

Ceſtuum certamen.

neq;

neq; ſtrenuum bellatorem, qui non aliquando ex pugna fugerit. Neque enim quia citò deceſsit, propterea quis dicat eum perſeueraſſe. Lōgè enim plurima certamina certauit, in experimento peccandi, non in longitudine temporis. Præterea & ob hoc illius factum quis obſtupeſcat, quòd neque percuſſus neque percutiens uicerit, Tanto ſuperior erat robore, & laboris tolerantia. Frequenter enim per totum diem decertauit in uehementiſsimo anni tempore: cum'que poſſet citius uictoriam aſſequi percutiēdo, noluit: exiſtimans plagis & optimū quemque à uiliſsimo uinci poſſe, ſi ita cadat. uerisſimam uerò eam eſſe uictoriam, quum aduerſarius integer & abſq; uulnere cogitur cedere. Tum enim non à uulnere, ſed à ſemetipſo uinci. Et toto quem corpore cedere, & non percuſſa ſolum parte, ſplendidum. Feſtinantem autem uictoriam adipiſci quàm poteſt ocyſsimè, & percutiendo, manus'que conſerendo, illum iam uictum eſſe ab æſtu & tempore. Si quis uerò hoc non credit, animaduertat, quòd ſues & cerui, donec ipſis robur ſuppetit, neque hominibus neque canibus congrediuntur: quum uerò uicti fuerint, & defecerint, tunc aggrediuntur cominus, magis'que uolunt uulnerari, moriq;, quàm amplius ſuſtinere perſecutionem. Similiter etiam uiri in bello, tametſi ſciant quòd magis cædantur fugientes quàm reſiſtentes, eo tamen quòd nolint diutius laborem perferre, terga dant percutienda perſequentibus. Ita uulnera contemnere, non eſt fortitudinis, ſed ignauiæ. Puto me iam in hoc omnia dixiſſe, & de fortitudine, & de animoſitate, deq; continentia atq; modeſtia. Niſi enim fuiſſet continens & modeſtus, non adeò (opinor) robore excelluiſſet, etiamſi natura fuiſſet fortiſsimus. Atque equidem dicere non contarer, eum non minorem uirtutem habuiſſe, quàm ueterum Heroum quemlibet, quos omnes laudibus celebrant: uel eos qui circa Troiam bella geſſerunt, uel qui poſtea barbaros è Græcia expulerunt: ſiquidem tunc geſtum eſt, quòd illos geſsiſſe dicitur. Atque in uniuerſum ego hoc certaminis bellicæ uirtuti præfero, quia primùm quidem in illo fortes, etiam in hac præſtarent. Qui enim corpore robuſtiſsimus eſt, plusq; temporis laborem ſufferre poteſt, is mihi & abſq; armis & cum armis ſtrenuus fore uidet. Deinde non eſt ſimile, certare aduerſus plebeios, & per omnia ignauiores: atque ex omni orbe terrarum fortiſsimos habere aduerſarios. Et illic quidem qui ſemel uincit, aduerſarium interficit, ut cum rurſus ipſum non habeat aduerſarium: hic autem uictoria de illa die eſt, deinde & uictos ſimiliter uictor aduerſarios habet, & ex aliis quemlibet qui uelit. Præterea hic quidem melior ſuperar peiorem, nulla enim re alia quàm animoſitate & robore uincere oportet: in bellis uerò, uis ferri multo fortior exiſtens humana natura, non ſinit corporum uirtutem examinari. Sæpenumero autem & ab ignauis fortiores occiduntur. Verùm de athletarum ſtudio, deq; athletis hactenus: quum demonſtratum ſit, eum hoc in ſtudio fuiſſe optimum. Forſan autem & mihi & præſentibus hic ſermo conuenit, quo hunc optimum fuiſſe demonſtremus. Qui enim præditus fuit corporis pulchritudine, præditusq; fuit fortitudine & animoſitate, inſuper & modeſtia, atq; inuictus fuit, hoc uiro quis'nam dicat aliquem eſſe feliciorem? Porrò eidem ineſſe difficilimum eſt fortitudinem pariter, & pulchritudinem, modeſtiam'que. Pulchritudo enim homines maximè mollit, perſuadetq; deliciari, ut nullius alterius gloriæ indigos, quum quis & celebris factus eſt ob formam, ſocordia'que eſt ſuauior. Inuenias autem à principio reputans, pulcherrimos ex prioribus complures, nullum fortitudinis neque uirtutis facinus deſignaſſe. Sed Ganymedes quidem eo quòd puer ex hominibus ſublatus eſt, nihil uidetur

Victoria optima que.

Vulnera contemnere, non fortitudinis eſt, ſed ignauie.

Bellica uirtus te potior uirtus athletica.

Pulchritudo cum fortitudine & modeſtia rarò iuncta.

Ganymedes.

* *Adonis.* ſplendidum feciſſe. De Adonide uerò, & Iaſone, aut ſimilibus, quicunque
Iaſon. magnam ob formam adepti ſunt gloriam, nihil preterquam de pulchritudi
Theſeus. ne audimus. Solos autem quis dixerit ex ualde pulchris fortes fuiſſe The-
Achilles. ſeum & Achillem, atque his non admodum modeſtia inerat. Neque enim
unquam ille quidem Helenam ui rapuiſſet, neque hie mouiſſet ſeditionem.
Hippolytus. Hippolyto ſanè modeſtia erat: an fortis uerò fuerit, incertum. Neq; enim
uerum indicium eſt uenatio. Verùm, qui ita omnia inter homines bona
poſſedit, dignus etiam eſt, ut morte beatus prædicetur. Nam ſi longiſsimũ
tempus hominibus optimum foret, hac ratione quis eum ſanè deplorare
* poſſet: nunc uerò, quum hominibus breuiſsimum omne uiuendi tempus
datum ſit, plurimos inuenias, quibus longè melius fuerat citò deceſsiſſe:
tot calamitates apprehendere ſolent. Præterea & ex antiquis eminentiſ-
ſimos audimus, neminem multos uixiſſe annos, Patroclum & Antilochũ,
inſuper & Sarpedonem & Memnonem, & Achillem & Hippolytum: &
Bœotos illos Othum & Ephialten, quos maximos & pulcherrimos fu-
iſſe ait Homerus, poſt Orionem, atque illum ipſum. Sed hi quidem per in-
ſipientiam perierunt. Alios uerò, quos dixi, deorum filios & nepotes ap-
pellauerunt. Non ergo dij ſuis ipſorum liberis, & quos maximè dilexe-
runt, uelocem præſtitiſſent mortem, niſi bonum hoc hominib. exiſtimaſ-
ſent. Hæc igitur, ô uiri, uos cogitare, atque illum beatum cenſere conue-
nit: uosq; ipſos nihilo minus propter hoc labores laudemq; ex ſtrenuis fa
ctis appetere, ut ſi cui acciderit ocyus hinc decedere, ne ſe putet aliquo bo-
no priuatum iri: (qui enim inſignem gloriam conſecutus eſt, plenus bo-
norum hinc decedit) ſed exercete uos alacriter in certaminibus, laboresq;
capeſsite: ac iuniores quidem exiſtimate uobis illius relictum locum, ſe-
niores uerò condignè proprijs operibus bene de illis ſentite: ut conuenit
uiros qui ad laudem & gloriam uiuunt, & uirtutis ſunt ſtudioſi. Defun-
Defuncti non ctum uerò memoria honorate, non lachrymis. non enim decet hic honor
honorandi la generoſos à generoſis: neque Homerum laudauerim, quòd dicit irrigatã
chrymis. eſſe arenam & arma Achiuorum lachrymis. Sed ille quidem poeticam ſe-
cutus eſt uoluptatem, lamentorum excellentiã oſtentans: uos autem, ferte
id quod accidit moderatè.

CHARIDEMVS. XXX.

διαλογισμός. AVDIVERAM quidem & diu antè, quàm uos uiderẽ,
de Charidemi morte. Statim enim atq; huc appuli, percõ
tabar cùm de alijs quibuſdam, tum maximè & de his am-
bobus, ubi & eſſent, quidq; rerum agerent. & mihi qui-
dam oblatus eſt, non admodum illorum habens noticiã:
ſed ut nomina audiuit, quærebat, an Timarchi filios dice
rem? Et me annuente, horum narrabat alterum (dicebat
autem de iuniore) in Meſſene adhuc eſſe, propter luctum fratris: ſeniorem
enim diem ſuum obijſſe. Manifeſtè ergo nunciabat, Charidemum obijſſe.
Et tum quidem dubitatio quædam ineſſe uidebatur, etiamſi homo perſpi-
cuè dixiſſet: deinde aũt diligentius cognouimus. Et arbitror ſanè meipſum
non minus quàm uos morſum eſſe: magis enim dicere nefas eſt, neq; pium
nobis, nempe quòd quis eum magis amauerit, quàm uos, pater & frater.
Quãquam haud adeò multum natura ualere uidetur apud malos. ueluti &
circa illum Opuntium audio fuiſſe gratioſum & egregium adoleſcentem:
ſed tamen eum, quum amiſiſſet & noſtrum & ſuum amicum, minus contri-
ſtatum fuiſſe aiunt, quàm ſi quid aliud ex ædibus perdidiſſet. At uos ſanè
pror-

prorſus uidemini huius calamitatis moleſtiam ſentire: & non eſt mirum, quando & ueſtræ ciuitati & toti Græciæ utilis erat talis uir, diutius in uiuis permanens, qualis Charidemus mox erat futurus. Non enim ego quenquam eo adhuc adoleſcente uidi animoſiorem, neque meliore indole præditum. Si tu quidem noſſes, quomodo erga te affectus erat, multo certè magis eum laudares. Mihi enim uidebatur, quòd te & mihi patri, non ſolum alijs hominibus præferret: qui & in ægritudine, & poſtquam iam ferè morti eſſet proximus, nosq́ intus eſſemus, & alij cognati, notíque ciues, te nominabat, quum iam admodum uix poſſet loqui: nobisq́ mandabat, tibi, ſi quando te conueniremus, dicere, quòd tui memor moreretur. Quippe intelligere & diſſerere uſq ad nouiſsimã horam poterat. Quin etiam uiuens ita affectus erat, ut te & taciturnitate & inceſſu & alijs omnibus imitaretur: ut dicebant, qui norunt. Non ille in his neque me neque alium quenquam imitabatur, ſed habebat à natura. Antea autem fortaſſe uos latuit, quum adhuc eſſet pueri deinde ætate progrediens, manifeſtior factus eſt. Multo enim magis illum decuit, quàm alium quempiam, uirilitas illa, & grauitas habitus. Sed nunquid ijs uobis moleſtus fuit, aut tetricoſior uobis eſt uiſus? Mihi quidem uidebatur multis eſſe hilarior, adq́ ludendum promptus, quicunque ludi ſunt honeſti. ſemperq́ ſubridere ad familiares. Ridentem uerò eum impudenter, haud frequenter uidi. Nihil ergo nobis moleſtus fuit. Quippe demum laudabatur etiam à multis, magisq́ illum reuerebantur ciues duos & uiginti natum annos (tot enim natus deceſsit) quàm & ſeniores atque magni nominis quoſdam. At nunquid aliud uobis mandauit, aut diſſeruit moriens? Multa & præclara: ut mihi uideatur, illi hoc innatum fuiſſe, qui hoc ætatis è uita diſcedens, non ſolum non lamentabatur ſeipſum, aut perturbati erat ſimilis, ſed è diuerſo nos conſolabatur. Et tandem accerſitum puerum iuſsit ſcribere, tanquam numine afflatus, quandam nobis conſolationem: ut ego ſuſpicarer, ne fortè ex mentis deliquio iam propter mortem id faceret: niſi ij qui aderant, mirabiliter laudaſſent. Habes ergo quæ ſcripta ſunt? Prorſus. Præcipe recitari. At erubeſco, ne non rectè habeant: ut à iuuene, & in tali tempore, dicta. Nam & ille uidebatur mihi te uno præſente plus abſtenturus fuiſſe ne quid diceret, quàm cæteris omnibus. Non alieno lecturus es, ô bone: atq́ ſimul non adeò ſenſum cupio cognoſcere, quantum animum, quo dixit, an reuera tranquillo animo & conſtanter deceſſerit. Sunt autem hæc. Quæ nobis quidem acciderunt, ſic facta ſunt ut Deo uiſum eſt. Nihil autem quod ab eo fiat, durum exiſtimandum, neque grauiter ferendum eſt: ut & alij ſapientes admonent, & maximè Homerus, dicens, non reijcienda eſſe hominibus deorum dona: rectè deorum opera dona nominans, quòd omnia ſint bona, boníque alicuius gratia fiant. Ego igitur ita ſentio, & amplector manſuetè fatum: haud alio tempore hæc dicens, ſed eo inſtante, mortemq́ uidens tam propinquam. Vos autem credite mihi, quia magis, atque uos, curam habui ueritatis: & quantumcunq́ poteritis, nolite concedere luctui & dolori, eo quòd nihil acerbi mihi acciderit, etiam ſi quis in orationem difficillimam incidat. Eam autem uobis dicam, non ſanè delectabilem, neque gratioſam (neq́ enim opinor ad noſtram gratiam habita eſt) continentem autem fortaſſe aliquid mirabile. Ait enim, quòd è Titanico ſanguine ſimus nos omnes homines procreati. Vt igitur illi dijs fuerunt inimici, bellumque aduerſus deos geſſerunt: ita neq́ nos ijs amici ſumus, ſed punimur ab ipſis, et ad ſupplicia facti ſumus. Qui igitur iam diu ſatisq́ fuerunt in cuſto-

Charidemi iamiam morituri oratio.

Homines omnes è Titanico genere procreati.

Mundus carcer. dia, ſoluuntur & liberantur. Eſſe autem hunc locum quem mundum nomi namus, carcerem à dijs fabricatum, ſæuum, & aere peſtilente plenum, nunquam eandem cõplexionem aeris & ſtatum cuſtodientem: uerùm nũc quidem frigidum & gelidum, uento & luto & niue & aqua implicatum, nunc uerò rurſus calidum & æſtuoſum. modicum quoddam omnino anni tempus mediocriter diſpoſitum: decidere tamen etiã in eo fulmina exurentia, uentosq́ impetuoſos innaſci, atque interdum totum funditùs commoueri. Hæc autem omnia eſſe pœnas acerbas. Homines enim ab ijs, ſi quando accidunt, perterreri ſemper, & metu affici. Adhæc, quum ſuſtinere aeris uicia & mutationes nequeamus, alios rurſum nos excogitare paruos *Domus et urbes parui carceres.* carceres, nempe domos & ciuitates, ligna & lapides componentes, quemadmodum ſi quis in magno carcere alios anguſtiores inædificet. Et hæc naſcentia, & fructum hunc è terra idcirco prouenire, ut durare queamus, tanquam uinctis cibum præſtitum, iniucundum & uiciosum. Nos tamen alioqui eum magnifacere, propter neceſsitatem & indigentiam. Quippe & ijs qui à nobis puniuntur, quæcunq́ quis præbeat ob famem conſuetudinemq́ ſuauia uideri. Et cibaria hæc in ueritate quidem praua & corrupta eſſe. Manifeſtari autem corruptionem, ex corporum infirmitate: deinde, quòd non ſunt in promptu, neque omnibus abundè ſuppetũt, ſed cum immenſis laboribus & afflictionibus acquiruntur. Nos autem compoſitos *Homines ex anima & corpore uelut tortoribus compoſiti.* eſſe ex ijs quæ nos torqueant, nempe ex anima & corpore. Illam enim deſideria & ægritudines, & iras & timores, curasq́, & ſexcentas tales in ſe habere affectiones, atq́ dies noctesq́ ſemper ab his diſtendi & rotari. Etenim quicunq́ etiam moderatius affectus eſt, in uniuerſum tamen ab horum nullo plenè abſolutus eſt: ſed quemadmodum feras intus habet incluſa, ui pariter & ſuadela quadam coacta quieſcere. Si uerò uel modicum ceſſet incantando & attendendo, continuò tum ualde ea moueri. Corpus autem uertigines & ſpaſmos, & morbos comitiales, atque alias habere ægrotationes, quantas nemo ſermone conſequi queat: ut quod ſanguinis & ſpiritus plenum ſit, præterea & ex carnibus & neruis & oſsibus conſtet, ex mollibus & duris, ex humidis & aridis, breuiter ex diuerſiſsimis. Et cibaria, ut dixi, quum ſint pernicioſa, & aer uariè diſpoſitus, in corporibus alios quidem morbos intendere, alios autem excitare qui prius non uidebantur ineſſe, inerant autem in corporum natura. Et hæc quidem mala intus in nobis ipſis premere: alias autem pœnas extrinſecus accidentes, ſi quis cõparet, ex natura oriẽtibus, eſſe leuiores. Ignis enim & ferri natura, & plagarum & aliorum, acutè & citò ſenſum perimit, ſi quis uel paululum modum tranſcendat. Morbi autem nonnunquam ſenſum extendunt in longum tempus. Talibus ergo & tantis tormentis compreſſos homines in hac cuſtodia & hoc carcere, manere præfixum unumquemque tempus: neq́ antè diſcedere plurimos, quàm alium ex ſe procreatum relinquant cruciatuum ſucceſſorem, partim unum, partim plures. Manere autem eos non ſponte, ſed una omnes catena uinciri, & corpora & animas: ſicuti noſtro ſeculo uidere licet in una catena multos ex ordine uinctos, hos quidem paruos, illos uerò magnos: & hos quidem deformes, illos autem formoſos. Nihilo uerò minus omnes ex æquo in eadem neceſsitate teneri. Similiter autem & fortunis, & glorijs, & honoribus alterum ab altero ſuperari, quemadmodum corporibus. Eſſe enim hos quidem reges, illos aũt priuatos: & hos quidem diuites, illos autem egenos. Et nihil ſanè propter hoc minus affligi, & teneri eodem uinculo eos qui beati uocantur, quàm pauperes & ignobiles; ſed magis illos etiam, quàm hos. His enim,

quum

quum ſint macriores, uinculum relaxari, & remiſsius cuiq; circumdatũ eſſe. Reges autem, & tyrannos, utpote inflatos animo, & admodum bene habitos, magis premere, & arcta eſſe illis: quẽadmodũ ijs cõtingit qui corpore uincti ſunt. Craſſos enim & tumidos magis, quàm tenues & inediam paſſos, uinculum cõſtringit. Quoſdam ſanè, & hos admodũ paucos, remiſsionem quandam habere à deo: & uinctos quidem eſſe, ſed leuiter, propter moderationem, de quibus poſtea dicemus. Antea autem dictu dignum eſt, ut ego olim puer ab homine circulatore audiui, qualem dixerit eſſe catenam, non hiſce ſimilem ex ferro & ære factis, ſed multo fortiorem: uerùm quod ad formam connexionemq; attinet, haud diſsimilem. Quemadmodum enim iſtæ ex quibuſdam annulis ſunt fabricatæ, mutuò immiſsis, & hoc à principio uſq; ad finem: ita & illam habere, qua diximus homines à dijs uinciri. Compactam uerò eam totam ex uoluptate atq; ægritudine, & hæc ſibi inuicem iugiter implicari, iucundum & moleſtum, & alterum alteri ex neceſsitate ſemper cohærere, quemadmodum (opinor) annuli catenę. Sequi autem poſt magnas uoluptates, magnas ægritudines: poſt paruas uerò, minores. Et maximam tandem in fine eſſe uoluptatem, nempe mortem: atq; propterea ante ipſam, & ægritudinem contingere maximam. Manifeſtum eſt enim, quòd homini nulla maior ægritudo neq; dolor accidere poſsit, quàm is eſt qui trahit ad mortem. Dicebat autem & uiritim alia eſſe uincula, his quidem minora, illis autem maiora circũdata, tanquam compedes: uocari uerò ea à nobis Spes. Quemadmodum igitur compedes eſſent in infima corporis parte, & circa extrema membra: ita & ſpes in infimo eſſe, & circa extremã uitæ partem, & maximè in ditionẽ redigere homines, cogereq; omnia pati & ſuſtinere. Stultis igitur & ſtolidis, ualde tumidas eas eſſe cõpedes, & percraſſas: induſtrijs uerò, relaxatas eſſe, & tenues circumdatas. Et ſanè etiam eas aſsimilauit limæ alicui, admodũ uiriliter imaginem ſequens: hanc enim ſolos aiebat inuenire induſtrios & acutos. Reconditam quippe eſſe planè diligenter: quemadmodum ſi quis in carcere limam abſcõdat, ne quis ea captiuorum reperta, ſemetipſum ſoluat. Ergo honorum & laborum cupidos, uix quidem eam, ſed tamen inuenire. Eam uerò ab ipſis uocari Rationem. Simulac igitur inuenerint, & uti, & limare uincula, & facere catenæ partem, quæ eos tenet, quantum fieri poteſt tenuiſsimam & infirmiſsimã, donec fieri poſsit ut abrũpant & uoluptates, triſticiasq;. Tardè autẽ hoc fit. Vix enim eas ratio, utpote ſolidas & adamãtinas, attingit, & paulatim abedit. Omnino uerò eas abſumere & diſſecare haud poſſet. Cuicunq; hoc pharmacũ innatũ fuerit, atq; induſtriè eo fuerit uſus noctes'que dies'que, quantucunque poteſt, facile is iam cuſtodiam tolerat, & circumambulat ad alios tanquam ſolutus: & fato inſtante facile recedit, ut qui haud amplius ui detineatur, neque conſtringatur. Ex his quoſdam dij nonnunquam aſſeſſores ſibi faciunt, propter uirtutem & ſapientiam, planè à ſupplicijs liberatos. Hæc dixit uir mea ſententia moroſus, multiſq; afflictus moleſtijs in uita, ſeroq; ueræ eruditionis ſenſum accipiens: at hæc uera non ſunt, neque deos decent. Eſt autem melior hoc alius ſermo, quem ego multo dixerim promptius. Audiui uerò eum ex homine agricola in agreſti rhythmo & cantico: uerùm hoc quidem fortaſſe nihil nos oportet imitari, intellectum uerò conabor memoriter recitare. Dicebat autem, laudibus celebrans Iouem & alios deos, quòd boni eſſent, noſq; amarent, utpote qui eſſemus illorum cognati. A dijs enim creatum eſſe aiebat humanũ genus, nõ à Titanibus, neq; à Gigantib. ortum.

Catena cuiuſmodi à dijs cõſtricti inter ſeſe homines.

Spes.

Ratio.

Humanum genus à dijs creatum.

ortum. Quando enim omnia habebant in manu, ſicuti coloniam quandam
ſuam: ita homines in terram deſertam deduxerunt, collocaueruntq́ ſub
minoribus quidem honoribus & opibus; paribus autem iuribus & legi-
bus, quemadmodum magnæ & felices ciuitates minores faciunt inhabita-
ri. Et mihi uidebatur dicere, haud apponens ipſa nomina, ut Athenienſes
Cythinos aut Seriphios, aut Lacedæmonij Cytherios antiquitùs ſub iiſ-
dem legibus deduxerunt: & eorum imitamina apud horum quoſq; uide-
re licet, in deorum cultu & republica, quam conditores habent, infirma au-
tem omnia & deteriora. Differentiam uerò non æqualem eſſe. Hos enim
ut homines ab hominibus differre, deorum autem excellentiam erga nos
infinitam quandam eſſe. Donec igitur uita fuit recenter adhuc inſtituta,
deos ipſos aduenisſe, & miſiſſe à ſe tanquam prætores & principes, qui re-
rum hominumq́ curam gererent, ut Herculem & Dionyſum & Perſea,
atq; alios, quos partim deorum filios eſſe audimus, partim eorum nepotes
apud nos natos. Deinde eos tandem permiſiſſe noſtro arbitrio res guber-
nare, ut poſſemus. Atque tum peccata & iniquitates euenisſe. Cecinit ue-
rò & aliud canticum. Quòd mundus, domus ſit ualde pulchra & diuina à
dijs inſtructa: quemadmodum ab appellatis felicibus diuitibusq́ homini-
bus domos quaſdam uidemus poſtibus & columnis auroq; & picturis or-
natas, faſtigia quoq; & muros ianuamq́ fabricatos. Similiter etiam factum
eſſe mundū ad diuerſoriū & lęticiam hominum, ſpecioſum & uariū aſtrisq;
& ſole & luna, terraq; mariq; & plantis, quę ex deorū diuitijs & arte illorū
ſunt cōparata. Aduenire uerò homines in mundū hunc, tanquā ad diem fe-
ſtum à deorū rege inuitatos, ad conuiuia & dapes ſplēdidas, omnibus frui-
turos bonis. Recumbere aūt alios alibi, ſicut in cœnis: hi quidem meliorem
regionem, illi autē uiliorem ſortiti. Eſſe autem omnia ſimilia ijs quæ apud
nos fiunt in diuerſorijs, præterquàm quòd paruis & ignobilibus diuina &
magna comparamus. Lucem enim apud nos à dijs præberi duplicem per
luminaria quædam, nunc quidem multam, nunc uerò minorem: hanc no-
ctu, illam interdiu. Appoſitas quoq; eſſe mēſas omnium bonorum plenas,
& frumenti & pomorum, partim ſponte naſcentium, partim ex cultura: pre-
terea & carnium manſuetarum & ferarum, quin etiam animantium ex ma-
ri. Menſas autem eſſe dicebat, (ualde ruſticè) & prata & campos & ſaltus et
littora, in quibus hæc quidem naſcerentur, illa autem paſcerentur, alia ue-
rò uenatu apprehēderētur. Alia porrò alijs plura ſuppetere, ut in qua quiſq;
menſa recubuiſſēt. Hos enim ad mare, hos uerò in cāpis, alios deniq; in mō-
tib. recūbere. Miniſtrare uerò aiebat Horas, ut minimas natu dearū, bene ue-
ſtitas, aſpectuq; pulchras, nō quidē auro exornatas, ſed omniū florū corōis.
Diſtribuere eas aūt & flores ipſos, atq; alia curare quæ ad cōuiuiū pertinēt:
hæc apponētes, illa auferētes opportunè. Haberi aūt & choræas, & aliā om-
nem iucunditatē. Locū uerò hunc quem habere uidemur, agricultura et ue-
nationib. & plantationib. talē eſſe, ut accūbentib. unūquodq; porrigat, ma-
nuq; carpere faciat. Quod autē dixit aliū alibi accūbere, huic & aeris cōple-
xio cauſam prębet. Hos enim primos, illos uerò ultimos magis q̃ alios eſſe:
atq; hos in frigore, illos in aeris tēperie: atq; hos luci propinquos, illos pro-
cul à luce. Lætitia igitur & cōuiuio nō omnes ſimiliter, ſed unūquenq; iux-
ta ſuā uti naturam. Luxurioſos enim & incontinentes neq; uidere neq; au-
dire quicquam omnium, ſed cernuos comedere, ſicuti in hara porcos, dein-
de ſomnū appetere. Porrò quoſdā eorū nō eſſe cōtentos præſentibus, ſed ad
longinqua manus extēdere: ueluti, quum ſint mediterranei, piſces appe-
tere,

Homines in hūc mundum uenire tanquā ad conuiuiū à Ioue inuitatos.

Horæ.

tere, multaꝗ habere negocia. Alios autē eſſe inexplebiles & miſeros, metuendo ne quando ipſis deſit: atꝗ ideo ad ſe cōgregare et coaceruare quęcunꝗ poſſunt. Et poſt hęc, quum illis abeundum ſit, ire nulla re aſſumpta, ſed ualde egenos, & derelinquere illa alijs. Neꝗ enim licet quicquam ſecum auferre. Hos ergo eſſe deridiculo, ſeꝗ inhoneſtè gerere. Alios autem teſſeris, alios talis ludere. Eſſe autem teſſeras taloſꝗ, non quales nos nominamus: ſed hos quidem aureos, illos uerò argenteos, quam nos monetam appellamus, pro qua diſsident, conaturꝗ quiſꝗ plus habere. Maximum uerò tumultum & dehoneſtamentum hos præbere aleatores, & uideri conuiuarum eſſe moleſtiſsimos. Nonnunquam enim eos pugnare cominus, & uulnerare mutuò. Maximè autem ebrios hoc deſignare. Inebriari uerò eos non à uino, ſicut apud nos, ſed à uoluptate. Hunc enim potum in conuiuio pręberi à deis, ad redarguendos uniuſcuiuſque mores. Duos autem aſtare pincernas: alterum maſculum, alteram fœminam. Nominari autem apud eos, illum quidem Animum, hāc autem Incontinentiam. Prudentes ergo maſculum habere pocillatorem, eoſꝗ ab illo duntaxat accipere, idꝗ rarò, & paruis calicibus, & potum admodum tutò temperatum. Præſtò enim eſſe unum craterem, nempe Modeſtiæ. Stare enim multos in medio, guſtu ualde differentes, ut mulrorum uinorum. Eos autem eſſe aureos & argenteos, præterea & extrà animantia in circuitu habere, & flexuras quaſdam, & tornaturas. Illum uerò Modeſtiæ & læuem eſſe, & non magnum, & ut quis conijcere queat, æneum. Inde igitur frequenter ſumētes & commiſcentes, oportet modicum quid uoluptatis bibere. Quibus aūt eſt Animus pocillator, ille infundit metuens, animaduertenſꝗ ne quà in temperatura peccet, offendatꝗ conuiuā, & decipiat. Porrò Incontinentiam plurimis quidem infundere meram uoluptatem, & ne modicum quidem modeſtiæ admiſcere: alijs uerò omnino modicum quid, rationis gratia. hoc uerò continuò dilutum fieri, & nuſquam apparere. At uerò bibentes non interquieſcere, ſed eam hortari ut properet, iubereꝗ citius ad ipſos eat, & unumquemꝗ poculum pręripere. Illam autem feſtinare, & diſcurrere anhelantem, & ſudore diffluentem. Proinde illius conuiuas iraſci, & uolutari, alter in alterum irruentes in medio, et pugnare & clamare, qualia faciunt qui à uino ſunt ebrij. Verùm hi quidem pauliſper & modicè. Paulùm enim illis ſufficit dormire: deinde melius ſe habent, utpote leuata ebrietate. Qui uerò à uoluptate capita habent aggrauata, ut à fortiore potu oppreſsi, per totam uitam hæc faciunt, & uiui liberari nō poſſunt, niſi moriantur. Hic enim ſomnus eſt hoc modo inebriatorum, & ſolus illis prodeſt. Multi quoꝗ uomunt ob repletionē: fit autem cum laceratione, triſticiaꝗ extrema, uoluptatis eiectio. Quicūꝗ autem præualuerit, releuatur, & facilius degit in poſterū Hoc uerò rarò contingit: ut euomere quis uelit, ſed multo magis bibere uolunt. Neꝗ enim à ſiti deſinūt, ſed ſemper habent uehementiorem. Hi quidem huiuſmodi ſunt, turpitudineꝗ & iniuria deorum donum afficiunt. Temperati uerò & moderati uoluptate leniter fruuntur, & per certa tempora cum timore. Quemadmodū enim homo liber uocatus à quibuſdam maioribus, uel rege uel dynaſta, edēdi quidem & bibendi negligens eſt, niſi quātum flagitat neceſsitas: animaduertit autem ea quæ intus fiunt, & ijs delectatur: ita & illi ebrietatis quidē & teſſerarū & talorum curam non habent, ſpectant uerò quomodo interiora habeant, & uirorum dietam in qua recumbunt, admiranturꝗ & inquirunt quomodo facta ſit, & omnia quæ ſunt in ea tanquam picturas quaſdam ſpecioſas & pulchras contemplantur, inſuper & aliam ſtructuram &

Moneta homines inter ſe ludere tanquàm teſſeris.

Animus & Incontinētia, pincernæ.

Modeſtiæ crater.

Voluptate ebrij.

Voluptatis uomitus.

ordinem & horas, quàm bene docteꝗ uniuerſa faciant, & attendunt illis, & ſoli demum pulchritudinem ſentiunt. Magnę autem illis curæ eſt, ut ne uideantur tanquam cæci & ſurdi horum participes fuiſſe, ſed ut recedentes habeant quod de his dicãt, ſi quis percontetur quæ nã uiderint, quæꝗ cognouerint. Atꝗ hæc curantes, & prudenter cõcinneꝗ uoluptatem participantes degunt, alter cum altero diſputantes, uel bini uel terni, ſimiles. Porrò interdum magno clamore facto & tumultu ab ebrijs, etiam illuc reſpiciunt, deinde ſtatim ad ſe reuertuntur. Et quando abeundum fuerit, luxurioſi quidem & incontinentes à pediſſequis feruntur & trahuntur cũ doloribus & ægritudinibus clamantes & plorantes, nihilꝗ ſcientes, neꝗ quà præterierint, neꝗ quomodo cõuiuio ſint accepti, etiamſi quis illorũ longum ualde tempus maneat. Illi aũt recti & tutò ſuis ipſorum pedibus abeũt, appellãtes amicos hilares & læti, ut qui ſe nulla in re indecorè geſſerunt. Hæc igitur deus ſpeculans, & omnia uidens ut in domo propria, qualiter ſe quiſꝗ in cõuiuio geſſerit, optimos ſemper ad ſe uocat: & ſi quẽ nactus fuerit qui ualde placeat, illic manere iubet, conuiuamꝗ & amicũ facit, atꝗ ille iam deinde nectar bibit Hoc autem ſimile eſt quidem modeſtiæ potui: longè uerò eo pellucidius eſt, & purius, ut quòd ſit (opinor) diuinæ & ueræ modeſtiæ.

Nectar.

Papæ ô Charideme, qualis uir nobis mortuus es, qui longè tui ſeculi hominibus futurus eras præſtantior? Quale porrò & patri & ciuibus ſpecimen tui dediſti, non hercle ſermonum, uerũ magnæ ueræꝗ fortitudinis. Quare mihi non eſt, unde uos conſoler, qui hoc tali eſtis orbati, ut non moleſtè feratis. Neꝗ enim memetipſum ſatis queo in præſentia conſolari. Tu uerò ô Timarche, ſolus releuare ab his patrem potes, eiuſꝗ mederi infortunio, ſi tibi curę fuerit ne illo deterior eſſe uidearis. Quippe abſurdum eſt, ſi tu quidem illius ſubſtantiam partim iam recepiſti non modicã, partim poſtea recepturus es hoc mortuo: illius uerò modeſtiam & animoſitatem, & rerum honeſtiſſimarum amorem, dimiſeris: tanꝗ qui illi nulla, quod ad hoc attinet, neceſsitudine ſis cõiunctus.

RHODIACA. XXXI.

VERI ſimile quidem eſt, (ô uiri Rhodij) multos ueſtrũm exiſtimaſſe, me huc ut proprij cuiuſdam negocij cauſa uos cõuenirem, aduenisse. Itaque quum ſenſeritis me quiddã ueſtrarum rerum communium corrigere, indignabimini fortaſſe, quod neꝗ ciuis, neꝗ à uobis accerſitus conſulere uelim, præſertim de eorum nullo de quibus deliberaturi cõueniſtis Ego uerò ſi uobis audiẽtibus, nihil quod oporteat, aut de aliquo nõ admodũ neceſſario dicere uidebor, meritò ſanè utrunꝗ me uocari aio oportere, pariter & ſtolidũm & curioſum Sin uerò quantum fieri poteſt & maxima de re, atꝗ ea ualde uicioſè diſpoſita, ut publicè ciuitas propterea malè audiat, & uos omnes, cæteris in rebus bonam habentes famã, per hoc unum rumorem nõn conuenientem habeatis: iurè mihi gratiã habere debetis, & exiſtimare me uobis beneuolum eſſe. Manifeſtũ eſt enim, quòd qui uos non uehementer diligat, non erit unquam de alijs ueſtris rebus ſollicitus, quę uel turpitudinẽ uobis, aut detrimentum adferunt. Proinde abſurdum, quòd ſi quis uobis, aut hoſpes, aut inquilinus, ultrò donet argentum, accipitis, neꝗ eum putatis curioſum, quòd nulla uobis neceſsitudine iunctus, neꝗ uobis petentibus largitus eſt: conſulentem uerò quid utile, difficilius audieritis, qui neꝗ uocatus ſit, neꝗ ciuis. Atquipe cunijs quidem neꝗ uos fortaſſe in præſentia indigetis: & ſexcentos inuenite li-

nire licet, quibus magis profuerit auferre eas quàm adijcere. bono autem conſilio nemo eſt qui non indigeat omni tempore, & ad omnem uitam, ne is quidem qui feliciſsimè degere uidetur. Si igitur de propoſitis dicerem, non tantam ex me caperetis utilitatem. uerisimile enim eſſet, per uos ipſos eo ſemel quod ſit facto opus conſiderato, me ſuperuacuum facere ſermonem: quia uerò illud, de quo neq; principaliter quæritis, quo tãdem pacto ſe habeat, oſtenſurus ſum turpiſsimè fieri, qui fieret ut nõ rem omnino uobis utilem facerem, ſi quidem ueritatem dicere uidebor? Exiſtimo autem ego omnibus conuenire hominibus, ut amplectantur eos qui beneuolentia moti quicquam dicunt, utq; huiuſmodi neminem cenſeant moleſtum: maximè autem uobis, uiri Rhodij. Palàm ſiquidem eſt, quod huius gratia coeatis conſultaturi quotidie: & non ſicut alij, difficulter & ex longo interuallo, & pauci quidam ex ingenuis habitis, ut uobis ſit ocium de omnibus audiendi, nihilq; indiſcuſſum relinquatis. Hæc mihi igitur neceſſaria dictu in præfatione uiſa ſunt, ut uos à principio ad rem adduceremini. nunc autem ad ipſam accedo, hoc tantum præmittens, mihi conuenire uideri, ut omnia in uita iuſtè et honeſtè gerant̃, et maximè qui publicè quippiam faciunt, non eo ſolum quòd publica magis quàm priuata conſpicua ſint, ſi qua gerantur inconuenientia: uerũ etiam propterea, quòd priuatorum delicta nõ confeſtim demonſtrent ciuitatem eſſe uicioſam: ex ijs uerò quæ publicitùs non eo quo conuenit modo geruntur, neceſſe eſt & ciuitatem & ſingulos uideri flagitioſos. Quales enim fuerint plures in populari gubernatione, tales etiam uidentur publici eſſe mores: quæ enim his placent, obtinent uidelicet, non alia. Maximè uero dico ego familiare eſſe bonis, ut honeſtiſsimis grauiſsimisq; attentè utantur. Nam apud quos talia negliguntur, ibi & prauitas quædam ciuitatis declaratur, nihilq; aliarum rerum commodè geri poteſt. Atqui quod ſecundum ea quæ ad deorũ cultum ſunt deſtinata, quę uos præ cæteris putatis eſſe maxima, nihil ſit honeſtius neq; iuſtius, quàm honorare bonos uiros, & benefactorũ meminiſſe, arbitror oratione non indigere, tametſi & utilitatem in hoc non minus uideas. Qui enim ſtudioſi ſunt circa benefactores, quiq; iuſtè agunt cum ijs à quibus ſunt dilecti, eos arbitrantur omnes gratia dignos: & uellet quiſq; prodeſſe pro ſuis uiribus cuiq;, multosq; habere beneuolos & adiutores quum flagitat tempus, atq; hinc ciuitas tota & quiſq; priuatus tutius degit. Proinde hæc putate (uiri Rhodij) ualde uicioſè apud uos, & nõ ex ciuitatis dignitate tractari. De ijs dico, quę ad benefactores pertinent, & honores fortium uirorum, quę ſanè ab initio haud ita apud uos ſunt tractata quondam. E' diuerſo enim, quemadmodum & alia quædam ueſtra excellenter quis approbare admirariq; queat, ita mihi quoq; uidemini honoris prouidentiam habuiſſe. atq; hoc quis cognoſcat, reſpiciẽs ad imaginum multitudinem. Flagitioſa uerò abſq; cauſa obtinuit conſuetudo per aliquod tẽpus, qua de cęterò nemo apud uos honore afficitur (ſi uultis uerũ noſſe) atq; ſimul ſuperiores & generoſi uiri, proq; ciuitate ſtrenui promptiq;, non ſolũ priuati, uerum etiam reges & populi, contumelia afficiuntur, honoribusq; priuantur. Quando enim alicui ſtatuam decernitis, (facilè autem hoc uobis iam in mentem uenit, tanquam facultate ſuppetente) illud quidem non culpauerim tempus & moram intercedere: e diuerſo enim cõtinuò eiectus eſt quemcunq; dicitis, immò uerò antea quàm decernitis: res uerò accidit abſurdiſsima. Prætor enim, quæcunq; illi uiſa eſt ex conſecratis his ſtatuis, eam deſignat: deinde deſtructa priore inſcriptione, atq; alterius nomine inſculpto, finem habet prioris honor, & de cætero is

Bono conſilio omnes & ſemper habere opus.

Boni uiri honorandi.

Statuarum apud Rhodios alijs atq; alijs deſignandorũ mos.

habet eam imaginem, qui uobis ea dignus eſt uiſus. Nempe uos conſideratis, facilè ita & utiliter fieri poſſe, ut admirabilis ſit facultas, resq́ exoptanda, ſi uobis ſolis licet quemcunq; uultis æneum ſiſtere abſq; expenſis, nullamq́ drachmam neq; uobis exſoluentib. neq; ijs qui honorantur. Quis enim nō admiretur ciuitatem ob ſapientiam? At equidem puto alia quoq; quæ facienda ſunt in uita, multoq; labore & ſumptu nō modico indigēt, gratis & admodum facilè effici poſſe, ſi quis negligat decorū, & facti ueritatem. Nēpe ſtatim ſacrificia quæ frequenter dijs ſoluimus, licet nō offerre, & nihilominus dicere obtuliſſe: modò nos ſi uidet, coronemus, adq; aram accedamus, & pauimenta attingamus, aliaq́ faciamus quæ in ſacrificijs fieri ſolent. Quid aūt, non eandē uictimā in gyro ad omnes ſtatuas circū ducentes, ad Iouis ſtatuā, ad Solis, ad Mineruæ, atq; ubiq; libātes, omnibus putamus nos dijs ſacrificaſſe? Nō'ne facile? Et quis eſt qui prohibeat? Deniq; ſi aram aut templum deorū cuidam nūc ædificare uelimus, (nam & ſi omniū apud uos deorū templa ſint, haud tamen impoſsibile reor, melius priore inſtruere, et maioribus ipſum honoribus cumulare uelle) nónne promptum eſt aliorum quempiam deorum ex æde expellere, aut transferre ab ijs quibus iam ſunt conſecrata, aut inſcriptionem mutare tantum, id quod nunc facimus? Et quidem Apollinem, & Solem & Dionyſum, quidam dicūt eundē eſſe, & uos ita exiſtimatis: multi quoq; ſimpliciter omnes deos in unā quandā uim et potentiā contrahunt, ut nihil differat hunc uel illum colere. Circa homines uerò nihil eſt ſimile: ſed qui dat huic quæ ſunt alterius, illi quæ ſua ſunt aufert. At hercle, nō ſimile eſt, tranſgredi ea quæ ad deos pertinent, aut ea quæ ad homines. Neq; ego hoc dico. Tranſgreſſio tamen fit ſingulorum quæ ad hos pertinēt, quando quis haud rectè cū his agit, & neq; eos quidem qui quid iuſtè acceperunt, id retinere ſinit: eis uerò qui eadem promeriti ſunt, iniuſtè tribuit: & illos quidem dono fraudat, his uerò donat, tanquā inſidias ſtruens & circumueniens: Natura quidem rei ſimilis eſt. Et facere quidlibet cum deceptione & impoſtura, atq; facere cum extremis ſordibus, idem eſt. Diſcrimen autem hoc eſt, quod ea quæ dijs nō congruè fiunt, impietates uocātur: quæ uerò hominibus inter ipſos, iniuriæ. Eſto ſanè, ut impietas huic quod examinamus, negocio non adhæreat: reliquum aūt nomen, ſi non obſeruatione uobis dignum uidet, dimittatur. Atqui & impietatē fortaſſe quis inueniat facto huiuſmodi adherere: (Dico aūt non de uobis, neq; de ciuitate: neq; enim uos unquā ita decreuiſtis, neq; publicè factū eſt, ſed ipſum per ſe conſidero negocium) atq; circa defunctos perperam facta, impietates uocantur, hancq; habent appellationem à legibus, in quoſcunq; tandem fiant. Bonos aūt uiros & ciuitatis benefactores contumelia afficere, atq; eorum honores ſoluere, et memoriā deſtruere, haud equidē uideo quomodo aliter nominari queat: quoniam & qui uiuos benefactores iniuria afficiunt, nō ſanè rationabiliter ab hoc opprobrio fuerint liberi. Illi certè qui aduerſus parentes delinquunt, quia prima & maxima in nos cōtulerunt beneficia, meritò impij dicuntur. Et deorū quidem cultus eſt uidelicet, ſi ut libet quis illis uel ſuffitū modò faciat, uel etiā attingat eo quo conuenit animo, nihil minus fecit. Neq; enim horū ullo fortaſſe deus indiget, nēpe ſtatuis aut ſacrificijs: alioqui tamen nō incaſſum iſta fiunt à nobis. Nam alacrem erga illos noſtram ita uoluntatem atq; affectum declaramus. Homines uerò indigent & corona, & imagine, & primo loco in cōſeſſu, & memoria ad poſteros. Et iam multi propter hæc mortui ſunt, ut uel ſtatuam nanciſcerentur, aut preconium, aut alium honorem, atq; ſuis poſteris relinquerent opinionem ſui æquam,

Impietates. Iniuriæ.

Deorum cultus in quo ſitus.

quam, memoriamꝗ. Si quis igitur à uobis ſciſcitetur, uniuerſis his olim
ablatis, nullaꝗ in poſterum recordatione relicta, neꝗ laude benefactorũ;
quotumquemꝗ putetis uirũ emerſiſſe admirandum apud omnes, prom-
ptéꝗ in bello decertantẽ, aut tyrãnos expellẽtẽ, aut ſemeipſum liberosꝗ
deuouentem ſalutis cõmunis gratia, aut magnos exantlantem labores uir
tutis cauſa? quemadmodũ Herculem feciſſe aiunt, & Theſeum, aliosꝗ ſe-
mideos & Heroas: neminem uos nominare poſſe puto. Nam quæ prouo-
cantem quemlibet, quælibetꝗ pericula contemnere, & labores ſuſtinere,
uitamꝗ uoluptuoſam & ſocordẽ deſpicere faciat, haud aliam ullam apud
pleroſꝗ cauſam inuenias. Hoc eſt, quod in pugnis facit ſtrenuos uiros ex *Gloria uirtutis calcar.*
aduerſo uulnerari, neꝗ tergo dato aufugere, tametſi nonnunꝗ ſalutis id
præſidium ſit. Propter hoc, ait Poeta, Achillem noluiſſe ſummam conſecu
tum ſenectutẽ domi mori: atꝗ Hectorẽ ſolum ſtetiſſe ante ciuitatẽ, cumꝗ
omnibus ſi oporteret, pugnare fuiſſe paratum. Hoc erat, quod Lacedæmo
niorum quoſdam fecit in locis anguſtis in acie ſtare aduerſus tot Perſarũ
millia. Hoc fecit ueſtros maiores omnẽ terrã & mare implere tropheis: &
quũ reliqua Græcia quodãmodo extincta eſſet, ſolos ipſos per ſe defende
re cõmunẽ Græcorũ autoritatẽ, uſꝗ ad præſens tẽpus. Vnde meritò mihi
uidemini excelſiores animos, ꝙ omnes illi, gerere. Illi enim in principio
bene geſtis rebus aduerſus barbaros clari erant, in cæteris deliquerũt, in-
uidię magis & dementiæ & cõtentionis ꝙ uirtutis ſpecimen exhibentes:
donec nemine extrinſecus obturbãte, ipſi ſenio defecerunt, & quẽuis uo
lentem eſſe dominũ receperunt. Vos aũt tot bellis egregiè adminiſtratis,
omnia nõ minus fortiter toleraſtis, aut generoſè bellaſtis. Verumtamen il
lud ſanè manifeſtũ eſt, quod neꝗ uos, neꝗ alij quidam qui uel inter Græ-
cos uel barbaros magni unquàm uidentur extitiſſe, ob aliud quid ad glo
riam peruenerũt, & potentiã, quàm quòd ſigillatim decus ſibi quæſiuerũt,
plurisꝗ fecerunt bonam apud poſteros famam, quàm ipſam uitam. Nam
ueſtis, & expigrãma, ęneumꝗ ſtare, magnum eſſe uidetur generoſis uiris:
& digna uirtutis merces, nõ unà cum corpore perire nomen, neꝗ in eadẽ
conditione eſſe cum his qui nunꝗ ſunt nati, ſed ueſtigium quoddã relin-
qui, & ſignum (ut ita quis dicat) ſtrenuitatis. Athletas hoſce certaminum
uidetis, quanta patiuntur ſemet exercentes, ſumptúꝗ facientes, et deniꝗ
ſæpius mori eligẽtes in ipſis certaminibus. Quid igitur, ſi quis auferat co
ronam, cuius gratia contendũt, & inſcriptionẽ futurã in Olympia aut Py
tho, uictoriæ? Nunquid putatis eos unam duntaxat diem ſolem toleratu-
ros, ne dũ alia quęcunꝗ huic negocio adhęrent iniucũda et grauia? Quid
uerò, ſi fiat palam illis, quod imaginem quam erexerint, alius ſuam factu-
rus ſit, ablatoꝗ erigentis nomine, ſemet inſcripturus: num putatis quenꝗ
illuc ſpectatum uenturum, ne dum certatum? Vnde etiam reges (puto) iu
dicio contendunt prò tali teſtimonio. Ab omnibus enim magni æſtiman-
tur uirtutis ſigna: & nemo ex uulgo eligat, ut quicquid honeſtum putat
eſſe, id ſolum factum ab ipſo ſit, nemo autem ſciat. Per Iouem, num igno- *Virtutis ſigna magni fieri ab omnibus.*
ratis quod iſtud factum nõ illos ſolos ignominia afficit, uerùm etiam ciui
tatem orbat beneuolis in futurum, alacriterꝗ pro ea certaturis? Neꝗ e-
nim hoc cuiquam ueſtrûm incidat, quod licet unum quemlibet ſtatuarum
honorem euertatis, reliquis tamen incolumes manſuros. Primùm enim,
qui maximum deſtruunt, et quem pręcipuè unuſquiſꝗ deſiderat adipiſci,
hi confitentur uidelicet, ciuitatem maxima in parte nocere: ſi quidem aiũt
noxium eſſe, omnes eos honores euertere. Accedit huc & illud, quòd a-

x 5 pud

pud quos unum abrogatur, apud eos omnia pariter abrogata ſunt, & rerũ affinium firma ne una quidem eſt. Qui enim cauſam tranſiliunt, propter quam non uiſum eſt quid contingere poſſe, atque eam nullius faciunt, omnia euerterunt, quæ eundem habebant prætextum ut firma permanerent. Veluti ſi quis unam quamlibet tollat pœnarum, neq; aliarum ullam relinquit ſolidam. Si quis autem maximam abroget, exilium, aut mortem, minores multas in poſterum ne ſcriptas quidẽ eſſe uideri neceſſe eſt. Quemadmodum igitur qui deprauant monetam, tametſi partem lædant, uniuerſam tamen corrupiſſe uidentur, rem iudicio perſequendam facientes: ſimiliter & qui partem quandam honorum aut pœnarum abrogant, rem totam euertunt, & nullius precij eſſe oſtendunt. Quinetiam ſi quis me interroget, quum maximum utrique nocumentum quantum fieri poteſt adferant, & qui honores ſuſpectos reddunt, & pœnas infirmas, ſi utraque

Honores ne an pœnas minui tolerabilius in Repub.

caueri nequeant, utrum eorum ab æquioribus & moderatiorib. hominibus fieri iudicem, abſque ambiguitate, id de pœnis dicerem. Quippe hoc referri poſſet ad humanitatem, ad miſericordiam, adq; alia ſimilia, quæ familiaria ſunt benignis. Obliuiſci autem optimorum uirorum, uirtutemq; ſuis priuare præmijs, fieri non poteſt ut ullum habeat decentem prætextum: ſed eſt ingratitudo, inuidia, parcitas, quæ omnibus turpiſsimis neceſſariò conueniunt. Præterea ij qui ſupplicia remittunt, prauos quidem minus à maleficijs arcent: illi autem in maximis delinquunt circa benefactores. Tanto autem hoc illo peius, quanto iniuria afficere alterum peius eſt, quàm nõ uehementer alterũ prohibere. Proinde neq; hoc dici poteſt, quòd non hoc maximum ſit, inter ea quæ quibuſdam data ſunt. præterquam enim quod hoc omnibus liquidum eſt, ſibi ipſis etiam contraria dicent, qui dixerint. Aiunt enim neceſſe eſſe, multos in præſentia honorare duces, quibus omnibus ſi oporteat imagines fabricare, magnas quaſdam futuras expenſas, eo quòd alij honores non ſint ex illorũ dignitate: neq; illos accepturos, tanq; multo minores. Sanè quod ad expẽſas pertinet, quale ſit, uidebitis paulo pòſt: maximum uerò eſſe eum honorẽ, quem auferunt ab ijs qui prius acceperunt, ex his in confeſſo eſt. Verùm, quum ab-

Honorem uel non conferre merito, uel collatum auferre, æquè indignũ.

ſurdum planè ſit præterire quenquam honore dignum, & nihil rependere pro beneficio, ut omnes conſiteri neceſſe eſt, hi qui infra dignitatem quenquam honorare non ferendum putant, honorantq; quantum iuſtũ exiſtimant, deinde nihil cauſantes, auferunt quæ dederunt, qui non nimiam quandam faciunt iniuriam? Illud enim ingratitudinem arguit erga benefactores, hoc autem contumeliam. Illud eſt non honorare fortes uiros, hoc uerò ignominia afficere. Illi enim quæ uidẽtur debere uiris fortibus, non tribuunt: hi uerò, quæ ſolent fieri aduerſus ſceleratiſsimos, ea faciunt illis. Si quis enim eorum qui quondam habiti ſunt moderati, denuò facinus deſignet inſanabile, graueq;, puta ſi proditionem ſuadeat, aut tyrannidem, talium honores ſolent abrogari, etiamſi inſcriptionem quandam antea ſint adepti. Itáne uerò non turpe eſt, uos eiſdem afficere, quos confitemini eſſe optimos, quibus impios & ſceleſtos afficere leges iubet, quibus & ſepultura negatur? Itaq; quãtum mihi uidere uideor, quanto apud alios cuncti honorum conſequendorum tenentur deſiderio, tanto aut maiore etiã tenebuntur apud uos, ut nunq; adipiſcantur horũ quippiã: nẽpe quanto unuſquiſq; iniuriam & contumeliã maius malum exiſtimat, quàm honorem bonum eſſe cenſet. Si ergo quem uocetis ad primum cõſeſſus locum, aut ciuem faciatis, referatiſq; in publicas tabulas, poſtea ſuſcitaturi è loco,

ẽ loco, & ciuitatem adempturi: malle illum arbitror eos à uobis honores
ſe nunquam conſecutum, quàm conſecutum cum ignominia ſpoliari. Ty-
rannos igitur, aut reges, quorum poſtea quidam uiolenter atq; iniquè im
perantes imagines abſtulerunt, nominaq; obſcurarunt, quod quidem pu
to & in ueſtra ciuitate accidiſſe: affirmare auſim, ſi præſciuiſſent hoc futu
rum, neq; ſuas à quoquam imagines erigi, neq; nomina inſcribi permiſ-
ſuros fuiſſe. Quanquam hoc non ſolum illos iniuria affectos, & atrocia
paſſos: ſed & prætextum oſtendit eſſe inanem, propter quem fortaſſe uos
quidam illud cenſent facere, quum magis rei aduerſetur. Si enim neceſſa-
rium pariter & utile dixerint eſſe alios honorare, quomodo non contrari-
um hoc ſit illi, quod antea honoratos ita afficitis contumelia? Quod enim
ſuperiorum quiſpiam nunquam accepiſſet, hoc ſciẽs futurum: quomodo
ueri ſimile eſt, præſentium aliquem id libenter accipere, qui quid fiat, cer
nat? Proinde, ſi non propter illos qui mox futuri ſunt benefactores, tamẽ
propter hos quos nunc honoramus, par erat, ea ab re abſtinere. Omnes ſi-
quidem ſuſpecta habent quæ ab ijs præſtantur, quos norunt, laudatũ pri-
us quendam, habitumq; amicum, ita habere neglectui: maximè uerò, qui
eadem adipiſcuntur, quibus uident alios qui antè acceperunt ſpoliari. Si
uerò demum hoc fieret, ut ipſi accipiant, immò ut uideantur accepiſſe, om
nino iam negocium ſimulationẽ eſſe, & ſubſannationem exiſtimant. Mul
to igitur melius erat, uolentibus efficere apud uos ne magni pẽderetis an
tea honoratos, ut dicerent nullam eſſe amplius neceſsitatem honorandi
quenquam: quàm econtrariò, maximam huius eſſe ciuitati neceſsitatem.
Et apud plures nunc quàm antea hoc uos malè audire facit. Proinde (per
Iouem & omnes deos) ſi uobis ſupremã gratiam eſſent habituri, qui nũc
uidentur imagines adipiſci, uehementerq; laudaturi populum, nec ita ta
men oporteret illud fieri. Solũ enim quærere ea, quibus factis alicui quis
placeat, haud illum ita demerebitur. Quod ſi uerò ea faciens, alium quem
non conuenit, iniuria afficiat, aut in uniuerſum præbeat cauſam, quo mi-
nus conuenientia conſiderentur: hoc (per deos) neq; liberorum eſt homi-
num, neq; moribus moderatis præditorum. Nemo enim etiam ualde per-
uerſorum quicquam eligit uitioſum, quod non ſibi ad præſens commodũ
arbitretur. Cæterum illud ipſum ſumma prauitas eſt, lucri & uſus gratia *Lucri & uſus gratia à re tur pi non auerti, nefas.*
à nulla re turpi & iniqua auerti, neq; curare quale ſit quod faciat, ſed id ſo
lum an utile. Quare qui præſentem colit, negligit aũt eum qui paulo pòſt
futurus eſt amicus: & præteritæ quidem neceſsitatis obliuiſcitur, futuram
uerò utilitatem maximi facit, an neſcitis quomodo ſit appellãdus? An nõ *Adulator.*
talis apud omnes nominatur adulator? An non degener & infidelis cenſe
tur? Nunc ergo ne hoc quidem reſtat ciuitati, ut quidam ab ea colantur,
ſeq; putent magni aliquid nanciſci, quorum nomina inſcripſeritis. E di-
uerſo enim indignantur, querũturq; apud ſe, etiam ſi ſoleant, aliter nolen-
tes uobis aduerſari. Si cui monetam donaretis adulterinam, nemo ſponte
acciperet, immò potius contumeliam quàm donum factum illud arbitra
retur: honorem autem & adulterinum, & nihil habentem ſani, ſponte pu-
tatis accipere quenquam? Verùm ſi quis ſeruus alienum uas cui reddat
tanquam ſuum, mentiens, uehementer quiſq; indignatur, deceptus: & de-
mirarer, ſi non morte talem uos plecteretis. at ſi alienam quis imaginem,
nihilq; ſibi conuenientẽ deceptus accipiat ab ijs, quorum in poteſtate nõ
eſt (quod enim alij quis dederit, eius in poteſtate iam non eſt idipſum de-
inde alteri dare) num gratiam illis deceptoribus habiturum putatis? Ob-
ſecro autem, ſi ſermones uideantur amariores, ne mihi iraſcamini. Non e-
nim uos

nim uos dico hoc facere, ſed quodammodo inuita ciuitate hoc ipſum fieri
negocium. Quod ſi igitur tale eſt, ut expẽſum prorſus turpe uideatur: tan-
to promptius uos auſcultare dicẽtem oportet, ut liberemini in poſterũ ab
hac turpitudine. Neq; enim etiã in corporibus difficilia, abſq; dolore cu-
rari poſſunt Frequenter uerò hoc ipſum ſignum eſt, quod ualde apprope-
ret medicina, ſi ualde doleat id cui medendũ eſt. Quod igitur dixi in exor-
dio, ne nunc quidem cõtarer dicere, quod ubiq; familiare ſit bonis uiris ut
ſani appareant, nihilq; ueteratorium habeant, neq; difficile, ſed quàm lon-
giſsimè à deceptione & prauitate abſint. Dico autem de ueſtri ſimilibus.
præcipuè uerò eam rem puto, quæ conſiſtit circa honores & donationes.
Turpe enim putare, capeſſere honeſta, & iniquè facere id quod omnium
ſit æquiſsimum, hominum eſt uniuſcuiuſq; naturam non intelligentium.
Quemadmodum igitur ij qui in ſacra delinquunt, quàm qui in alia quæ-
cunq;, peiores ſunt: ita & qui circa hęc, iniqui & praui apparent. Quid e-
nim ſacrius honore aut gratia? An ignoratis, quòd hominum quàm pluri-
mi deas eſſe cenſent Gratias? Si quis igitur earum ſtatuas concidat, aut a-
ras ſubuertat, cum putatis impiè agere: ſi uerò rem ipſam detrimento affici-
at, corrumpat'que, unde etiam deæ nomen ſunt adeptæ, nullo modo gra-
tiam referens, ſed cuncta timidè atq; illiberaliter faciens, artificioq; quodã
ingratum ſe exhibens benefactoribus, eum'ne dicemus prudentem, præq;
alijs intelligentia præditum? Atqui caupones, qui in menſuris doloſè a-
gunt, quibusq; inde uictus quæritur, ob turpe lucrum odio proſequimini
& punitis: ciuitatem autem inclytam circa laudes bonorum uirorum do-
loſè agere, & donationes cauponari, non uerecundamini, nempe aſtuta et
ueteratoria facientem quæ honeſta eſſe debent? Et neq; hoc animaduer-
titis, quòd neq; cum cauponibus quiſquam facilè amplius commercium
habet, apud quos malæ ſunt menſurę? Et ſanè quòd hæc res talis ſit, nón-
ne ipſa ratio exprobrãdo ita ſpectare cogit? Si quis enim uos interroget,
utrum uelitis honoratos à uobis, quibus putatis dediſſe imagines, uerum
noſſe, & quale ſit factum ueſtrum, an eos latêre: nõ obſcurum eſt, quid ſi-
tis dicturi, atq; id ſanè prudenter. Quid enim prohibuit ſtatim in decreto
perſcribere, quemadmodum alia, ita & hoc: eſſe imaginem illis unam datã
ex conſecratis, aut certi cuiuſdam, ſi & illius eum nomen uultis cognoſce-
re? At nunquam puto hoc ſcripſiſtis. Quamobrem, quòd ea quę rectè fiũt,
nihilq; habent abſurdi, nemo obtegat, manifeſtũ eſt. Quod autem minimè
quis caueat, ne ij quibus beneficia confert, norint quo modo gratiam adi-
piſcantur, & quæcunq; circa honorem fiant, ſi quidem quiſpiam id ſimpli-
citer & iuſtè faciat, priore mihi adhuc euidentius uidetur. Quare neceſſe
eſt iſtud facinus eſſe undiq; uicioſum, & neminẽ ne priuatum quidem de-
cere. Qui enim in ijs, quibus aliquos beneficio afficit, ipſe prius affectus,
aut etiam per Iouem beneficia inchoans prouocansq; ad amicitiam, fraus-
dem facit & fucum, quid ille aliud aliter faceret? Scitis igitur, quod nemi-
nem facinus lateat, ſed ſit diffamatum diuulgatumq; apud omnes, non ſo-
lum poſtquam ſatis abundè & impudenter eò abuſi ſunt quidam, ſed ideo
quòd apud uos fiat. Ciuitatis enim dignitas & magnitudo nihil ignotum
eſſe ſinit, eorum quæ in ea fiunt: & eo quòd in alijs uos ipſos omnium gra-
uiſsimè geratis: prætereaid quod præ cæteris Græcis feliciſsimè uiuitis,
excitat inuidiam æmulationemq;, ut multi ſint qui ſcrutentur, ſi quid de-
linquere uidemini. Proinde qui magis ea quæ faciunt ignorari quàm ſciri
uolunt, maliciæ hoc ſignum edunt: ſi uerò ea quæ nemo non audit latêre,
ſtultitię, quorum utriuſq; nolletis utiq; ciuitatem eſſe ream. At per Iouem,
ſumptum

Bonos uiros nihil ſimulare, aut diſsimulare.

Gratiæ deæ.

Sumptus in erigendis nouis ſtatuis.

ſumptum faciemus, ſi nõ ijs quæ præſtò ſunt ſtatuis utamur. Et quantis opus erit pecunijs, ſi omnibus apparabimus ſtatuas, quibus decernimus? Et quanto melius, paucioribus dare id doni, quàm plures decipere: atque à pluribus damnari, & odio dignos haberi, manifeſtè ſcientibus id quod facitis? Etenim ſi non uehementer moderati ſunt, quos quomodocunque in præſentia erigitis, quod nullo modo ſentientes diceretis, uidere quid ſiat. Propter malos enim iniuria afficitis bonos. Nam quòd maiores ueſtri neminem fruſtra neq; indignum ſunt admirati, ego planè affirmauerim. Si uerò bonos honoratis, eos tali uériſimile eſt negocio indignari. Quis enim uir moderatus uellet alium malè tractari, & iuſtè datis ſpoliari propter ſe? Aut quomodo non ſuper hoc facto magis iraſcatur, quàm gratiã habeat? Certè mulierem nemo ſuſtineret bonus ducere per adulterium, eo quòd priorem maritum iniuria affecerit: immò nemo prorſus duceret eam quæ eſt alterius uiri, etſi frequenter hoc fiat haud mala ex cauſa. Honorem autem alterius quem non licet iuſtè accipere, neq; ſine illius contumelia, quenquam diligere putatis: præſertim neq; ipſum ſperantem, quòd nihil tale ſit paſſurus? Porrò mancipium quis empturus, an unquam aufugerit conſiderat, & ſi non permanſerit apud primum herum: donum autem & gratiam, quam quis infidelem arbitratur, & perſpicuè nouit nihil habere firmi, uoluntariè admittat? Romani enim ſunt complures eorum, & quis eos attingat? Aſtantes autem illis Macedones, alij uerò Lacedæmonij, & quamobrem hos attingimus? Atqui conſecratos olim omnes, aut certè quàm plurimos, propter beneficentiam dicetis eſſe poſitos. Qui uerò nunc honorantur, eorum multos propter potentiam colitis. Veros autem eorum iuſtius eſt pluris facere, omittam. Quod ſi non omnes iuſtè poſsident quæ data ſunt, utros magis par eſt in re incerta accipere, neq; eos ipſos fugit. Sciunt enim omnes, quanto firmior ſit beneficentia, quàm potentia. Nulla enim potentia eſt, quam non abrogat tempus, nullã autem beneficentiam. Vt igitur hyperbolen illam quis dimittat, aliquo modo ueram, quòd erga ciuitatem moleſtius affecti ſint, hoc tanto honore affici querentes, quod obtingit in contumeliam recipiant, ſuiq; contemptum: at hoc ſanè firmiter ſcio, quòd nullam uobis gratiam habeant, neq; ſe quicquam ex facto nactos arbitrentur, ſcientes fallaciam facti, per louem. Deinde ea, quæ etiamſi hi ſuſciperent, non tamen par erat auferri illis qui prius acceperũt, auferimus ab habentibus, neq; alijs dari. Quinetiam, ſi quidem, in quibus ciuitas uidetur aliquo indigere, expenſas duntaxat conſideramus, & quomodo facilimè fiat, nihil aliud exquirentes: num quid prohibet, non hoc ſolum paratiſsimum eſſe donum, uerùm etiam ſi cui quid aliud donare uolueritis, terram, argentum, domum, ſi uolueritis his auferre qui habent? Aut quid opus eſt reditus quærere, & publica expendere, quando opportunum fuerit mœnia reficere aut naues, & nõ potius ea accipere quæ illius ſunt, aut ciuium alicuius, aut peregrinorum inter uos habitantium? At nónne uociferabuntur, ſeq; atrocia pati dicẽt? Ergo licebit uidelicet non illis attendere? Etenim licet nunc ſint quibus talia accidere poſſent, quum uos talia faciatis: prius tamen nemo alter maiore utebatur poteſtate quàm populus. Num igitur qui tunc uiuebant, ita ſe exhibuerunt erga ſingulos unquam, qui hoc omnium putarunt intolerabiliſsimum, deosq; rogauerunt, ne unquam tale accideret tempus, quo oporteret uiritim quemq; ex proprijs conferre? Et ſanè hoc rarò apud nos accidiſſe memorant, & ne in omnibus quidem bellis, ſed tantum quum ſemel ciuitas ad extremum periculum deueniſſet. Forſan autem quis dicat,

Beneficentia firmior potentia.

Statuæ quatenus ciuitatis ſint propriæ.

quòd ciuitatis ſint ſtatuæ. At enim & regio ciuitatis eſt, nihilominus tamen poſsidentium quiſq; dominus eſt rerum ſuarum. Atq; in genere ſi quis percunctetur, cuius eſt inſula? aut, cuius eſt Caria? reſpondebunt, Rhodiorum. Sin uerò aliter interroges, cuius hoc eſt prædium, aut ager? manifeſtum eſt, quòd domini ſis auditurus nomen. Et imagines ſimpliciter quidem omnes Rhodiorum eſſe dicunt, priuatim autem unamquamque illius aut illius, cuicunq; data eſt. uerùm prędia & domos & alias poſſeſsiones haud cognoſcere queas cuius ſint, niſi interroges: imago uerò inſcripta eſt, & non ſolum nomen, uerùm etiam figuram ſeruat accipientis, ut accedenti ſtatim liceat noſſe, cuius ſit. Dico autem de ijs, in quibus adhuc uerum permanet nomen. Atqui in publico ſtare riſu dignisſimum eſt, ſi quis planè hoc ſignum eſſe putat, quòd ſtatuæ non ſint illorum qui acceperunt, ſed ciuitatis. Ita enim licebit dicere, & ea quæ in medio foro uenum expoſita ſunt, populi eſſe: etiam naues uidelicet, non poſsidentium, ſed ciuitatis, quandoquidem in portubus conſiſtunt. Quod igitur audiui à quodam hac de re dicente tanquam firmisſimũ, non potero abſcondere: quòd publicè uos ſtatuas in acta retuliſſetis. Quid autẽ iſtud eſt? Nam &

Statuæ publicè in acta relatæ. ἀνηγράφησαν

omnem planè regionem, & Carpathum hanc, & continentẽ, atq; alias inſulas, & ſummatim multa poſſunt inueniri, quę cõmuniter quidẽ † in acta publica retulit ciuitas: diuiſa aũt ſunt in ſingulos per partes, per totum uerò non. Niſi fortè hoc modo quiſq; honoratorum imaginem habet, ſicut aliam quampiam poſſeſsionem: atq; ideo minus ad eum pertinere dicatur, nullaq; ipſe affici iniuria, ſi uos illius imaginem alteri detis. Sexcentos enĩ inuenietis modos, quibus quid cuiuſq; eſſe dicimus: & plurimùm inter ſe differunt, ut ſacerdotium, magiſtratũ, nuptias, ciuitatem: quorum nihil habentibus licet alteri dare, neq; eo uti modo quo uelit. Communis igitur in omnibus præfinita eſt æquitas, qua omnia quæ quis iuſtè accepit, cuiuſq; ſemel nactus eſt poſſeſsionem, etiam in aliquod certum tempus, quẽadmodũ puto magiſtratus, firmiter retinet, atq; à nemine auferri debent. Quomodo igitur iuſtius eſt poſsidere quodcũq;, quàm ſi quis, qui ſe ſtrenuum præſtitit uirum, eoq; dignus eſt beneficio, pro multis & bonis poſsideat honorem? A quo aũt fide digniore maioreq; quàm à populo Rhodiorum, & ueſtra ciuitate? Quippe & hoc non modicum eſt, non Calymnios eſſe qui dederunt, neq; hoſce malis utentes conſilijs, Caunios. Quemadmodum in rebus priuatis, quanto quis meliorem & fide digniorem profert poſſeſsionis autorem, tanto firmius retinet, nemoq; ſuper ea re cum eo diſceptauerit. Atqui tota ciuitas, quamcunq; quis nominare poteſt, uno uiro priuato, tametſi ſit honeſtisſimus, quauis in re fide dignior eſt, & melior: & quæ publicitùs geruntur, priuatim geſtis fortiora ſunt. Cõſiderate uerò, φ omnes arbitrentur ea magis rata haberi, quæ publicè contrahũtur per ciuitatis literas, atq; ita geſtorũ nihil licet reſcindere: neq; ſi quis emat ab aliquo prædium, aut nauem, aut mancipium, neq; ſi qua det ad uſuram, neq; ſi quis ſeruum manumittat, neq; ſi quod præſtet donum. Quid tandem accidit, quòd hæc alijs ſunt firmiora? Quia ciuitatem fecit, rei geſtæ teſtem, qui ad hunc modũ quicquam rerũ ſuarum adminiſtrauit. Per Iouem. Itáne ergo quæ quis à priuato conſecutus eſt ciuitate teſte, illis ſpoliari nequit: quæ uerò quis accepit non ſolum publicè, ſed etiam ipſo populo præſtante, firma non erunt? Et quòd ab alijs hoc modo geſtum eſt, non reſcindetur, propter ciuitatẽ: quæ aũt ciuitas ipſa fecit, facile ita retractabũtur? Præſertim quum non ſimiliter uti dedit, ſic etiam communi auferat conſilio: ſed uno homine, ſi ita cadat, prætoris potentiam obtinente,

Multum interest, à quo quid conferatur.

hoc

hoc faciat? Atqui etiã literę publicæ ſunt de his, pro quibus dico. Plebiſ-
ſcita enim ſcripta ſunt uidelicet de honoribus facta, & publicè permanẽt
in omne tempus. Repenſio enim beneficij adeò diligenter apud uos cura-
tur: ablatio autem ab ijs qui acceperunt, admodum facilè. Deinde illud nõ
poteſt fieri abſq; decreto omnibus uobis conſentientibus, hoc aũt conſue
tudine quadã contingit, etiam ſi uni tantũ uideatur. Veruntamen hæc (ut
dixi) publicè conſcripta ſunt, neq; ſolum in plebiſcitis, ſed ſuper ipſas eti-
am imagines, & nomen eius qui honore affectus eſt, & ſtatuam populum
dediſſe, atq; hæ rurſus in publico ſunt propoſitæ. Quod igitur neq; publi-
ca in tabulas relatio, neq; poſitio in publico, obſtet quo minus ſtatuæ eo-
rum ſint qui acceperunt, iam olim fortaſſe manifeſtũ eſt: cæterùm ne quis
conetur contradicere, illud uobis dicam. Noſtis hauddubiè Epheſios, a-
pud quos multę ſunt pecuniæ partim priuatorum recõditę in Dianæ tem-
plo, non ſolũ Epheſiorum, ſed & hoſpitum, & hominum undecũq; genti-
um, partim et populorũ regumq;. Deponunt aũt omnes eò ſecuritatis gra
tia, nemine unquam auſo locum afficere iniuria, tametſi plurima iam bella
geſta ſint, ciuitasq; ſæpius fuerit capta. Quare quòd in loco communi pe-
cuniæ illæ iaceant, palàm eſt: ſed & publicè ſecundum indicem eas deſcri-
bere Epheſijs mos eſt. Quid igitur? Nunquid ex illis ſumunt, quum poſtu
lat neceſsitas? An fœnerantur, quod forſan non uidetur intolerãdum? At
opinor citius deæ mundum detraherent, quàm illas attingerent. Atqui Ephe
ſios nõ dicetis eſſe uobis locupletiores. E diuerſo enim uos antea quoq;
ditiſsimi fuiſtis Græcorum, & adhuc eſtis: illos aũt uidere licet indigen-
tiores degere, haud tamẽ illas licet auferri deponẽtibus. Imaginis aũt ſuæ
ita nemo eſt dominus, neq; uos rem eſſe similẽ putetis. Nam nõ omnia eſſe
ciuitatis quę publico in loco poſita ſunt, inq; publicas tabulas ſunt relata,
oſtendere uolens, ideo hoc exemplo uſus ſum. Quod enim nemo ad aliud
imaginem habet, quàm ut ſtet, apud uos, quo uno differunt hi ab illis qui
illic pecunias deponũt, adhuc magis pro illis facit. Quæ enim neq; accipi-
entibus auferre licet, non etiam utiq; dantibus licere conuenit. In uniuer-
ſum autem fruſtra contendere uiſus ſum, aduerſus dicentem, quòd ciuita-
tis eſſent omnes ſtatuę. In hoc enĩ nullũ eſt argumentũ, quòd facinus iſtud
non ſit abſurdum. Donaria in templis ſuſpenſa, quæ ciuitas ipſa comparãs
ex proprijs dicauit, nemo hercle dubitauerit quin publica nõ ſint. Nũ igi-
tur haud intolerandum, ſi hiſce abutamur ad aliud quid? Ita per Iouem.
Sunt enim donaria dijs dicata, imagines autem ſunt honores: & illa data
ſunt dijs, hę autem uiris ſtrenuis, qui ſanè dijs proximi ſunt. Siquidem dijs
chari omnes boni dicuntur eſſe, & ſunt. Deinde uos quidem iniuria affi-
cit non ſolum qui quid ueſtrarum poſſeſsionum aufert, uerùm etiam qui
ueſtris nocet amicis: an deos dicemus (ut uериſimile eſt) minorem amico-
rum curãm gerere, aut poſſeſsionum? Cæterùm omnia quidem firmiter re
tinere conuenit poſsidentes, & præſertim ſub imperio populari, & apud
uos: qui uobis maximè placetis, quòd legitimè iuſteq; cũcta ueſtra admi-
niſtretis, maximè autem puto honores & beneficia. Nõ ideo ſolum, quòd
alia quidem & uicioſus habere queat, hæc autem ſoli uirtute præditi: ue-
rùm etiam propter illud, quòd alia licet ex alia cauſa poſsidere, uel ex hæ-
reditate, uel empto, horum autem ex ſola uirtute obtingit poſſeſsio. Quin
etiam, quarum rerum quis ſoluit precium dominis, nullus dubitat uideli-
cet, quin iuſtum ſit ſinere, ut ille eas habeat: idq; tanto magis, quanto plu-
ris emit. Igitur omnes hi dederunt precium, unuſquiſq; ſuæ imaginis: &
hoc non mediocre. hi enim rem militarem ſtrenuè adminiſtrarunt pro ciui

 tate,

Statuæ ueluti litera publica.

Epheſiorũ Dianæ templum, ærarium publicum.

Rhodiorũ opulentia.

Donaria templorum quatenus publica.

Precio à dominus empta nemini licere tollere.

tate, illi legationes, alij etiam trophea ab hoſtibus attulerunt, alij quidam et pecunias fortaſſe dederunt, non hercle mille aut quingentas drachmas, quanti cōſtat imaginem erigere. Quid igitur? Nónne legibus ſancitū eſt apud nō prorſus iniuſtos, ut ulla re ſpoliatus, reſtitutionē conſequatur? Et quiquid depoſuit, licet id auferre ab depoſitario. Nunquid igitur uelletis reddere beneficia, pro quibus illas ſtatuas decreuiſtis? Emolumētum adferetrependentibus, quandoquidem emolumenta ſemper ſpectari debere quidā putant. Si quis igitur aut bellū aliquod cū uirtute profligauit, quod ſi nō ꝓfligatū forte eſſet ab illis tūc, nos nūc ciuitatē non haberemus: aut libertatem nobis attulit, aut conditorum fuit unus huius ciuitatis (neq; enim clarè poſſumus dicere, quinā ſit quibus hoc uſuuenit, aut uſuueniet, facinus ita temerè factum, et duntaxat conſuetudine quadam) nónne difficile eſt dicere quid poſt hæc ſequatur, quod nempe à ciuitatis cōmercio recedendum erit, nolētis facere quòd iuſtum eſt? Si uerò oportet, quouſquiſq; eſt qui tale quid dedit, quòd neq; à uolente reddi poſsit? Sexcenti autem ſunt, qui ſuas ipſorum animas profuderunt pro ciuitate, propriaq; uita emerunt imaginem & inſcriptionem, ſicuti & antea dicebam. Nunquid non atrocia patiuntur illi nunc? Neq; illud dici poteſt, quòd nos nō hi ſumus, qui acceperunt. Primùm enim uniuerſorum debitores ſumus, quæ maiores acceperunt, non minus quàm qui ipſi, ad quoſcunq; pertinuerit illud genus. Neq; enim uos a ſucceſsione deſtitiſſe dicetis. Deinde omnia quibus tunc eos aliqui beneficio affecerūt, magnoq; ſtudio incubuerunt, patientes aut agentes pro illis, ea iam cōſueta, ordinata & magna uos habetis, ut gloriam, ut ciuitatis amplitudinem, & quod excepta una omnibus alijs præſtet. Si igitur, quia à uobis honores non acceperūt, propterea minus iniquè uos facere putatis eos auferendo, aut ſi quid cui aliarum poſſeſsionū aufertis, res nimis perſpicuas ignoratis. Primùm quidem, quòd qui quem ſpoliant, & eū qui accepit id quo ſpoliatus eſt, neq; minus eum qui cunq; dedit, afficiunt iniuria: ueluti ſi quis publica deſtruat ædificia, quæ ciuitas ſingulis beneficij gratia conſtruxit: unde magis intelligere poteſtis, ciuitatem ab eo iniuria affici. Proinde eadem ratione & ciuitas in omnibus quæ cui priuatim dedit, atq; is qui illis ſpoliatur, iniuria pariter afficiuntur. Ergóne uos, & eos quibus imagines erexiſtis, & ciuitatem quæ dedit, hoc eſt uoſmetipſos iniuria afficietis? At qui aduerſus alium delinquit ſui commodi gratia, maliciæ ſolum habetur reus apud multos: qui uerò in eo quo quid aduerſus alium iniquè agit, pariter & ſemetipſum iniuria afficit, prauitatis quidem excellentiam quandam præ ſe tulit, ex ſuperfluo autem ſtultus uidetur. Ad hoc, uidere poſsis & aliud. Qui enim ſpoliat, is circa rem ipſam delinquit, natura quid faciens abſurdi: qui uerò aliquem datis à ſe honoribus & beneficijs priuat, non ſolum communem illam regulam, qua neminem lędere iubemur, tranſgreditur, uerùm etiam bonum uirum afficit iniuria, & hunc quem minimè illi conueniebat. Nuſquam enim uidere eſt, malis datos honores: neque ijs, à quibus nihil beneficij acceperunt. Quanto igitur peius ſit bonos ſpoliare honoribus, quàm alios, & benefactoribus nocere, quàm quemlibet alium iniuria afficere, nemini obſcurum eſt. Vt igitur Epheſios aliquid ex illis depoſitis ſumentes pecunijs, ita hercle iuxta hoc ipſum quis dicere queat delinquere & eos, qui hoc modo agunt cum imaginibus, non ſolum propter hæc modò dicta, quòd homines quos minimè conuenit afficiunt iniuria, quorum multos ne norunt quidem, ſed etiam propter cauſam hoc ex negocio exorientem. His enim qui depoſitum quoddam non cuſtodiunt,

Spoliatis reſtitutionē deberi

ſtodiunt, nemo quicquam amplius rerum crediderit ſuarum: contumelioſos uerò erga benefactores, nemo beneficio dignos iudicat: ut uobis periculum ſit, ne nemo uobis poſthac benefaciat: illis uerò, ne amplius cuſtodiant aliena Volo igitur factum quoddam ueſtrum referre, nõ uetus quidem, ſed non præclarum minus apud omnes quàm ualde grauia: ut rebus comparatis uidere poſsitis, an tales in uniuerſum dignum ſit iſtiuſmodi quid deſignare. Poſt cõtinuum enim, & longum illud Romanorum bellum quod inter ſe geſſerunt, quando uos in calamitatem incidere contig t propter beneuolentiam erga plebem, poſtquam finis erat impoſitus rebus difficilibus, & omnes iam putabant ſe ſaluatos, quemadmodũ in magnis morbis ſæpenumero difficili opus eſt auxilio, ita etiam tunc uiſa ſunt negocia talem poſtulare correctionẽ. Vnde omnibus exteris conceſſa eſt debitorum remiſsio Libenter autem illis admittentibus, remq; pro dono reputantibus, uos ſoli inter alios non recepiſtis, tametſi captiuitas uobis nuper admodum (ut dixi) accidiſſet, & hoſtes in ciuitate ſolas ædes reliquiſſent: attamen graue uobis uiſum eſt, in qualicunq; tempeſtate tranſgredi quicquam æqui: propterq; calamitates quas uos apprehẽdiſſent, inſuper etiam fidem deſtruere ueſtram. Atque alia omnia permittentes Romanis, hoc unum illis noluiſtis concedere, ut aliquid turpe eligeretis lucri gratia. Quibus enim illorum ciuitatem (opinor) nõ uidebatis indigere propter uirtutem ſimul & felicitatem, his ueſtram quoque non egere demonſtraſtis ob ſolam uirtutem. Haud igitur dicetis minorem (ô uiri Rhodij) gratiam deberi ijs qui bene fecerunt, quàm qui ſoluunt debitum. Deinde non ſponte exoluere quod debebatur, graue uobis uiſum eſt: à reddentibus autem auferre, mediocre. Non enim cũ omnibus turpiter ſe gerere, turpius eſſe credidiſtis, q̃ ſi uos ſolos ita gereretis. Verùm tãta mutatione eo quo dixi tempore facta, circaq; omnes confuſione, quæ data erant licebat firmiter retinere eos qui antè recepiſſent, & nemo auſus eſt exigere quicquam ab ijs qui quid eſſent adepti. Porrò uos in præſentia neque permittitis beneficia rependere benefactoribus, ſed qui nihil paſsi eſtis eorum quæ illi tunc, præſertim qui ceciderant extremè, id nunc fortunati facitis, quod tum illorum ne unus quidem. Sed factum id circa debita, inuenias etiam in alio tempore: & Solonem aiunt apud Athenienſes olim feciſſe. Præter enim quod frequenter neceſſariò id contingit ex inopia æris alieni: eſt tamen quando neque iniuſtè fit propter magnitudinem uſurarum, quando nonnulli ſæpius in illis ſortem recepiſſent. Quod uerò beneficia, quæ pro benefactis quidam receperunt, aufertis, nullam rationabilem poteſt habere cauſam, neque quiſquam introduxit unquam, ſed huius unius inter omnia nunquam fuit opportunitas.

Debitorum remiſsio poſt bellum conceſſa exteris.

Atqui hæc duo ſimiliter ſumma in legibus cautione dignata ſunt, & execratione, mulctisq; extremis, ſi quis introducat nouas tabulas, aut agrorum diuiſionem. Horum alterum quidem apud uos non factum eſt: alterum uerò, quod omnino nullo tempore accidit conſiderate, componentes huic negocio quod examinamus. Nam regione denuò diuiſa hoc eſſet grauiſsimum, quòd æquaretur qui prius poſſederat, ei qui nihil poſſediſſet: imagine uerò alteri data, nequaquam is cui ablata eſt, æqualis eſt ei qui accepit. Hic enim aſſecutus eſt honorem, alteri uerò nihil reliquum eſt. Age ergo, ſi quis interroget prætorem uobis præſidentem, iubentemq; ei adere inſcriptionem, atq; aliũ inſcribere, quid eſt quod facis? An adhuc (per Iouem) inficias ire poteſt, quòd intolerãda faciat? Adeòne neque ciuitatem tot retro annis hic uir (per Iouem) neque uos reuereatur,

præſertim ſi ſit moderatus? Ego ſanè puto, & artificem rubore ſuffundi. Si
uerò domum liberi aut cognati quidam aduenirent illius uiri, quantas il-
los putatis emiſſuros lachrymas, quando quis incipiat demoliri nomen?
Certè: ſed & conſurgent omnes aduerſum uos, & procedent ad populum
uociferantes. Num ergo ne quid tale accidat, non prohibebitis, neque ad-
hibebitis curam? Equidem nihil tale de uobis crediderim, magis uerò &
nunc aio latêre hoc factum: ſed nõ ſinetis, quum rem intellexeritis. Non-
dum enim totam rem uidelicet ſcitis. Quare ſemel prohibere cõuenit per
Iouem. Cæterùm non ſimile eſt, quum multi ſint, quibus nullus eſt cogna
tus, & res contingat nulli notorum. Ego uerò quòd etſi quidam ignorẽt
cognatos ſibi eſſe horum quoſdam, quod ueri ſimile eſt, non minus tamen
propterea iniuria afficiantur, maioribus ita deſpectis, omitto. Sæuius au-
tem alioquin mihi eſſe uidetur id quod fit in illos, quibus nõ ſupereſt ami-
cus, & ne unus quidem. Siquidem inter uiuentes cenſetur grauius eſſe e-
os afficere iniuria, quibus ne unus quidem amplius ſupereſt adiutor. Iu-
xta hoc dicant ergò, nihil eſſe mali pupillis nocere undiquaque deſertis:
qui neque ſemetipſos uindicare poſſunt, neque alium habent ſui curam
gerentem. At uos è diuerſo, magisque his læſis indignamini, & publicè
Antiquas ſolũ inſtituitis tutores ut ne qua iniuria afficiantur. Summa, inter omnes ſer-
& nulli notas mones quos dicturi ſunt, quorum nullus quicquam habet æqui, hic talis
ſtatuas muta- longè abſurdiſsimus eſt, quòd nullam ex natis ſtatuam attingant, ne-
ri, æquè impi- que quas quis norit cuius ſint; ſed ignotis quibuſdam, & ualde antiquis
um. abutantur. Quemadmodum ſi quis dicat, ſe nemini illuſtrium ciuium fa-
cere iniuriam, ſed plebeijs, & quos nemo nouit. Atqui per Iouem non
eſt ſimile. Inter uiuentes enim, & propter nobilitatem, & propter uir-
tutem alius alio notior eſt: & propter diuitias hoc contingit, atque a-
lias rationabiles cauſas. Circa imagines autem contrarium quis dicat,
nempe quòd illæ ſint meliorum uirorum. Non enim propter ignobilita-
tem aut maliciam quandam eos ignoramus, qui à ſuis ſplendidiſsima
dona ſunt nacti: ſed propter temporis hoc factũ eſt lõginquitatem. Quan
to igitur ſuperiorum homines ſeculorum ſemper omnes putant poſteris
meliores natura, & quoſdam olim hunc honorẽ nanciſci rarius contigit:
tanto circa meliores uiros, maiorumq; autores honorũ ſe delinquere con
Semidei. fitentur. Quòd autem hæc utraq; uera ſint, liquet. Valde enim antiquos,
ſemideos fuiſſe ſcimus: quiq; eos ſunt ſecuti, nõ multo peiores: deinceps
uerò ſequentes, ſemper minores iuxta tempus: & tandem qui nunc ui-
Statuæ quibus uunt, quales nos ipſos eſſe nouimus. Et olim quidem non omnibus qui
erigi olim ſo- mortem oppetijſſent pro ciuitate, erigebantur æreæ ſtatuæ: ſed tantum
litæ. ſi quis egregia admodum & admiranda deſignaſſet. Nunc autem præ-
ternauigantes honoramus, cuius rei cauſa poſteriores potius & nuperri-
mè conſecratæ tranſmutandæ eſſent. Neque enim illud ignoratis uti-
que, quòd omnes qui ſapiunt, ueteres amicos magis amant, pluriſque
faciunt, quàm nuper factos: & paternos adeò plus quàm omnes à ſe co-
gnitos. Qui enim aduerſus hos delinquunt, atq; aliquid tranſgrediuntur,
eos ſolos iniuria afficiunt: qui uerò erga illos officij aliquid abrogant,
maiores etiam ſuos qui eos antè poſſederunt, negligunt. Summa, quem-
admodum quando uiuentium quiſpiam apud uos exploratur, quem
uel ipſi bene noſtis, uel omnino ignoratis, his qui eum norunt atten-
ditis, & ſuffragia fertis ſecùndum teſtes: ita ergo, ut ne hi praui uidean-
tur, id ipſum facite: quando quidẽ de uiris ſermo habetur, quos aiunt à ne-
mine cognoſci uiuentiũ, ab his qui eos nouerũt diſcite. Qui igitur tunc
uiuebant,

iniuebant, & manifeſtiſsimè eos nouerant, benefactores ciuitatis exiſtimarunt: quibus fidem abrogare, quum ſint progenitores ueſtri, uobis fas nõ eſt, neq; prauos dicere. Non igitur neq; tale quid dici poteſt, quòd ſatis multo tempore habuerunt honorem: non enim poterunt oſtendere, plus temporis eos eſſe honoratos à ciuitate, quàm ciuitatem ab illis cultam beneficiis. Quemadmodum igitur, qui debitum olim contraxit, atque olim diſſoluit, nihil plus fecit, quàm qui nunc reddit quod debet: ſimiliter neq; ſi quis ualde ante longum tempus beneficio accepto, aliquem tunc remunerauit. Alioqui enim qui immunitate olim data, aut pecuniis, aut terra, aut alia huiuſmodi re ſpoliantur, minus fortaſſe iniuria afficerẽtur, quàm qui poſtea, iiſdem acceptis. Qui enim per aliquod tempus talia poſſedit, emolumẽtum ex iis percepit, & utilitatem. In honore uerò nihil eſt tale. Illi enim opulentiores ſunt & in reliquum tempus: habent enim, quæ ex iis acquiſiuerunt. His uerò è diuerſo contingit, ignominioſiores eſſe factos. Vbi enim minus eſt damnum? apud eos qui multo tempore fructum perceperunt. Vbi maior eſt ignominia? apud eos qui ualde antiquo honore ſpoliantur. Quod ergo neq; ab impietate iſtud facinus uindicari queat, maximè hoc modo ſciri poteſt: etiamſi quibuſdam hæc propter hyperbolen dicere uideor: non, ut antea dixi, quòd omnia ſimpliciter ſint impietates, quæ aduerſus defunctos patrantur: ſed quòd omnes ueteres admodũ uiri, heroes cenſentur: & ſi nihil habeant eximium, propter ipſum tamen puto tempus. Tam graues uerò, adeoq; maximis dignos habitos honoribus, quorum nonnulli & heroum parentationes habuerunt, quiq; tot annos ænei ſteterunt, ut & eorum memoria ſit extincta, quomodo congruit eandem habere appellationem, cum his qui noſtris temporibus uel paulo antè mortui ſunt, alioqui etiam nullo precio digni habiti? Atqui impietates aduerſus heroas, nemo ſanè dubitauerit, non eandem habere æſtimationem, quam illæ circa deos. Quid igitur? Nonne ſaltẽ iniuria eſt, memoriam abrogare? honorem auferre? nomen excludere? Atrox ſanè, & miſera, ô Iupiter. An ſi quis coronam auferat, unum fortaſſe aut alterum durantem diem, aut maculam aliquam æri aſpergat, hunc putabitis impiè agere: eum uerò qui prorſus demolitur & tranſponit & euertit gloriam, nihil facere abſurdum? An ſi quis haſtulã eripiat è manu, aut galeæ abrumpat criſtam, aut ſcutum auferat à brachio, aut equo frenum, carnifici ſtatim illum tradetis, & eandem ſuſtinebit pœnam cum ſacrilegis: quemadmodum nimirũ multi mortui ſunt ob huiuſmodi cauſas, & nihil illis plus imputant, quàm quòd nomine carentium quandam & ualde antiquarum mutilarunt imaginem: publicè autem ciuitas omni ex parte peior & uicioſior apparebit circa Heroas? Et nunc ſi quis dicat ingrediens, quòd deprehenſus ſit hoſpes quidã, aut ciuis, manũ aut digitũ auferẽs à ſtatua, clamabitis, & eueſtigiò iubebitis rotæ imponere. Atqui manu quidẽ ablata, aut phiala, (ſi forte tenuit) honor permanet, & ſymbolum uirtutis retinet is qui honoratus eſt, æs autem ſolum diminutum eſt: ſublata uerò inſcriptione, ſublatum eſt utiq; teſtimonium & exiſtimatio, illum uirum fuiſſe laude dignum. Volo igitur, quod Athenis quidem factum ſcio, puto autem & hic fieri, ſecundum legem quãdam admodum iuſtam, uobis dicere. Illic enim, quando publicè ciuium quendam ob ſcelus commiſſum mori oporteat, prius illius nomen è publicis tabulis deletur. Quamobrem? Primùm quidem ab hoc, ne qui ciuis ſit, tale quid patiatur: ſed quantum fieri poteſt, in peregrinorum habitus numero. Deinde etiam ſupplicii ipſius (puto) id nõ minima eſſe uidetur pars, quòd nec appellatio amplius appareat illius, qui

Sat honoris prioribus illis ſtatuis exhibitum eſſe.

Heroes, oẽs admodum priſci.

Impietas alia alia maior.

Inſcriptionem tollere, ſumma ignominia.

Supplicio affectorum nomina è publicis tabulis delendi mos.

qui huc progreſſus eſt ſcelerum, ſed omnino obſcuretur: ſicuti etiam puto, quòd nõ ſepeliuntur proditores, ut nullum reſtet ad poſteros ſceleſti uiri monumentũ. Age nunc ſi quis dicat, idem apud uos fieri benefactoribus, quod apud multos moris eſt fieri ſceleratis, an non ualde dolebitis? Nolite igitur iraſci ei, qui id uidetur nunc dixiſſe: ne enim amplius, neq; ſemper dicatur, uobis autor eſſe poterit. Porrò ſi quis unum tantum uerbũ eradat è colũna quadam, an nõ occidetis illum, haud iam inquirẽtes quódnã erat, aut de quo? Et ſi quis eò ueniens ubi uobis publicæ tabulæ ſeruãtur, apicem quendam tantum aut ſyllabam cuiuſdam decreti delear, an nõ ita eum habebitis, quemadmodum ſi quis quid de curru detrahat? Ergóne qui inſcriptionem tollit imaginis cuiuſdam, minus quid facit, quàm qui columnam abradit? Atqui totum delet decretum, iuxta quod ille honorẽ accepit: imò prorſus irritum facit id quod ſcriptum eſt. At ſi quis condemnatus ob quamcunq; rem, & pœnam quandam ſortitus, ſemetipſum deleret, abrogare uideretur rempublicam: ut grauius uobis uideaĩ, quempiã à pœna quadam ſeſe liberare, quàm priuare honore alium. Non igitur ne illud quidem prætereundum, quandoquidem ſermonem tanquam de impietate feci. Scitis enim manifeſtè, quòd tota quidẽ ciuitas ſit ſacra: ſtatuarum autem multas inuenietis in ipſis templis ſtantium, hanc paſſas iniuriam. Nam & antiquiſsimas haſce eſſe cõtigit, & prętorum quiſq; quemcunq; uolebat obſequio demereri, eum quaſi uobis honorantibus, cõtendebat quàm honeſtiſsimè locare. Et quid ſermonibus opus eſt? Arbitror enim nihil referre, an ſic an aliter locẽtur: niſi quòd, ut ego nunc dicebam, multorum nomina ſunt trãſmutata: & quorundam (puto) ualde propinquè dijs aſtantium. Itáne, ubi neq; qui malum quid patrarunt, ſi eò confugiant, conſuetudo eſt lædere: nõ graue eſt, ſi benefactores iniuria illic afficere uideamur: & defenſionem, quam tales loci flagitioſis præbent, ſolis (ut uerisimile eſt) bonis præbere non poſsint? At ſi quis thuribulum unũ eò loci poſitum mutet, aut phialã, non minus ſacrilegus cenſebitur, quàm qui abſtulerunt: ſi uerò imaginẽ mutet, aut honorem, nihil abſurdi facit? Atqui & ſtatuas quis dicere poſſet dijs conſecrata eſſe donaria, eas nempe quę ſunt in templis. Et multæ talem habẽt inſcriptionem, puta: Ille dijs conſecrauit ſemetipſum, aut patrem, aut filium, cuicunq; tandem deorũ. Si igitur ab alijs donarijs conſecratis auferens conſecrantis nomen, aliud tantum inſcribat, illum non impiè agere dicemus? Certè Apollo non permiſit, ex porticu pullos auferre Cumano, ſuos dicens eſſe ſupplices. Quibus ergo argumentis tentabunt quidam, rem hanc eſſe ęquiorem, demonſtrare? Peſsimè hoc probant, quũ dicunt, ſe ualde antiquis abuti, & quaſdam eſſe ſine inſcriptione. Nam ſi quis etiam hoc illis det ita habere, haud diceremid quod eſt in promptu, me nunc loqui de inſcriptis: ſed neq; illas attingi debere aio. Conſiderate enim (uiri Rhodij) cauſam, quamobrem quaſdam ita poſitas eſſe uerisimile ſit. Neq; enim oblitum eſſe, neq; grauatum poſitorem uerisimile eſt, neq; pepercisse hac in re expẽſis. Nullę enim erant. Reliquũ eſt igitur, ut ex duobus alterum fuerit in cauſa: aut quòd quidam fuerint ualde magni, atq; in ueritate heroes, eoq; non putarunt illorum nomina inſcribi oportere, ut qui omnibus alioquin eſſent noti: exiſtimantes propter tunc uigentis gloriæ excellẽtiam, in omne tempus atq; in poſterum nomen manſurum, ut quorundam ſemideorum, aut etiã deorum: deinde tandem propter temporis longitudinem in ignorationem uenisse. Deos enim non moris eſt inſcribere: ut ego non deſperem, & aliorũ quaſdam eſſe huiuſmodi, Thebis Alcæus quidam conſecratus eſt, quem Hercu-

Proditores nõ ſepeliri.

Sacrilegium.

Apollo & pullos ſuos auferri non paſſus.

Inſcriptione cur quædã ſtatuæ careant: & ab iiſdẽ nõ abſtinere, æquè impium.

Alcæus Hercules.

Herculem eſſe aiunt, antea ita uocitatum: et apud Athenienſes Eleuſinij ſacerdotis pueri imago eſt, non habens inſcriptionem, & illum dicunt eſſe Herculem. Et apud alios ſcio multas partim ſemideorum, partim Heroũ ſtatuas: ut Achillis, Sarpedonis, Theſei, propter hoc antiquitùs non inſcriptas. Et Memnonis ita in Aegypto coloſſum eſſe aiunt. Cæterùm in quibuſdam gloria permanſit, tempusqꝫ famam cuſtodiuit: at uerò non in omnibus id contigit, quicquid tandem fuerit in cauſa. Proinde & apud uos non impoſsibile eſt, tales quaſdam eſſe. Quale igitur eſt, Herculis aut Tlepolemi (age dicite) aut Solis filiorum cuiuſdam ſtatuam, dare illi, bono quidem uiro, & honore digno, (ſint enim omnes quos ciuitas colit, tales: & oportet ſanè optare, ut omnes ſint boni, maxime præfecti) ſed non tamẽ illorum unquam ſimili? Neqꝫ illi ipſi quos honoratis dicere poſſent, ſe illis modicum quid ſolum eſſe minores. Verùm etſi metuerent tale quid dicere, ergò ne uobis ex prædictis uidetur, potius ab his re incœpta (dico autẽ de non habentibus inſcriptiones) eam ad omnes transferendam, aut ualde eſſe talibus parcendum? Atqui ignorationis & antiquitatis cauſa ſimilis eſt: ut ſi quis dicat, neqꝫ eos qui ualde antiqua refodiunt ſepulchra, nihil delinquere, quòd nemo illic ſepultis reliquus ſit cognatus, neque ſciamus quinam ſint. Sepulchrum quidem non eſt argumentum uirtutis, ſed opulentiæ: neque poſſumus dicere, quòd qui in ſepulchris iacent, fuerint ſtrenui, niſi ſi quis publicè ſepultus uideatur, quod quodãmodo his contigiſſe reor. Imago autem propter ſtrenuitatẽ data eſt, eoqꝫ quòd quis antea habitus eſt uir fortis. Quod enim nemo horum erectus ſit, conuictus furti aut adulterij, non eſt incertum: neqꝫ etiã propter facta mediocria, ſed quantũ poſsibile eſt propter maxima. Quòd igitur & diuina quadã potentia prouidentiaqꝫ (ut ita dicã) tales participent, factũ uobis circa ſtatuã uolo dicere. Theagenes quidam fuit, Thaſius athleta. Hic uidebatur fortitudine antecellere ſuis æqualibus. Et iam cum alijs multis, & in ludis Olympicis ter acceperat coronam. Vt aũt à certaminibus deſtitit, uenitqꝫ in patriam, corpore ob ſenectutem defecto, uir fuit nemine inferior circa rem publicam: ſed quantum fieri poterat, optimus. Hinc, ut uериſimile eſt, inimicitias ſuſcepit cum quodam rempublicam adminiſtrãte. At is huic uiuenti tantum inuidebat. Hoc autem mortuo, facinus ſtultiſsimum omniũ & maximæ impietatis deſignauit. Huius enim ſtatuam in media ſitam ciuitate, noctu flagris cædebat. Igiť ſiue forte fortuna, ſiue Genio quodã illi indignante, mota eſt tandem è baſi, & ſecuta eſt unà cum flagro, & occidit hominem. Quũ autem lex eſſet, quæ iubet in mari demergere, ſi quid inanimatum incidens quempiam occidat: occiſi illius cognati, iudicũ ſententia ſtatuam obtinent, & ſubmergunt. Quum autem peſtilentia coorta eſſet (ut aiunt) ſæuiſsima, atqꝫ Thaſij nullo modo liberari poſſent à peſte, demũ oraculum adeuntibus, exules illis eſſe reducendos, reſpondit deus. Quum autem omnes eſſent reuerſi, nullusqꝫ foret reliquus, rurſus conſulentibus deum, ita antiſtitam reſpondiſſe ferunt:

Memnonis coloſſus.

Ignorationis & antiquitatis cauſa ſimilis.

De Theagenis Thaſij ſtatua miraculum.

Oraculum de reſtituẽda Theagenis ſtatua.

Theagenis uerò nos longa obliuio cæpit,
In nuda indignè prorſus recubantis arena,
Qui luctator erat longè fortiſsimis olim.

Quo reſponſo palàm erat, quòd etiam prius non exulum gratia id datum fuerat oraculum, quodqꝫ peſtilentia nulla aliam ob cauſam accidiſſet. Et nullus hoc reſpõdeat: Quid? ergo nos ſtatuas demolimur, aut in mare proijcimus? At ignominia afficitis illos quorũ ſunt, & aufertis ab habentibus, id quod tunc quoqꝫ diſplicuit deo: quando de ære nõ uериſimile eſt

eum fuiſſe ſollicitum. Ne igitur putetis, ob Thaſij illius contumeliã Genium ita eſſe indignatum: inter eos autem qui à uobis ſunt honorari, nemi nem eſſe dijs charũ, neq; heroa. Non ergo neq; hoc licet dicere, quòd non etiam hoc ob inimicitias à quibuſdam fieri poſsit, ſi quis prætorũ odio habuerit quempiã qui ante eum uixit. Id quod Theageni accidit audiuiſtis, quòd nempe acciderit propter inuidiam, æmulationemq; contractã ex republica. Etenim ſi modò in ſolis uetuſtis id ſe dicunt facere, tempore procedente (quemadmodum in uicioſis ſemper ferè contingit conſuetudinibus) neceſſe hoc erit & ad plures peruenire. Neq; enim quicquam cauſari poterunt, quum in illius poteſtate totum conſiſtat negociũ. At hercle prohibebunt neceſſarij. Si uerò abſentes fuerint, aut ignorauerint, aut quum reſciuerint, quid faciemus? Nunquid hunc oportebit rurſus eradere, quẽ quis præoccupans inſcripſerit? Quum ergo facinus hoc uehementer ſit abſurdum, imò impium, minus tamen eſſet intolerandum, ſi non ob talem prætextum contingeret, qualem dicunt quidam, quaſi ciuitatem defendentes. Nam propter argentũ quiduis facere, inter alia turpia omnes turpius ducunt, quàm ſi aliam ullam ob cauſam. Quando igitur prætexentes ſumptum, aut quòd oporteat facere expenſas atq; alias ſtatuas, putant ſe rem honorificè excuſaſſe: certum eſt quòd maius comparãt opprobrium, ſi pecuniarum gratia iniuriam facere uideamini, præſertim quum ſitis diuites, ut alij Græcorum nulli. Et cur tandem tempore progenitorũ ueſtrorum nihil tale factum eſt, quum non plura haberent quàm uos nunc habetis? Quòd enim inſula nõ ſit facta peior, & ex Caria fructum percipiatis, & ex parte Lyciæ, & ciuitates poſsideatis tributarias, pecuniæq; iugiter multæ à multis deponantur populo, & priores nullus abſtulerit, neminẽ putate ignorare. Et neq; dicere poteritis, uos nunc maiores facere expenſas. Nam etiam tunc in omnia, in quæ nunc, factæ ſunt: in conuentus ſolennes, in pompas, in ſacrificia, in mœnia, iudicibus, ſenatuiq;. Nunc ergo nõ ſunt maiores prioribus, etiam in alijs. Sumptus enim bellici, quum ipſi ferè continenter bella geſſerint, raroq; interdum quieuerint, non ſunt opinor cõparandi expenſis in pace factis. Non enim ſimile, centum nauium aut etiam plurium claſſem emittere, & rurſum ſeptuaginta & triginta aliarum, atq; his domum non reuerſis nonnunquam in tribus aut quatuor annis: neq; aſsiduè triremes nauigare non ſolũ uſq; ad Cyprum & Ciliciam, ſed interdum quidem in Aegyptum, interdum uerò in Euxinum, deniq; etiam in ipſo Oceano: neq; peregrinum militem alere, munitiones & regionem defendentẽ: cum eo, quod nunc ueſtro tempore uidere licet, nempe unius ſingulis annis aut duorum Aphractorum occurſu in Corinthũ. Et hæc dico exprobrans, neq; uos peiores maioribus ueſtris conſtituens. Non enim, quòd non poſsitis hæc, ſicut & illi: ſed quòd talium nunc tempus non ſit, & in pace degatis. Palàm enim eſt, illos quoq; maluiſſe nõ tot adire pericula: & propterea laborauerunt, ut aliquãdo tandem ſtabilirent turres. Verùm hoc tantum dico, quòd non pares illorum atq; ueſtræ ſint expenſæ. Vt enim quis alia omittat, quæ ad naualia & arma & machinas, de quibus nunc dixi, ſpectant: ipſum utiq; quod ad mœnia pertinet, par non eſt, ut ueſtro tempore inſtruuntur. Nam et ſi quis ponat, inter diligentiam nihil intereſſe, fiunt tamen per ocium & paulatim, & quando placet: tunc autem non licebat emittere. Et nunc quidem ea quæ uos decernitis, ædificantur: tunc autem, quæ cogebant hoſtes. Quin etiam neq; hoc dicere licet, quòd plures honore tis. Ipſa enim hoc multitudo indicat, ſtantium ex illo tempore ſtatuarum. Abſq; hoc autem quis dicere poſſet, plures nunc

Propter argẽtum quid in rep. facere, turpiſsimum.

Rhodiorũ opulentia,

Reipub. impẽſæ: eæq; quanto belli quàm pacis tempore maiores.

nunc eſſe, qui decus ſibi quærãt beneficijs erga ciuitatẽ? At herele, uobis
incumbit neceſsitas, præfectos omnes honorandi. Quid igitur? Nónne et
Athenienſes & Lacedæmonij, & Byzãtini & Mitylenęi, eos ipſos colũt?
Attamen quando illis uidetur alicui æneam erigere ſtatuam, erigunt, &
ſumptibus ad hoc abundant. Atqui iam quendam audiui Rhodiorũ dice-
re, non pares eſſe illorũ & ueſtros res. Illis enim ſolam ſupereſſe libertatẽ,
exceptis Athenienſibus, & hos tamen nihil magni poſsidere: ueſtram aũt
ciuitatem inuidia laborare apud omnes tanquam opulentiſsimam, ideoq́
eam pluribus beneuolis indigere. Præterea neminem Romanorum ægrè
ferre, ſi non apud illos erigatur: honorem autem huius ciuitatis eos non
negligere. Hæc ſanè ſunt uera quidem, magis autem propterea ab illo fa-
cinore deſiſtere debetis. Qui enim magni æſtimant honorẽ apud uos nan
ciſci, uериſimile eſt eos non negligere quomodo eum cõſeruent, neq; quo-
modo eum conſequantur: ſed pariter & animũ conſiderare ueſtrum. Qui
autem cõfitentur inuidioſas eſſe ciuitatis opes, eos nõ conueniebat ad cal
culos reuocare ſumptus. Quippe tanto plures propterea prę alijs honora
tis, quanto plura quàm illi poſsidetis. Et ſanè imperatorũ etiam num faci-
tis imagines, & aliorum qui autoritate pollent. Neq; enim uos fugit, nihil
eſſe hoc modo erigere. Vt ergo in poſterũ aliquos honoretis, ita turpe uo-
biſq; indignum ipſis facinus deſignabitis? Si enim cum omnibus eodem
modo ageretis, præter imperatores, nõ ita argueremini. Nunc autem ſunt
quos illic erigitis, ut alijs palàm ex his fiat, quòd eos nõ honoretis. Si uerò
ex plebe hi ſunt, & qui nihil profuerunt, cuius gratia uos inhoneſtè geri-
tis? Aut quid uobis uultis, eos colendo? præſertim quũ uobis facultas ſit,
alio modo illorum curã gerere. Etenim munera plura hoſpitalia, & libera
litas in excipiendo, plebeijs ſufficit, etiam ſi ſit quis prędtãtior. Pręterea et
decretum ſufficeret ſimplex, ut uel in Prytaneium uel conſeſſus honorabi
lem locum uocaretur. Nunc ſiquidẽ uidemini, quemadmodum naucleri
qui nauem nimis onerarunt, & cũ tempeſtate conflictantur, propterea ia-
cturam facere ſtatuarum. Atqui age, ſi quis uobis dixiſſet, multas ſtatuarũ
eſſe uendendas, ut pecuniarum habeatis copiam: quis non putaret, illum
hoc dicentem eſſe mancipium. Attamen uenditis: licet non ut auehantur,
ſicut opinor & ualde improba mancipia. Breuiter aũt bene noſtis, quòd
nihil horum magnũ eſt, neq; precioſum, niſi propter dantes, ſi dent ut tale.
Si uerò ex his rebus quid eſt, quæ cuicunq; uolenti & uulgari facilè tri-
buuntur, citò uidebitur nullius eſſe precij. Quocirca honeſtius eſt apud
uos uocari, quàm apud alios imaginem nanciſci. Atq; à uobis ſedentibus
quenquam laudari, ſplendidum eſt: alij uerò etiam ſi ſe clamãdo ruperint,
non uidentur ſatis laudare. Coronam in ludis Olympicis ſcitis utiq; olea-
ginam eſſe, quam multi pluris faciunt quàm uitã, non quòd illic nata olea,
aliquid in ſe habeat admirandũ: ſed quòd non facilè, neq; pro re parua de
tur. Proinde ferè circa ueſtra tempora, ut ſcitis, imperatorum quidam, ita
ualde eam affectauit, ut concupiuerit illic uictoriam, certaueritq; apud E-
læos, atq; hunc felicitatis terminum ſtatuerit ſuæ. Si uerò omnes coro-
naſſent uenientes ad ſpectaculũ prȩfectos, quam admirationem, aut qua-
lem amplius gloriam corona habuiſſet? At illos aiunt neq; epiſtolas re-
ſignare, quæ in commendationẽ athletarum cuiuſdam ſcriptæ ſunt, niſi
poſtquam certauerit. Et hoc nullum illis unquam attulit periculum, ſed è
diuerſo honorem & laudem, ut digni certaminum prępoſiti cenſerentur.
Neq; enim exiſtimetis Romanos ita eſſe læuos & indoctos, ut neminem
ſub ſe perferant liberum eſſe, neq; bonum, ſed malle mancipijs imperare.

Præfectos oẽs honorandi neceßitas ridicula.

Imperatorum imagines.

Olympica corona oleagina.

Deinde Elæi tanti ſua faciunt, nemine Peloponneſiacorum, quòd ad alia attinet, meliores: uos autem prætereuntes timetis, ut ſi uni cuipiam nõ æneam erigatis ſtatuam, libertatem putetis uos amiſſuros. Verùm ſi quidẽ ita ualde in diſcrimine uerſatur libertas, ut uobis ex quauis leui cauſa auferatur, ſeruitus urbis ex omni parte melior eſt iam. Nam qui corpus habent tam periculoſè affectum, ut amplius portare nequeant, ijs mori melius eſt quàm uiuere. Si enim uobis tanto ſeruata tempore fides, & apud illorum plebem beneuolentia, ſocietasq́ omnis fortunæ rempublicã ſtabilire non poteſt, neq; Mithridates deuictus, neq; Antiochus, neq; maris imperium per multa pericula et labores traditũ, neq; icta ante tot annos amicitiæ fœdera, neq; ipſę iuxta ipſum Iouem uſq; huc ſtantes columnæ, neq; ueſtræ copiæ periclitatæ uſq; ad Oceanum, neq; poſtremò propter illos capta ciuitas: ſed, ſi non illum & illũ adulatione ſeruiliter colatis, omnia hæc ſubuerſa ſunt, ut ſemper expectanda ſit ira uel odiũ: uehementer malè res ueſtræ habent, nullaq; re firmiter poteſtis inniti. Auſim etiam dicere, licet non libenter audiatis, melius quàm uos degere eos, qui media in Phrygia „ ſeruiunt, aut in Aegypto uel Libya. Qui enim ignorantur, nullo q́; habentur in precio, ſi quid faciunt, minus turpe eſt: tam uerò inſignibus celebratisq́ apud omnes, neceſſitatem incumbere, quemadmodum canes ſolent ignobiles, adulari prætereuntibus, intolerandum eſt. Age uerò, ſi proſius honorare oportet omnes, ut quis ciuitatẽ extrema laborare fingat inopia: quanto melius eſt ipſum de imagine ſtatuenda decretũ mittere, ut ſi uelit, ſuis erigat ſumptibus? At per Iouem, turpe eſt ſi tantas confitebimur anguſtias, & Rhodijs indignum. Et quis prudẽs nõ malit haberi pauper quàm prauus? An quod nunc fit, minus uobis turpe uidetur eſſe? ut quis poſsit ſtatuas ueſtras commemorare, ſicuti domos, quòd antea hæc quidem fuerit illius, nunc uerò ſit illius, facta: & ſi hic deceſſerit, rurſum erit hæredis, uel emptoris? Atqui imaginem nullo licet iure transferre, ſicut domum. Iam enim audiuiſtis quendam tale quippiam ex tempore dixiſſe, quod etiam apud alios hoc uideatur fieri. Et rurſus alium, quòd & apud Athenienſes multa nũc fient, ob quę quis haud immeritò eos obiurget, etiam circa honores. Illi enim certum quendam Olympium uocarunt, qui neq; natura illorum ciuis eſt, ſed homo ex Phœnicia, non à Tyro & Sidone, ſed à uico quodam aut continente, pręſertim brachia pice oblitum, & faſcias ferentem. Illum quoq; leuem admodũ poetam, qui etiam apud uos aliquando artis ſuæ ſpecimen exhibuit, non ſolum æneum erexerunt, ſed etiam iuxta Menandrum. Dicere quoq; ſolent, qui ciuitati malè loquuntur, illi etiam tributum epigramma, quod ſuper Nicanoris erat imaginem, qui illis Salaminem redemit. Ego uerò, ſi quis aut reprehendens Athenienſes hęc dicit, atq; oſtendens quòd nunc inhabitantes non ſint ciuitate digni, neque ea gloria quàm ſuperiores reliquerunt: aut uniuerſam Græciam miſerans, quò reciderit, quando talia faciunt, qui tempus quoddam illi uidentur præeſſe, bene ipſum puto dicere. Sin autem ideo, quòd neque uos conueniat animos tollere, neque melius ſapere quàm illi, haud queo ſatis explicare ſtupiditatis abundantiam, iſta dicentis. Non enim, quemadmodum rectè ab alijs facta omnes prædicare ſolent æmulationis & exhortationis gratia: ſimiliter etiam, ſi quid uicioſè apud alios fit, commemorandum eſt, ut id alij imitentur: uerum è diuerſo, ut uitetur, néue improuiſè in ſimile quid incidamus. Namq; ſi quis eos laudare uolens, illa dixit, aut demonſtrare, non minorem eſſe gloriam conſecutos: ille fuit utique ſtolidus, immò impudens, niſi quòd ſecundum ſuam ſententiam, præbuit

Pauperem haberi quàm prauum tolerabilius.

Athenienſium Olympius.

Aliorum rectè aut perperã facta quomodo commemoranda.

buit auſam quandam peccare uolentibus. Sin autem ut turpia & probra omnes talia proferunt, & nemo ciuitatem laudare uolens tale quid diceret unquam, ſed ſiue maledicens quis, aut reprehendens maximè, & inuehens, omnino ſtolidus eſt, per talia nos adhortaturum ſe ſperans, ut negligamus ea quæ apud nos fiant. Vt ſi quis tentans Athletam perſuadere ut cedat, coronamq; omittat, ad eum dicat: Non uides illum diſcedentẽ ante te, flagris cæſum? Aut hercle ſi quis oſtendens hiſtriones illic cadentes & exibilatos, ita te conſoletur, ut ne tu quoq; attendas, ſed ſimiliter certes. Ita nunc uobis propemodum illi dicunt: Nõ uidetis Athenienſes, quàm inhoneſtè ſe gerant? quàm malè audiant? quàm ſint in exemplum omnib. ignobilitatis & iniuriæ, qua patriã affecerunt? Cæterũ haud ſcio, utrum quis eos ponat ut colluctatores ueſtros, quemadmodũ putant, an (quod omni ex parte & melius & iuſtius) & hos & Lacedæmonios, omnesq; huiuſmodi, partem potius eſſe ueſtri, quàm uos illorum? Sed neq; colluctatores delinquentes ratio dictat imitandos eſſe: ſed è diuerſo, tãto magis rectè facere, ut omni in re uideamini eos præcellere, & non ſolum propter illorum prauitatem, uerùm etiam propter ueſtram ipſorum uirtutem glorioſi ſitis. Neq; enim & cognatos in delictis decet imitari, ſed magis prohibere eos. Itane ergo nitimini ueſtris ipſorum factis, illorum delicta minora facere? Præterea, quia in alijs nihil ab illis differtis, nihil fortaſſe opus erit ut in hoc uno uobis decus quæratis, curetisq; ut illis uideamini meliores? Nũc uerò nihil eſt quod illic fiat, de quo quis non erubeſcat. Vt ſtatim id quod ad gladiatores attinet, in quo ita uehementer æmulati ſunt Corinthios, imò ſuperarunt in felicitate & illos & alios omnes. Nam Corinthij quidem extra ciuitatem ſpectant in ualle quadam multitudinem quidem recipiente, loco uerò alioqui ſordido, & in quo nemo liberum hominem ſepelire uelit. Athenienſes uerò in theatro ſpectant honeſtum hoc ſpectaculum, ſub ipſa arce, ubi Dionyſum ſuper orcheſtram diſpoſuerunt, ut ſæpius nonnulli in ipſis ſedibus obtruncentur, ubi pontificem aliosq; ſacerdotes neceſſe eſt ſedere.

Gladiatorum ſpectacula Corinthi & Athenis cuiuſmodi.

Quin Philoſophum de hoc dicentem, eosq; corrigentem, non receperunt, neq; laudarunt: ſed ita ſunt indignati, ut ille generis claritate Romanorum nullo inferior, tantam autẽ obtinens gloriã, quantã nemo inter ualde multos aſſecutus eſt, ſolusq; poſt ueteres maximè uiſus ad ſermones congruè uixiſſe, reliquerit ciuitatem, malueritq; alibi in Græcia uerſari. Sed non uos (ô uiri Rhodij) tale quid ſuſtineretis, apud quos lex eſt, qua cauetur, ne unquam carnifex ingrediatur ciuitatem.

Rhodiorum lex, ne nunquam carnifex ingrediatur ciuitatem.

Cuius igitur gratia huius feci mentionem? Non mehercle conuicijs inceſſere uolens Athenienſes: è diuerſo enim, omnes moderatos illorum ſubit miſericordia: ſed ut cognoſcatis, quod de cætero uobis nulla ſit ad illos comparatio, ſed ad uoſmetipſos, adq; alios quicunq; ſunt modeſti. Quin etiam omnia quæ quis aduerſus Athenienſes dicat, aut cõtra Lacedæmonios, aut alios quoſcunq;, apud quos alia quædam u cioſe & ualde ſupinè adminiſtrantur, mihi in hoc certamine feret ſuppetias. Quod enim circa imagines fit, apud illos ita fieri non licet uidere: ita ut quod ne apud eos quidem delinquitur extremè perditos, quomodo non maximam habeat abſurditatem? Præterea magis ipſa quæ circa honores fiunt, inter ſe compoſita, hoc ipſum oſtendunt. Si enim præſentium quandã cuidam ueterum applicari uidetur intolerandum: quanto magis intolerandum eſt, ita cuiquam illorum auferre honorem, ut alteri detur? Et ſi nomen cuiuſdam inſcribere alteri multo mino-

ri, tantam adfert damnationem: delere atq; deſtruere nomen melioris, ſi ita cadat, qualem tandem rem uideri putatis? Atqui ſi quis uos Cau-

Cauniorum et Myndiorũ ad Rhodios collatio.

niorum, aut Myndiorum dicat eſſe ſimiles, ualde iraſceremini, & maledictis ab eo diceretis onerari ciuitatem: quomodo ergo amplius defenſionem uobis adferre poteſt, quòd ulla res apud uos & illos ſimiliter fiat? Quemadmodum ſi quis & mœnia apud uos diruenda putet, aut ruentia ſinere, eo quòd & apud illos corruerint, immò uerò apud alios ferè omnes. At mœnia corruerunt propter pacem, cætera autem nonne ſunt prauitatis indicia? Porrò ita agere cum antiquis benefactoribus, ob ingratitudinem fit. Ego uerò auſim dicere, apud illos ne benefactoribus quidem iniuriam fieri. Quis enim apud Caunios fuit unquam uir generoſus? Aut quis illis unquam aliquid boni fecit? Nam hi ſeruiunt non uobis ſolis, ſed etiam Romanis, propterq; ſummam dementiam & nequitiam duplicem ſibi ſeruitutem comparauerunt. Hæc autem & de alijs huius farinæ quis dicat. Ego uerò in uniuerſum, tametſi tantos quidam gerant animos, quantos uos ipſi iuſtè: non tamen ad alios, quæ faciant, uos reſpicere oportere puto, nedum ad tanto inferiores: ſed ad ueſtram ipſorum gloriam, autoritatemq; ciuitatis. Ridiculum enim eſſet, ſi quis ueſtrorum ciuium, Doricus ille aut Leonidas, quos toties aiunt in ludis Olympicis euaſiſſe uictores, ad alium quendam reſpiciens ſe exerceret, præſertim ad eum qui nunquã conſecutus eſſet coronam. Cũ Athenienſibus ſanè & Lacedæmonijs ſi uultis examinari, concedo: ſed cum illis qui olim uixerunt. Nam ſimilium quiſq; meritò uobiſcum dijudicatur. Quippe & athletam adhuc elatum animi, & quem nondũ robur deficit, non ægrotantes cõuenit prouocare, ſed ſui ſimiles celebres: neq; cum defunctis, ſed ijs qui fortitudine uigent, de uictoria contendere. Sin minus, illud facere, quod eum ſuperiorum nullo inferiorem declaret. Hęc quidem ſana eſt ad talia ratio. Siquid uerò prætermittendum eſt, neq; ad eos qui tunc fuerunt optimi, uos comparantes rem examinate: neq; ad præſentes, qui à uicioſiſsimis nihil differunt: ſed ad medios illorum, aut etiam his inferiores. Igitur apud Athenienſes regnante Philippo, maximè uerò quando imperio alijs conceſſo, ſo-

Leptinæ lex.

lam retinuerũt libertatem, Leptines quidam legem tulit, quòd oporteret immunitates auferre ab ijs qui haberent à populo, præter Harmodium & Ariſtogitonem, atq; haud amplius in poſterum licere cuiquam hoc donũ dari. Quid ergo? Num amplexi ſunt legem? Nequaquã: ſed propter hãc ſcriptam legem damnatus eſt. Age nunc comparate hanc ueſtram conſuetudinem illi leg: & ſi uobis aliquà conueniens uidebitur, cuſtodite eam, faciteque fortiorem in poſterum. quòd ſanè neceſſariò fiet, niſi eam in præſentia abrogaueritis. Si uerò undiq; conſiderata, peior inuenta fuerit,

Rhodiorũ de auferendis imaginibus inſtitutum Leptinea lege multo eſſe abſurdum.

imitemini illius tẽporis Athenienſes: magisq; abſurdũ quàm fuit id quod illi tunc abrogarunt, & uos nũc abrogate. Et mendacem quidẽ oſtendere ciuitatẽ, & circa dona infidelẽ, iniuriamq; facere benefactoribus ablata retributione, & omnia huiuſmodi, ęqualiter cõmunia utriſq; ſunt, ſed illic quidem qui habuerant immunitates, non carebãt compendio. Quę enim ea ex remiſsione acquiſierãt, in omne illis reliquũ deinceps remãſit tẽpus, ditioresq; ex ea erãt futuri. His uerò quib. auferunt imagines, ex eo ꝙ prius ſunt honorati, nihil planè ſupereſt pręter contumeliã, ignominiãq;. Ad hęc, ille qui tunc legẽ tulit, accuſauit eos q acceperãt immunitatẽ: malosq; eorũ multos eſſe probauit, nõ ſolum nõ beneficijs dignos. ut illud ſolũ fuerit intolerandũ, quod nõ omnibus reprehẽſis, omnes tamẽ dono priuabat.

Hic

Hic autem, auferentes nihil habent quod dicāt aduerſus illos: quos enim ne norunt quidem (ut aiunt) quomodo eos poſſent culpare? Præterea lex quoſdam excepit, eos nempe qui maximis ciuitatem uidebantur affeciſſe beneficijs, Harmodij et Ariſtogitonis poſteros. Hic uerò nihil eſt exceptū. Nam quum res fiat abſq; ſcriptura, & neq; ſecundum legem, neq; ſecundū decretum, de nullo prorſus eſt interdicta: & quibuslibet contingere poteſt, circa quoſcunq; prætori uiſum fuerit. Atqui lex intoleranda facere uidebatur, auferens populi poteſtatem, ut neq; de cætero tale donum decernere liceret. Et quanto ſatius erat prohibere à principio, ne populus quid donaret, (ſi non profuit ciuitati) omitteretque beneficia collocare, quàm auferendi ea uni dare poteſtatem? Quum enim turpe ſit (quod nemo poterit negare) auferre aliquid illis qui acceperunt: ſecundum legem quidem id ſemel factum eſt, ſecundum conſuetudinem uerò ſemper contingit. Et ſanè ſi graue uidetur, aliquam auferre ciuitati poteſtatem: uos quoque eam aufertis, eo quòd non firma cuſtoditis quæ dedit. Cuicunq; enim uos tribuitis honorem, non amplius in ueſtra eſt poteſtate, ut eum retineat: ſed unius in hominis iuriſdictione id ſitum eſt, nempe prætoris. Atqui peius eſt conſuetudine quid non eſſe in ueſtra poteſtate, quàm ſi eſſet prohibitum legibus. Hi enim non ſpoliati ſunt quodammodo hac poteſtate, quod ne facerēt, ſemetipſos lege prohibuerunt: ſed uoluntariè deſtiterunt, utilitatis gratia. In conſuetudine uerò, neque hoc dicere licet, quod ſemetipſos priuarunt eo, quo de neq; iudicauerunt, neq; deliberarunt. Et illic quidem conſolationem quandam habebant ex æqualitate & cōmunitate rei, omnibus ſimiliter oblatis immunitatibus. Apud uos aūt illi quē caſus obtulerit, imago aufertur, & frequenter meliori. Præterea illic lex aufert ab habente, nō ut alter eā accipiat: apud uos uerò huius gratia fit, quod omni ex parte moleſtius eſt, q̄ duntaxat ſpoliari. Et quidē illud non ignoratis utiq;, quanto grauius ſit pati quid propter alium, quàm propter ſeipſum. Igitur ex lege quidem id euenit, ut ne quidam haberent immunitates, propter quos ut indignos dicebat & cæteros reſtituere debere: ex ueſtra autem conſuetudine eam ob cauſam ſpoliantur habentes, ut alij accipiant. hoc uerò omni modo grauius eſt patientibus. Proinde ſi circa quos maximè neceſſarium eſt, circa eos quis uult uidere, quibus'nā iniuriam faciat hæc conſuetudo, & quos contriſtatura erat illa lex. aufe- rens non ſolum immunitatem ab habentibus, uerùm etiam imaginem ab ijs qui ſunt nacti, ita conſideret reliquos utrorumq;. Hi enim quodammodo nihil paſsi ſunt: quòd enim acceperunt tanquam auctarium, id perdiderunt, maiore illis dono reſeruato. Circa alios uerò fortaſſe eadem uidetur ratio. Cæterùm res manifeſta (opinor) eſt etiam inde. Quanto enim donum imaginis præſtat munerum uocationi, tanto ſunt meliores qui id ſunt adepti. Præterea inde quoq; res clarè perſpici poteſt. Immunitas enim accipientes facit ditiores: & hi maximè eam concupiſcunt, qui fuerint circa pecunias ſtudioſi: imago uerò, honeſtatem ſolam in ſe habet, et honorē. Quanto igitur omnes diceremus eſſe meliores, qui gratis ob unamq; gloriam quibuſdam malunt benefacere, quàm pro argento & lucri cauſa: tanto auſim ego dicere non ſolum meliores homines ab illa conſuetudine iniuria affici, uerùm etiam à melioribus uos prohiberi beneficia percipere, id quod illi lege prohibentur? Cæterùm anceps animi ſum, cur non & legem tandem hac de re feratis, iuxta quàm in poſterum agatis, ſi quidem ita ueſtra eſt ſententia At per Iouem haud paruam haberet turpitudinem talis lex in ciuitate lata. Itáne ergò id quod ſcribere putatis turpe, facere turpe

Conſuetudine aliquid non licere, quàm legibus eſſe prohibitum, deterius.

Donum imaginis, munerū uacationi præſtare.

turpe nõ eſt? Et quanto melius, non uti quibuſdam uicioſè ſcriptis, quàm facere? Aut utros diceres eſſe meliores? eóſne, qui ita ſunt animati erga abſurda, ut etiam ſi permiſſa ſint, ab eis abſtineant, an eos qui non conceſſa faciunt? Verùm ego dicerem, id quod in confeſſo eſt, nequaquam quidẽ quicquam iniquã aut indecens faciundũ: apud quos tamẽ tale aliquid

Lege quæ fiunt, minus reprehendenda, quàm quæ cõſuetudine.

lege fiat, minus reprehendi poſſe, quàm ſi fiat ex conſuetudine. Primùm enim lex certis finita eſt limitibus, neq; deterior fieri poteſt: neq; enim ſcriptis auferre licet, et adijcere. cõſuetudo uerò ſi fuerit uicioſa, neceſſe eſt indies eam uicioſiorem fieri, eo quòd nõ eſt comprehenſa, neq; definita. Dico autem hoc ideo ſcilicet, quòd hæc conſuetudo ſtatim (ut aiunt) initiũ ſumpſit à contritis ſtatuis, neq; iam in ſuis ſtantibus gradibus. His enim abuſos eſſe prætores, reparantes eas, & quodammodo denuò alias facientes. Deinde quod reliquum erat, integris quidem, ſed non habentibus inſcriptiones, inſcriptiones affixerũt: & poſtremò iam etiam inſcriptis quibuſdam, & admodum uetuſtis. Verum ſiquidẽ erit, quod aiunt, quòd tandem neceſſe ſit nullum reſtare diſcrimen. Nam in alijs iam ita res habet: in ſumptibus, in ornatus neglectu, in delicijs. Et nunquam malarum quicquã conſuetudinũ inuenietis ſtabile atq; firmum, donec undiquaq; prohibea-

Conſuetudinũ malarũ inſtabilitas.

tur. Eo enim quòd indies appoſitionẽ ſuſcipit, fermeq; caret redargutione, nemoq; facile cernit quanto hoc illo ſit deterius, ad omnia procedit. quemadmodum (opinor) & hulcera quædam, & morbi, qui indies naturaliter incrementũ capiunt. Accedit huc & illud, quod qui lege quid faciunt rerum malarum, non id quaſi tale faciũt, ſed in errorem perducti: qui uerò uicioſa faciunt conſuetudine, uniuerſi ſanè dicere poſſent, eos ſcientes uolentes delinquere ea, quæ ſcripta eſſe neq; ipſis quidem congruum uideatur. Non ergo ideo quòd antea cœpit, multumq; temporis durauit, propterea minùs conuenire uobis exiſtimetis, illa negligere. Nihil enim minus notantur turpitudine qui talia cuſtodiũt, quàm qui primùm ſuſceperunt. ſed è diuerſo magis, quod primùm factum eſt, latêre potuit tum uiuentes, præſertim quũ adhuc obſeruarentur, hi qui facerent: quòd autem à multis uſuuenit annis, nemo id ignoret neceſſe eſt. Atq; alioqui prorſus hic uobis ablatus eſt prætextus, qui de hoc ipſo ſedetis iudicaturi. Quem

Eãdem eſſe alacritatem debere & uicioſa abrogandi, & auſpicandi honeſta.

admodum igitur, ſi quid uobis rerũ honeſtarũ auſpicandũ foret, non utiq; cunctaremini: quare ſimiliter uos conuenit eſſe affectos, ſi quid uicioſarum abrogandum eſt. Ne ergo conſuetudini tempus ſuffragetur, ſi quidem eſt flagitioſa: ut mihi iam olim uideor demõſtraſſe. Non enim, ſi longum tempus uos damno affecit, ideo opinor illi cõuenire, ut nunquam damno afficere deſinat. Neq; enim ſi hominem flagitioſum à lõgo tempore comprehenditis, dimittitis eũ tẽporis gratia, quòd uixit flagitijs dans operam. Neq;, ſi quis morbum ſanare poſſet olim moleſtum, ad ſanitatem denuò redire ſuperſedeat. Arbitror uos autem, ſi quis deorum uobis planum faceret, futurum ut poſtea aliquando ciuitas perturbaretur: omnino illud prouiſuros, quantum in uobis eſt: deinde non neglecturos quòd alijs ſit nociturum, quia his cõſequens eſt. Ergóne id ſinetis, quod uos ipſos in maximis iniuria afficit, ideo tantum quòd ſuperioribus temporibus incœpit? Hoc quidem omnino ſtolidum eſt, ſi quis id putat nunquã prohibendũ, quod conſuetò quidem, abſurdè autem fit. Rogo autem uos, id potius cogitetis, quòd quum multa ſint in ciuitate, quorum omnium gratia iure gloriamini: primùm quidem leges, & diſciplina circa rempublicam, ob quæ præcipuè uobis placetis: deinde (opinor) huiuſmodi, templa, theatra, naualia, mœnia, portus, quæ partim quidem diuitias oſtendunt & magnanimi

tatem,

tatem, prioriſꝗ magnitudinem potentiæ, partim aũt pietatem erga deos: non minus lætemini tamen ſuper multitudine ſtatuarum, atque id meritò. Non enim ſolum huiuſmodi ornatum adfert, ſicut alia dijs conſecrata donaria, ſed etiam ciuitatis fortitudinem maximè declarat, & mores. Neque enim homines contempti à multis beneficia percipiunt, neꝗ uolunt, neꝗ fortaſſe poſſunt multos honorare. Præterea & hoc ineſt. non enim ſolum, quòd plurimę apud uos ſint ſtatuæ, id accidit: uerùm (opinor) etiam ideo, quòd quum Romani ſæpius undique ſupellectilem templorum palatiorúmꝗ acceperint, nunquam eorum quidpiam mouerint, quæ apud uos ſunt. Quum & Nero, tantum deſiderium ſtudiumꝗ circa hoc habens, ut ne ijs quidem in Olympia abſtinuerit, neque ijs quæ Delphis erant, licet præ cæteris omnibus illa templa honoraſſet, pręterea quoque plurimas ex Athenienſium arce tranſtulerit, multas quoque ex Pergamo, quum illud fanum ſibi competeret: (de illis enim quæ fuerunt apud alios, quid opus eſt dicere?) Eas duntaxat quæ apud uos erant, intactas dimiſerit: tantámque oſtenderit erga uos beneuolentiam & honorem, ut totam ciuitatem iudicaret ſanctiorem, quàm præcipua templa. Noſtis enim, quot Craton ſolus illi miſerit, orbem fermè omnem peragrans huius gratia, neque uicum ullum præteriens, atque tandem etiam huc uenerit. Quum autem uos, ut par erat, contriſtaremini, ſpectandi gratia ſe dixit adeſſe. Neque enim ſe habere poteſtatem quicquam eorum attingendi, quæ hîc eſſent.

Statuarũ multitudo quid ciuitati cõferat.

Neronis ἀκολασία.

Craton.

Proinde, præter communem aſpectus ornatum, aliam etiam uobis gloriam acquirit imaginum multitudo. Amicitiæ enim erga duces, atque illius erga uos reuerentię, teſtimonia atque demonſtrationes hæ ſunt. Ergóne Romani quidem & Nero hoc modo ea quæ apud uos ſunt ſeruauerũt, & ueneranda iudicarunt: uos autem non cuſtodietis? Et Nero quidem imperatorum uehementiſsimus, & plurimùm ſibi tribuens, & ad omnem potentiam omnia minora exiſtimans, nullius abſtulit imaginem eorum qui apud ſolos Rhodios erant honore affecti: ipſi autem uos auferetis? Et quanto melius erat & hîc idem factum eſſe? Apud alios enim manent honoratorum nomina, & inſcriptiones nemo deleuit: uos autem tanquam aliquid ab illis mali perpeſsi, eraditis. Atqui & hoc dicere quis poſſit, quòd ſi ab imperatoribus eſſent ablati, non adeò iniuria affectos uideri uiros. Non enim tanquam alijs daturi, ſed ornatu indigentes tranſtulerunt, ita ut nullus eorum nomen abſtulerit, neque illis in deterius ceſsit translatio. pro Megaris enim, & Epidauro, & Andriorum ac Mycenenſium foro, in Romanorũ templis cõſecratæ ſunt. Hæc quis non dicat melius eſſe, quàm quod per uos ita eorum deſtruuntur honores? Nullum enim in uobis fuiſſet delictum: neque ipſi ueſtros ipſorum benefactores iniuria affeciſſetis, & Heroas, ſed ſimul cum illis uobis facta eſſet iniuria.

Ab imperatoribus Ro. potius auferri debuiſſe ſtatuas.

Verùm ſi quis uos interroget, etiam ſi uideatur ridiculum, cur tandem neque uos neque alius ullus fictiles feceritis imagines illis, quos hoc cenſuiſtis dono dignos, quod utique facilius eſt, & nullos aut ualde paruos poſtulat ſumptus? diceretis (opinor) non ſolum, ut ne illi contumelia notarentur, ſed etiam ut manerent, ſi fieri poſsit, in ſempiternum bonorum uirorum honores. Nunc ergo ſcitote, ſtatuas uobis uniuerſas cereis eſſe infirmiores. Non enim quòd ſolem ferunt, conſiderandum eſt. Ob adulationem enim erga alios corrumpuntur, atque certo cuidam ob qualemcunꝗ cauſam inſcribuntur, & iam non ſunt illæ quæ fuerunt antea. Longè igitur deterior talis eſt corruptio. Tunc enim argui poterat materiæ fra-

Cur nõ fictiles potius quàm eneæ ſtatuæ poſitæ.

A gilitas,

Statuas non aliter dari, quàm puppas pueris. gilitas, nunc autem ciuitatis malicia apparere uidetur. Quapropter ſimili modo datis ſtatuas, quo puppas iſtas pueris dant ementes. Nam & illi ita dant, ut paulo pòſt ob confractas contriſtentur. Num ignoratis, quanta inſit huic rei turpitudo? & quantum excitetis riſum publicitùs mentientes, & hoc ita manifeſtè? In decretis enim ſcribitis, erigi oportere certi cuiuſdā imaginem. Quomodo (dicat uobis aliquis) uiri Rhodij ſcribitis, erigi oportere, quæ iam erecta eſt ante annos fortaſſe quingentos? Mulieres ſibi pueros ſupponentes, iudicatis eſſe prauas, & intolerandum quid facere exiſtimatis, quòd mendacijs utuntur: uos autem non uerecundamini, hoc facientes circa imagines, dicentesq; ſtatuas illorum eſſe quorum non ſunt: præſertim quum uos non prætereant ſcommata, quæ iaciuntur aduerſus ciuitatem? Multi enim aiunt, Rhodiorum ſtatuas ſimiles eſſe hiſtrionibus. Quemadmodum enim illi in ſcenam prodeunt alia atque alia ſumpta perſona, ita ueſtras ſtatuas aliam aliàs ſumere perſonam: ut modicum abſit, quin ideo erectæ ſint, ut alias perſonas repræſentent. Eundem enim nunc quidem eſſe Græcum, nunc uerò Romanum, rurſus autem fortaſſe Macedonem aut Perſam. Atque hæc ita perſpicuè in quibuſdam, ut qui uideat, confeſtim agnoſcat. Veſtitus enim, & calceatus, & alia ſimilia, mendacium arguunt. Et ſexcenta prætermitto quæ fiunt: ut, quod hominis ualdè ſenis imagini, iuuenis cuiuſdam nomen inſcribitur: admirabili quodam (opinor) à uobis inuento, dono, ſi unà cum honore etiam ętatem datis. Et rurſum, quòd Athletæ cuiuſdam ſtatua erigitur, quæ hominis eſt ualde imbecillis, & corpore mediocri. Nam quòd certus quidam apud uos uidetur equitans, aut cum hoſtibus congrediens, aut exercitum producens, homo qui nunquam ſuis ipſius pedibus terram attigit, atque à ferentium humeris deſcendit, nihil eſt fortaſſe abſurdi. Verùm quod certus quidam apud uos ſtat cæſtibus pugnans, qui & corpore ſit tenui & imbecillo, cæſtumq; nunquam attigerit, planè ridiculum eſt. Et hæc dico, non (per Iouem) odium mihi à uobis aſciſcere uolens, neque infamare ciuitatem: ſed ut nihil ſe indignum, neque alienum ab alia diſciplina & republica facere uideatur. Et mihi ſanè uidetur, quòd meritò huc prouectus ſim, propter beneuolentiam erga omnes Græcos, non ſolū propter eam quam habeo erga uos: ut ſi quid haberem recti, etiam hìc apud uos dicerem & ſignificarem. Antea enim ex multis conſtabat communis autoritas, & multi Græciæ imperauerunt: uos, Athenienſes, Lacedæmonij, Thebani, aliquod tempus etiam Corinthij, antiquitùs Argiui. Nunc uerò aliorum autoritas nulla eſt. Partim enim eorum prorſus deſtructi ſunt & perierūt, partim uerò inhoneſtè ſe gerunt, facientes qualia auditis, atque omni modo ueterem obſcurantes gloriam, putantes ſe uerſari in delicijs, ſtulti: procq; lucro numerantes, quod nemo eos prohibeat delinquere. Reliqui autem uos eſtis, inq; uobis ſolis conſiſtit, ut uideantur inter Græcos clari extitiſſe uiri, neque omnino contempturi habitos. Propter eos ſiquidem qui ita ſua utuntur patria, ut uerè quidam dicunt, nihil obſtitit olim, quo minus omnes Græci Phrygibus & Thracibus contemptiores eſſent habiti. Quemadmodum igitur domo felici & magna exhauſta, quando unus adhuc ſuperſtes eſt ſucceſſor, in eo ſunt omnia: & ſi quid is delinquit, & malè audit, totam obſcurat domus gloriā, omnesq; dedecore afficit ſuperiores: ita etiam ueſtræ res habēt erga Græciam. Nolite enim putare, ô uiri Rhodij, quenquam illorum illius tenere principatum, nolite putare. Eorum enim qui adhuc uiuunt, gloriamq; & igno-

Scomma: Rhodiorum ſtatuæ hiſtrionibus ſimiles.

Rhodijs inter Græcos ſolis adhuc ſuperſtes authoritas.

ignominiã ſentiunt, eſt principatum tenere. Res autem illorum interie-runt, & omni modo turpiter miſerabiliterq́ſ ſunt corruptæ: & ne cogitare quidem de cætero licet excellentiam ſplendorémque priorum geſtorum, ſi quis homines inſpiciat. Cæterùm lapides magis declarant grauitatem magnitudinemq́ Græciæ, & ruinæ ædificiorum. Quoniam eos qui nunc inhabitant, & rempublicam gerunt, ne Myſorum quidem quis poſteros dixerit. Quare mihi uidentur ciuitates funditùs euerſæ melius agere, quàm ita habitantur. Illarum enim integra adhuc manet memoria, noménq́ ex prioribus rebus honeſtis adeptum, ob nullum facinus contumelia afficitur. Quemadmodum (puto) & mortuorum corpora ſublata eſſe ut nemo uideat, melius omni ex parte eſt quàm uideri putreſcentia. Et hæc fortaſſe plura quàm par ſit, mihi uenere in mentem, recordanti totius conditionis. Illud autem uobis planum facere uolebam, quòd ſoli relicti ſitis ex Græcis, quos quis admonere audeat, & pro quibus adhuc quis contriſtetur, ſi quid delinquere uideamini. Meritò ergo attenderetis, omniaq́ talia exactius expéderetis, quàm maiores ueſtri. Illis enim in multis aliĳs ſuppetebat oſtendendæ uirtutis facultas: nempe, aliĳs imperando, ſuccurrendoq́ iniuriam paſsis, auxiliaribus copiĳs conciliandis, ciuitatibus extruendis, uincendo hoſtes. uobis autem horum nihil facere licet. Relinquitur autem (opinor) ut uobis ipſis imperetis, & ciuitatem gubernetis, & aliquem honore afficiatis, & plaudatis non eo modo quo multi, & conſulatis iudicetisq́, dĳsq́ uictimas offeratis, agatisq́ feſtos dies: in quibus omnibus uidemini aliĳs meliores. Quamobrem & huiuſmodi uobis laudem pariunt, cognoſcunturq́ apud omnes ut non parua: inceſſus, cæſaries, & quòd nemo tumultuoſe uadit per ciuitatem, compellatúrque propter ueſtram conſuetudinem & peregrinantes hoſpites compoſite incedere: ſicut (puto) & homines agreſtes, quando in palæſtram aut gymnaſium ueniunt, minus inconcinne mouentur. Præterea huc accedit & ueſtitus modus, ut alicui ridicula uideri queat purpuræ menſura. Iam & illa manifeſtiora, quod ſpectatis cum ſilentio, & popyſmis utimini moderatis. Hæc omnia grauitatis commendant ciuitatẽ, propter hæc omnia ab aliĳs differre uidemini, in his omnibus eſtis admirationi, atq́ diligimini: magisq́ quàm portus, quàm mœnia, quàm naualia, uos ornant antiqui mores, & uerè Græci. unde uos quilibet, ſimulac è naui deſcẽdat, nouit, etiam ſi ſit barbarus, aut ueniat è ciuitate quadam Aſſyriæ aut Ciliciæ. apud alios uerò ſi non quis audiat loci nomen, Age (inquiunt) quid uocatur? & nulla eſt inter Lycæum Academiámque differentia.

Miſerum poſteri, prouerb.

Rhodiorũ honeſtatis publicæ reliquiæ.

Cuius igitur gratia iam finẽ faciens, hoc ego dico, & planum facere uolo? Quòd tanto magis uos decus quærere oporteat, nihilq́ leuiter tranſmittere eorum quæ fiunt. Et ſi hoc modo in omnibus quæ facitis, fueritis animati, nihil fortaſſe maioribus ueſtris uidebimini deteriores. In tali enim rerum ſtatu ſemetipſos cuſtodire, manereq́ in uirtutis habitu, uidetur mihi ſanè admirandum. Quemadmodum (puto) in nauigantibus uidere licet, quòd tempeſtate irruente, aut uento uehementi, ne laſciuiſsimi quidem inter eos quicquam turpe faciant, ſed duntaxat ad nauigandum aduertunt animum: in tranquillitate uerò, & nautarum & uectorũ palàm conſpiciuntur procacitates, tametſi non ſint libidinoſi. Simili, opinor, modo & in bellis euenire ſolet, quòd & ignauiores excitentur & antecellãt: in tanta autem pace & ſocordia optimorum uirorum, in nullam turpitudinem aut confuſionem deduci, non eſt quorumuis, ſed ſingulari uirtute præditorum.

AD ALEXANDRINOS. XXXII.

NVNQVID tandem uelletis (ô uiri) paulíſper ſeria agere, & attendere: quandoquidem ludendo ſemper ætatem tranſigitis, nulli rei animum ſeriæ aduertentes? Ludi ſanè & uoluptatis & riſus (ut dicã quod res eſt) nunquam ulla uobis eſt penuria: nam et ipſi ridiculi eſtis, et iucundi, & multos horum habetis miniſtros, rerum aũt ſeriarum magna uos uideo laborare penuria. Quanq̃ ſunt qui uos laudẽt tanquam ſapientes & acutos, quòd tot hominum millia pariter & quę oportet cogitetis, citoq́ proloquamini quicquid cogitaueritis: ego uerò magis uos laudarem, ſi tardè proloqueremini, & modeſtè taceretis, recteq́ cogitaretis, quod & nunc facietis, quo ad illam laudẽ acquiratis aliam maiorem, nouamq́ & honeſtiorem: quòd quum tot ſitis numero, ſermonibus tamen habitis utilibus, omnes tenueritis ſilentiũ: & ad hoc oſtenderitis, quòd non ſolũ idonei ſitis cogitata proloqui, ſed etiam audita intelligere. Choreæ hæc quidẽ laus eſt, ſimul loqui poſſe, (imò ne choreæ quidem. cur enim omnes defraudẽtur melodia?) populi uerò, bene auſcultare. Nũc eo delicto, quo Athenienſes olim, delinquitis. Quũ enim illis reſpõdiſſet Apollo, ſi uellent bonos uiros in ciuitate prouenire, ut optimum quod eſſet puerorum auribus insererent: illi aliud animaduertentes, aurum inſeruerunt, dei uidelicet reſponſo non intellecto. Hoc enim puellas magis decebat, & Lydorũ aut Phrygum pueros. Porrò Græcorum pueris, præſertim deo præcipiente, haud aliud cõgruebat, quàm eruditio & ſermo, quæ nactos merito bonos efficiunt uiros, & ciuitatum ſeruatores. Illi igitur malè uſi ſunt puerorum auribus, uos autem ueſtris ipſorum adhuc peius. Populi enim auditorium eſt theatrum: in hoc autẽ aliquid honeſtum, aut honorabile uobis, nũquam aut admodum rarò ingreditur. Nam muſicorum ſonitibus inſtrumentorum tumultuq́ ſemper plenum eſt, & ſcurrilitate & ſcommatibus, auri nulla ex parte ſimilibus. Quapropter rectè dixi, uos ſeriarum rerum laborare inopia. Neque enim ipſi ſerioſi eſtis, neq́ qui uobiſcum agunt conſuetudinem: & frequenter ad uos ingreduntur.

Choreæ & populi diuerſa laus.

Oraculum Athenienſib. perperam intellectum.

Theatrum. populi auditorium.

Mimi, ſaltatorq́; frequens, luſiſſe choræis
Optimus, atq; equites ueloces, qui citò magnum
Diſsidium ſoliti, rixaſq; citare cruentas,
Spectatorem indoctum apud & puerilia amantem,
Vrbibus & commune ferunt damnumq; malumq;.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Hæc enim ſemper uidetis, & talibus animũ aduertitis, ex quibus neq́ mentem neq́ prudentiam, neq́ iuſtum affectum, neq́ pietatem erga deos adipiſci licet: ſed indoctam cõtentionem, ambitionemq́ immoderatam, et inanem triſticiam, gaudiumq́ ſtultum, & uituperium & expẽſas. Hæc aũt dico, nõ ut uos dehorter, aut abrogare iubeam huiuſmodi oblectationes, erroresq́ ciuitatis (inſanirem enim) ſed ut uos rogem, quemadmodũ uos ad hæc promptos & intelligentes exhibetis, ita etiam ſermonem aliquando utilem audiatis: eamq́ quæ commodum ſit allatura, boni conſulatis loquendi libertatem. quãdo etiam Athenienſes, quorũ paulo antè feci mentionem, non in omnibus inueniemus deliquiſſe: uerùm hoc illi, & optimè quidem faciebant. Poetis enim permittebant, nõ modò quemq́ uiritim arguere, ſed & publicitùs ciuitatem ipſam, ſi quid nõ rectè facerent. Itaq́ inter alia multa, & talia in Comœdijs dicebantur: Populus ſuffocator, moroſus, ſeniculus & ſurdaſter: et, Quid eſt Athenienſis? Res iniurata. Et hæc audiebant, dies feſtos agentes, inq́ populari uiuentes gubernatione, quũ

Veteris comœdiæ libertas.

non

non ſolum ſuorum ciuium, ſi quem talia dicentium uoluiſſent ira commo ti perdere, domini erant conſtituti, uerùm etiam ſuper alios Græcos obtinebant imperium: licebatq; illis, ſi uoluiſſent, nihil audire moleſtũ. At uobis neq; talis eſt Chorus, neq; Poeta: neq; alius ullus, qui uobis quid exprobret cum beneuolentia, in lucemq; proferat ciuitatis morbos. Proinde quandocũq; tale quid emergat, cupidè uobis amplectendũ eſt, uosq; tum putate feſtũ agere diẽ. Sed ne grauemini oro, quin etiã reuereamini dicere, Quãdo finẽ faciet? et, Quando ingredietur præſtigiator, aut nugator, aut alius eiuſmodi? Hi enim (ut dixi) ſemp uobis ſunt præſtò, neq; metuendũ eſt ne uos deficiant. Tales aũt ſermones, per quos homines fiũt felices, melioresq; & modeſtiores, utq; melius queãt habitare ciuitatẽ, nõ frequẽter audiuiſtis: nolo enim dicere, Prorſus nõ audiuiſtis. Et hoc fortaſſe non ue ſtri cauſa accidit, (palã facietis aũt, ſi hodierna die ſuſtinueritis) ſed magis illorũ qui philoſophi appellant. Illi enim partim prorſus nõ ueniũt ad multitudinẽ, neq; periculũ ſubire uolũt, nullã fortaſſe ſpẽ habẽtes ſe poſſe uulgum reddere meliorẽ: partim uerò in auditorijs (quo uocãt) uoces exercẽt confœderatis aſſumptis auditorib. ſibiq; cicuribus. Cynicorũ uerò (ita enim quidã appellant) eſt in ciuitate quidẽ multitudo nõ parua: & ſicuti alterius rei, ita & huius magnus factus eſt prouẽtus, neq; is degener inter homines (ut dicã quòd res eſt) nihil ſciẽtes, ſed circa uictus neceſsitates occupatos: hi aũt in triuijs & angiportis & templorũ atrijs cõgregant decipiũtq; pueros & nautas, & huiuſmodi turbã, ſcommata atq; alia nugamenta conuerrentes, forenſesq; has reſpõſiunculas. Quamobrem boni quidẽ efficiunt nihil, mali uerò quantũ fieri poteſt plurimùm, aſſuefacientes homines fatuos, ut philoſophos derideant: quemadmodũ ſi quis puerũ aſſuefaciat cõtemnere præceptores. quumq; illorum oporteret extundere cõtumaciam, illi eã adhuc augent. Qui aũt ad uos procedunt tanq; eruditi, partim oſtentationis gratia ſermones habent, & hos indoctos: partim poemata compoſita offerũt, certi quòd ualde cantilenarũ amantes ſitis. Hi, ſiquidem hoc faciunt ut poetę et rhetores, nõ eſt fortaſſe intolerandum: ſi uerò ut philoſophi, lucri & ſuæ ipſorũ gloriæ, non ueſtræ utilitatis gratia, hoc ſanè tolerari non debet. Simile enim eſt, ac ſi medicus ad ægrotantes ingrediens, ſalutis illorum & curationis nullã habeat rationem: ſed coronas, & meretrices, & unguenta illis inferat. Cæterum pauci quidam loquendi libertatem intulerunt ad uos, & eam parcè, neq; ita ut aures ueſtræ implerentur, neq; ut orationem abſoluerent: ſed uno aut duobus dictis uerbis, et cõuiciantes magis quàm docentes, feſtinatò receſſerunt, metuentes interim ne tumultũ excitaretis, ipſosq; repelleretis, ut qui hyemis tempore mare ingrediũtur ad breuem quandam & compendiariam nauigationem. Hominem autem habere, qui purè & abſq; fraude liberè loquatur ueritatem, neq; gloriæ gratia, neq; propter argentum ſimulet, ſed propter beneuolentiam aliorũ & paternam curam paratus etiam ſit (ſi ita ſors ferat) derideri, & multitudinis tolerare confuſionem & tumultum, difficile eſt, & ciuitatis ualde felicis in tanta generoſorum & liberorũ hominũ inopia, abundantia aũt adulatorũ & impoſtorum & ſophiſtarũ. Ego enim nõ à me ipſo mihi uidere uideor hoc elegiſſe, ſed ex diuina quadã ſentẽtia. Quorum enim dij prouidentiã habent, illis cõparant etiam bonos cõſiliarios, uel ultro uenientes, & ſermones cõueniẽtes atq; utiles dici. Et de hoc uos minimè decet dubitare, apud quos præcipuè diuinitas honoratur: maximè uerò ipſa ſuam ipſius oſtendit potentiã, & tantum non ſingulis diebus per oracula ſomniáque. Nolite ergo putare, noſtri tantum dormientium curam Deum gerere, & priuatim cuiq; ſignificare id quod cõmodet:

Cynici.

Boni conſiliarij Deorũ munus.

uigilãtes aũt negligere, & in cõmuni & cõgregatis nihil rerũ mõſtrare utiliũ. Sepenumero eñ iã & uigilantib. profuit, & interdiu manifeſtè quædã predixit. Scitis haud dubiè Apidis famã hic in Memphi prope uos, quòd pueri ludãt annũciantes id ꝙ deo uideaẽ, & hoc nõ uanũ apparuit. Veſter aũt deus tanq; (opinor) perfectior, ꝑ uiros atq; feriò uobis uult ꝓdeſſe, nõ paucis uerbis, ſed forti & pleno uaticinio, & ſermone perſpicuo, deq; maximè neceſſarijs docẽti, ſi ſuſtinueritis cũ uolũtate et obediẽtia. Et primũ

Dei prouidentia fieri, quæcũq; hominib. accidunt bona.

quidẽ omniũ (ut à proximo incipiã, unde oportet) hoc credite firmiter, ꝙ quę hominibus accidũt in bonũ, omnia ſimiliter ſunt diuina, etiãſi quis nauigãs peritũ nanciſcaẽ nauclerũ, aut gẽs aut ciuitas bonos p̃fectos. Et ſi medicus opportunè adſit ægrotãti, etiã hũc exiſtimare oportet auxiliatorẽ uenire à Deo miſsũ. Et ſi qs ſermones audiat prudẽtes, eos inde eſſe trãſmiſſos. In ſumma eñ, nihil fortunatũ neq; fructuoſum eſt, ꝙ nõ iuxta deorũ et uolũtatẽ et potentiã perueniat ad nos: & ubiq; omniũ ipſi bonorũ ditionẽ

Mala unde.

tenent, diſtribuũtq; largiter uolẽtibus recipere. Mala aũt aliũde, tanq; ex alio quodã fonte ꝓfluunt, nobis propinquo, quẽadmodũ in hac ipſa aqua cõtingit. Quę eñ ſeruat et nutrit, fœcũdatq;, uerè cœlitus alicũde ex felici quodã fonte defluit: ſordidos autem aquæductus & fœtidos, nos ipſi facimus, noſtraq; opera cõſtituuntur. Nã ꝓpter hominũ dementiã & delicias et ambitionẽ, difficilis eſt uita, plenaq; errore, prauitate, ęgritudine, et ſexcentis alijs malis. Horũ aũt unã medicinã & pharmacũ dij fecerũt, nẽpe eru

Eruditio & ſermo unicum malis humanis datũ à dijs remedium.

ditionẽ et ſermonẽ, quo quis per totã uſus uitã, et aſsiduò, finẽ tandẽ attingit ſanũ & felicem. Qui aũt raró & ꝑ interualla utunẽ, aliquãdo quidẽ uiuunt, aliquãdo uerò alternatis uicib. mortui ſunt. Attamẽ iã interdũ ab immẽſis, ipſisq; imminẽtibus malis ſunt reuocati. Qui uerò ſemper inexperti ſunt huius pharmaci, & nunq; ad honeſta ducẽti ſermoni aures accõmodant, ꝓrſus miſeri ſunt, nullũ tegimẽ neq; ꝓpugnaculũ habẽtes aduerſus affectiões, uerũ in nuda miſeraq; uita fluctuãt, quẽadmodũ in lacera ſcapha et ſoluta, in omniũ rerũ iniquiſsima ſentẽtiaet prauitate. Cõtingit aũt ferè, ut peſsimus atq; infortunatiſsimus quiſq; lõgiſsimè fugiat à ſermone, nolitq; audire, neq; tametſi quis cõpellat: quemadmodũ (puto) & hulcera nimis difficilia, nõ ſinũt ſe tãgi. & hoc eſt indiciũ, ꝙ ſupra modũ malè habeãt. Tales aũt apud alios medicos fortiores ſibi medelã quærãt, quũ à mitiorib.

Duplex contra maliciã remedium.

nequeãt curari. Duplex eñ eſt remediũ & ꝓuidẽtia cõtra maliciã, quẽadmodũ & cõtra alios morbos: una quidem, ſimilis diætæ & pharmacis: altera aũt ſectioni & uſtioni, cõueniens magis principibus & legib. & iudicib. qui ſuperfluũ iã immedicabile euellunt. Meliores aũt ſunt, q nõ facilè id faciunt. Alterã aũt curã officiũ eſſe aio eorũ, qui perſuaſione & ſermone animas poſſunt mãſuefacere & emollire. Hi aũt ſaluatores ſunt, cuſtódesq; omniũ qui ſeruari poſſunt, antequ; ad extremũ progrediatur finẽ, prauitatẽ arcẽtes & retinentes. Vtriſq; ſanè opus habent ciuitates: multo aũt huma

Non eadem puniendi & docẽdi ratio.

niore hi, qui poteſtatẽ obtinẽt. „ Pœnas eñ ſumere ita cõuenit, ut ſimul par„ cas: docere uerò, ut nihil parcas. Et boni hoc eſt præfecti, ut ignoſcat: mali„ autem philoſophi, ut non ſit acerbus. Supplicij enim plenitudo perdit, ſer„ monis autem amaritudo naturaliter ſaluare ſolet. Periculum autem eſt, ne„ uobis magna eorũ ſit penuria, qui poſterius ſciãt. Neq; enim pecunię illis, neque potentia acquiritur ex hoc, ſed magis odium & conuiciũ, uituperiumq;: quorum fortaſſe nulla habenda eſt cura. Quapropter ob illorũ ſeceſſum ſilentiumq;, contentionum uobis gliſcit copia, & iudiciorum, & aſper clamor, & noxiæ linguæ, & intemperantes accuſatores, calumnioſęq; ſcripturæ, & rhetorum deniq; turba. Quemadmodũ (puto) propter medicorum inopiã, aut propter inexperiẽtiam, plures fiunt pollinctores.

Atq;

Atq; ego hæc in principio accuſaui: ſimul eos quoq;, qui uolunt procedere ad multitudinẽ, neq; uobis audent diſſerere: ſed dum graues eſſe uolunt, inutiles exiſtunt: ſimilesq; ſunt ignauis athletis, qui omnibus ſunt moleſti in palæſtris & gymnaſijs, manibus geſticulantes & luctantes, in ſtadium uerò procedere nolunt, ſolem & plagas metuentes. At res ipſa ue rè difficilis eſt & propter uos. Non enim facilis toleratu tantæ tumultus multitudinis, neq; infinitorum hominum millium aſpectum ferre, abſque cantilena & cithara procliue eſt. Hoc enim ſolum remedium eſt aduerſus tribus ueſtras: quemadmodum aiunt quorũdam animalium adipem prodeſſe ad difficiles morbos. Proinde ego ſanè, ſi cantionum eſſem peritus, haud huc ſuſtinuiſſem ingredi ſine concentu aut cantico. Nunc uerò hoc mihi deeſt pharmacum: deus autem (ut dixi) me confidere iuſsit,

Qui fortem quamuis hominem terrore metuq;
Concutit, & facilè uictrici denuq; palma
Exuit: interdum quoq; ſuſcitat ipſe uiciſſim,
Resq; iubet tentare graues. —

Vt uerò & ego Mercurij uerſus ad uos dicam, quibus ille ſe in Odyſſeia defendit apud Calypſo, nuncij gratia, quod iniucundum exiſtimabat, Forſan negari me dicetis, dicendi tamen ſunt: Odyſſ. ε.

Iuppiter inuitum ſanè huc me uadere iuſsit:
Namq; uolens undas quis tot percurrat amaras,
Immenſasq; hominumq; nec eſt urbs ulla propinqua.

Ille quidem quũ eſſet deus, & alatus, queritur de undis & pelago, deq; inter ciuitates hominesq; ſolitudine: ego uerò homo, precij nullius, & nulla de gente, in uili palliolo, neq; cantus dulcedine pręſtans, neq; maiorem alio habens uocem, cur non extimui ueſtrum rumorem, neq; riſum, neque iram, neq; ſibila, neq; ſcommata, quibus omnes exterretis, omnesq; ubiq; ſemper ſuperatis & plebeios & reges? Præſertim quum audiam, Homerũ & alios poetas ſemper canentes, quòd multitudo res ſæua ſit, & imperſuaſibilis, & prompta ad iniurias? Illo quidem ita dicente:

Hic hominum uerò commota eſt concio, ſicut
Immenſi fluctus pelagi, quos Auſter & Eurus
Fortiter impellunt, Iouis atra è nube ruentes.

Alio autem rurſum:

Eſt malum inſtabile populus, mariq; ſimilis Trochaic.
Parte ab omni. namq; uentis uerberatur
Huc & illuc: ſiq; tranquillum ſonat modò,
Mox tamen, uentis ut excitatus omnibus,
Surgit in rabiem, manusq; armat cruentas:
Siq; cauſa ſic petit uel parua, ciuem
Deuorauit. —

Forſan igitur, ne & uos me tumultu & turbatione deuoraretis, metuendum erat, uobis utilitatem adferre uolentem. Si manſeritis uerò, & audieritis uſq; ad finem, omnibus eritis admirationi, uidebiminiq; non ſolum ſonorum periti atq; ſaltationum, ſed etiam ſermonum prudentium ut etiam mihi aduerſus eos qui me reprehendunt, damnãtq; quòd huc ſim ingreſſus, iuſta prębeatur defenſio. Noſtis enim bene, quòd me reprehenſuri ſint, & dicturi uanæ gloriæ cupidum & inſanum, qui me turbæ & tumultui obiecerim. Vt igitur habeam dicere, non omnem multitudinem eſſe laſciuam, & audiẽdi impatientem, neq; ab omni eruditis eſſe fugiendum. Euidentius autem uobis (ſi placet) diſſeram de populi natura, hoc eſt, de uobis ipſis. Quippe hoc unum eſt utilium: & magis uobis profue-

Populi natura & ingenium. profuero, quàm ſi de cœlo & terra dicerem. Aio populum maximè ſimi lem eſſe uiro primati, & ualde forti, magnam quandam poteſtatem & robur habenti: & tanto maiori primati, & plurium principi, quanto ipſe maior fuerit populus, & ciuitatis nobilioris. Huius igitur reges ſunt dij, pro communi ſalute præfecti, reuera curatores & præſides boni & iuſti. Et bonorum quidem uoluntarij promi: mala uerò rarò tribuentes, et neceſsitate compulſi, ornatu lætantes ciuitatum. *Tyranni.* Qui uerò è diuerſo ſunt duri & feri, tyranni uocantur, ſæui tam ad audiendum quàm ad congrediendum. Horum quidem ira ad omnia eſt prompta, quemadmodum ferarũ beſtiarum: aures autem obſtructæ, & ingreſſus in eas non patet ſermonibus æquis, ſed adulatio & deceptio obtinent apud eos. Similiter autem & populus. Nã aliquis eſt bonus & æquus, mitisq; & tranquillus uerè, qui guſtare poſsit loquẽdi libertatem, neq; in omnibus uelit deliciari, humanus, magnanimus, uenerans bonos tam uiros quàm ſermones, corripientibus docentibusq; gratiam habens: quem ego cenſeo diuinæ & regiæ naturę eſſe, dicoq; condecens eſſe ut quis hunc accedat, & alloquatur, quemadmodum generoſum equum loro inutili manſuetè ducens, haud indigens annulis. Cõplures uerò & audaces & ſuperbi, & implacidi ad omnia, & nouarum rerum cupidi, tyrannis ſimiles, & longè peiores: utpote quorũ malicia non uniuſmodi eſt, neq; ſimplex, ſed commixta ex quam plurimis: ut ualde uaria & ſæua ſit beſtia, ut poetę & opifices fingũt Cẽtauros & Sphingas & Chimæras, ex omnigenis naturis in unam formam idolum componentes. *Centauri. Sphinges. Chimeræ.* Huiuſmodi autem cum portento congredi, aut contrà ire, inſanientis cuiuſdam uerè factũ eſt, aut admodum animoſi, & alati Perſeos aut Bellerophontis. *Perſeus. Bellerophon.* Alexandrinorum ergò populum infinitum (ut aiunt) utra in parte ponamus? Ego ſanè me uobis exhibui: ut illis, qui melioris ſint naturæ. Fortaſsis autem & alius hoc præſumpſerit, qui melior me ſit. Et ſanè, neq; habetis ſpectaculũ pulchrius, neq; admirabilius, quàm uos ipſos modeſtè gerentes & attendentes. Diuinum enim quiddam eſt; & grauitatis reuera plenum & magnificum, populi uultus manſuetè compoſiti, neq; riſu uehementi ac intẽperanti efferuentis, neq; tumultu continuo & incompoſito perturbati, ſed quum eſt auditio una tantæ multitudinis. Aſpicite autem uos ipſos in præſentia, & quum conſueta ſpectaueritis, quales nam ſitis. Mihi nunc ſanè ſpectatu dignisſimi uidemini & plebeijs & regibus: & nemo eſt qui non ingrediens obſtupeſceret, uosq; honore afficeret ut ſi nihil aliud, hoc ſaltem uobis non paruum præſtitit ſermo, ut unam horam uos modeſtè geratis. Nam & ægrotantibus momentum ad ſalutem non modicum eſt, ſi pauliſper poſſunt quieſcere. In alijs autem ſodalitatibus, quum uobis inciderit confuſionis ſpiritus: quemadmodum ſi uelox uentus commouerit mare lutoſum & ſordidum, planè tum (opinor) iuxta Homerũ ſpuma uidetur, & palea, & algarũ copia effuſarũ: ſimiliter tum apud uos uidẽtur ſcommata, plagæ, riſusq;. *Confuſionis ſpiritu agitatus populus, qualis.* Quis igitur uos ita affectos laudare queat? Non enim propter hoc & principibus uidemini magis immunes. Et antea quendam dixiſſe aiunt: De Alexandrinorum uerò multitudine quid quis dicat, quibus duntaxat obijcere oportet multum panis, (ita enim multo melius cuſtodiri) & ſpectaculum equorum, ut quibus cætera omnia nulli ſunt curæ. Nónne uos, quum ſe quis ex maioribus inhoneſtè gerit in medio omnibus uidentibus, eum deſpicitis, & cenſetis nullius precij, etiamſi centies inter uos aliquam habeat poteſtatem: ipſi autem poteſtis uideri graues & honeſti talia facientes? Neſcitis, quòd ſicut princeps & rex progrediens tunc clarisſimè uidetur, ut oporteat

teat eum nihil ignobile aut turpe facere: hoc modo & populus, quum huc progreſſus fuerit, & in unum congregatus? Oportet quidem (opinor) & alias uos modeſtè gerere: ſed tamen quando quis quid facit apud ſe, non publicum id, neque ciuitatis eſt putandum: in theatro autem uidentur publici mores. Vos autem præcipuè hoc in loco incircumſpectè uos geritis, gloriamque deſtituitis urbis: quemadmodum malæ mulieres, quum oporteret eas honeſtè in publico uiuere, etiamſi domi immodeſtè ſe haberent. Quid igitur, dicat forſan aliquis. Num hoc ſolo delinquimus, quòd uicioſe ſpectamus? Et de hoc ſolo nobis dicis, aliud autem nihil? An metuis & de cæteris differere? Et quidem, forſan dicet aliquis, quod quamuis multa dixerim, nullum tamen dederim uobis cõſilium, neque planè expoſuerim, id de quo uos præcipuè reprehendo: hoc autem officium eſſe docentis. Ego uerò & nunc me arbitror multa & utilia dixiſſe attendentibus, & de Deo, & de populi natura: & quòd oporteat audire, & non repudiare ſermones. Hoc enim (opinor) admodum fuit neceſſarium, ut nempe primùm præpararem uos, ut ſuſtineretis audire. Quare ſi nihil aliud, hoc tamen haud uulgare uobis præſtitit ſermo, quòd tanto tempore ſedetis, modeſtè uos gerentes. Namque & ægrotantibus magnum ad ſanitatem momentum eſt, ſi paulùm quieſcant. Atqui de alijs omnia percurrere, præſertim in una die, eoq; uos deniq; compellere ut maliciam & delicta condemnetis, non eſt poſsibile. Neq; ſi mihi decem linguæ, decemq; ora eſſent: niſi mihi cœleſtes Muſæ Iouis filiæ in memoriam reuocent, quanta ubiq; malicia ſit apud omnes, non apud uos ſolos. Illud autem ipſum de quo cœpi dicere, uidete quale ſit. Quomodo enim cœnetis apud uos, aut dormiatis, aut gubernetis ſuam quiſque domum, nõ admodum manifeſtum eſt: quomodo autem ſpectetis, & quales nam hîc ſitis, omnes Græci & barbari nouerunt. Ciuitas enim ueſtra magnitudine & loco, immenſum quantum differat, & clarè ſecundas obtinet partes inter omnes quæ ſunt ſub ſole. Aegyptus enim, tanta natio, ueſtræ corpus eſt ciuitatis, immò mantiſſa. Nam fluminis naturæ proprietas præter alia omnia, ſermone explicari non poteſt, necnon illius utilitas & miracula: & quòd mare circa uos totum recipiatis, & portuum pulchritudines, magnitudines q; claſsium, & ubiq; terrarum naſcentium copia & diſpoſitio: & mare quod extrinſecus adiacet rubrum & Indicum, cuius nomen anteà difficulter audiebatur: ut negociationes non inſularum, neque portuum, neq; freti modici & anguſti, ſed propemodum totius terrarum orbis exerceantur apud uos. Poſita enim eſt in coniunctione quadam totius terræ, & multis deductis gẽtibus, quemadmodum in forum unius ciuitatis, in idem loci congregat omnes, atq; mutuò alterum alteri oſtendit, & quantum fieri poteſt unam ex omnibus facit gentem. Fortaſsis ergo gaudetis hæc audientes, uosq; putatis laudatos, hæc me dicente, quemadmodum ab alijs qui ſemper uobis adulantur? Ego uerò laudaui aquam & terram, & portus & loca, & omnia potius quàm uos. Vbi enim dixi, quòd ſitis prudentes, & modeſti, & iuſti? Non'ne his contraria? Hominum ſiquidem laus eſt, diſciplina, manſuetudo, concordia, ornatus reipublicæ, attendere rectè dicentibus, & non undiq; conquirere uoluptates. Subuectiones autem mercium, & diſcretiones, excellensq; copia uenalium atq; nauium: mercatus & portus & fori ſunt encomia, non ciuitatis. Neque enim ſi aquam quis laudet, ea laus hominum eſt: ſed puteorum. Neque ſi de temperie aeris quis dicat, homines dicit eſſe bonos: ſed regionem. Neq; ſi de piſcibus,

Spectaculorũ apud Alexandrinos immodeſtia.

Alexandrinæ ciuitatis præſtantia, & ſitus.

Hominum laus uera quæ.

ciuitatem unquam laudauerit, ſed mare aut lacum, aut flumen. Vos autem ſi quis Nilum laudibus euehat, animos tollitis, quaſi ipſi fluentes ex Aethiopia. Fere autem & alij complures ob tales res gaudent, ſeq; beatos iudicant, ſi habitent (iuxta Homerum) inſulam arboribus conſitam, aut altã, aut continentem quendam paſcuoſum, & uiciſsim habentem umbroſos montes, aut fontes perſpicuos: quorum nihil illorum proprium eſt. Virtutis autem ne ſomnium quidem illis curæ eſt. Ego autem horum recordatus ſum, non ut uos extollerem, neque ut me familiariter eadem canentibus rhetoribus aut poetis compararem. ſunt enim illi eloquentes, & magni ſophiſtæ & impoſtores. noſtra uerò uilia ſunt, & ſermones ſoluti, haud tamen de uilibus. Ipſa enim quæ dicta ſunt, non ſunt magna: at de magnis, quantum fieri poteſt. Et nunc hæc dixi de ciuitate, oſtendere uobis cupiens, quòd ſi uos inhoneſtè geratis, hoc clàm fieri non poſsit, neque inter paucos, ſed inter omnes homines. Video enim ego non ſolum Græcos apud uos, neq; Italos, neq; à propinquis regionibus, Syria, Libya, Cilicia, neq; qui ſupra illos Aethiopas habitant, neq; Arabes: ſed etiam Bactrianos, & Scythas, & Perſas, & Indorum quoſdam, qui cõcurrunt, & ſemper apud uos uerſantur: ut uos quidem audiatis unũ (ſi ita fortuna ferat) citharœdum, & illum familiariter notum: audiamini autem à ſexcentis gentibus, qui uos non norunt: & uideatis quidem tres aut quatuor aurigas, uideamini autem à tot Græcis & à tot barbaris. Quid eos putatis, quum ad terræ terminos peruenerint, dicere? Non'ne, ciuitatem (dicent) uidimus cætera quidem admirandam, & humanorum ſpectaculorum omnium optimum ſpectaculum, & templorum ornatu, & ciuium multitudine, rerumq; neceſſariarum abundantia: & omnia exactè ſuis enarrantes quantum poſſunt, quæ paulo antè dixi, de Nilo & regione & mari: & quòd maximum eſt, apparitionem dei: furentem autem ob cantica, & curſus equeſtres, & nihil dignum facientem? In ſuis ipſorum rebus illi quidem homines ſiue ſacrificent, ſunt moderati, ſiue ad ſua negocia eant, aut alia faciant: quum autem theatrum ingreſsi fuerint, aut ſtadium, tanquam pharmaca ſibi illic habeant defoſſa, nihil iam ſciunt rerum priorum, neq; erubeſcunt dicere aut facere quicquid illis uenerit in mentem. Et quod omnium eſt grauiſsimũ, ſtudium adhibentes circa ſpectacula, non ſpectant: & audire uolentes, nõ audiunt: manifeſtè mente capti & delirantes, non ſolum uiri, ſed & pueri & mulierculæ. Poſtquam autem ceſſauerit illa uehementia, & ſoluta fuerit cõcio, turbatio quidem uiolentior eſt extincta: adhuc tamen in compitis & angiportis manet, perq; totam ciuitatem plurimos dies: ſicuti magno deſinente incendio, aliquandiu fumum aſcendentem, & partes adhuc quaſdam ardentes, uidere licet. Atqui forſan aliquis Perſarum aut Bactrianorum dicet, quod & ipſi ſciant equitare: & optimi ferè uidentur eſſe equites. huic enim rei ob principatum libertatemq; ſtudent: attamen nihil tale, neq; ſimile paſsi ſunt. Vos autem qui equos nunquam tetigiſtis, neq; aſcendiſtis, non poteſtis uos ipſos retinere, ſed ſimiles eſtis claudis de curſu contendentibus. Quare quum timidi ſitis, & minimè militares, in multis iam equeſtribus pugnis euaſiſtis uictores. Conſiderate autem, ne de uobis uerius hi dicant, quàm de Græcis Anacharſin Scytham dixiſſe aiũt: habebatur enim ſapiens, uenit autem in Græciam mores ſpectatum, hominesq;. Dicebat igitur, quòd in unaquaq; Græcorum ciuitate certus deſignatus eſſet locus, ubi interdiu inſanirent. (dicebat autem de gymnaſio.) Poſtquam enim huc uenientes ſe exuerint, unguntur pharmaco. Hoc autem

Rhetorum et poetarũ laudationes cuiuſmodi.

Alexandriæ celebritas.

Rurſum Alexandrinorum in ſpectaculis immodeſtiam taxat.

Perſæ & Bactriani equites.

Anacharſidis Scythæ elegans in Græcos ſcomma.

tem(dicebat)illos inſtigare ad inſaniã. Statim enim hi quidē currunt, illi au tem ſe mutuò deijciunt: alij uerò manus extendentes, pugnant aduerſus ho minum neminem, alij uerò cæduntur. His factis, abraſoq́ pharmaco, ſtatim ad ſe redeunt, & amanter iam mutuò affecti incedunt cernui, erubeſcentes ob ea quæ fecerunt. Ille quidem ludens, deridensq́ rem(meo iudicio)non malam, hæc dicebat. De uobis autem quid quis dicat? Nam & uos quum conuenitis, cæſtibus pugnatis, clamatis, proijcitis, ſaltatis, quo quæſo u- ſi pharmaco? Videlicet illo dementiæ, quod non potuiſtis illa animo cerne re moderato. Neq́ enim hoc me putetis dicere, quod non huiuſmodi faci- enda ſint in ciuitatibus. Faciēda enim ſunt fortaſsis, & neceſſarium eſt, pro pter multorum infirmitatem & ocium. Fortaſſe uerò ſunt etiam inter opti- mos qui tali indigeant exercitio, & ſolatio in uita. Facienda autē ſunt cum decoro, & habitu homines liberos decente. Non enim circa hoc ullus equo rum curret tardius, neq́ peius canet ullus canentium, ſi uos geratis decorè. Nũc aũt aurigarũ quempiã decidere è curru, rem atrocē exiſtimatis, & cala mitatem omnium maximã: ipſi aũt excidētes è cōuenienti decoro, ueſtraq́ dignitate, nihili facitis. Et ſi uobis citharœdus incōcinnè canat, & præter to num, intelligitis: ipſi aũt omnino extra naturalē harmoniã exorbitãtes, ual deq́ incōcinnè uos gerentes, nō in animo expenditis. Atqui quot ueſtrûm propter hæc iam perierunt? Ignominioſi illi enim iure habentur omnes. Si- renes autem num aliud quid faciebãt, ut fabula refert? Non'ne perdiderũt eos, qui uehemēter ipſis lætabãtur? At illæ in deſerto erãt pelago, & lōgè ab hominibus ſua habebant domicilia, in ſcopulo quodã, quò nemo facile ap- pulit: quin etiam illic, qui prudēs fuit, quieteq́ auſcultauit, ſeruatus eſt. Hi autē in medio ferè orbis terrarum, in populoliſsima omnium ciuitate, talia operãtur: non(per Iouem) propter ſuam quandam uoluptatē ac uirtutē, ſed ueſtram propter ſtoliditatem. Cur enim extra theatrum eodem auſcultant modo quo alij, & frequenter moleſti habiti ſunt, ne fortè illic illorum obli- tæ eſſent aures? Quid igitur hoc oſtendit? Non, per Iouē, muſices uim, ne- que artis excellentiam: ſed auditorum leuitatem, imbecillitatemq́ ciuita- tis. Aiunt igitur iam quoſdam eorum qui perierunt ex tali cauſa animoſe ſe geſsiſſe, non deprecantes mortem, ſed ſupplicãtes ut diutius audire liceret. Hoc autem eſt admirabile in opprobriũ & deriſum ciuitatis, quod apud a- lios quidem uiri ſtrenui & tyrannorum interfectores celebrantur memoria ſempiterna, quòd patriæ ſalutis cauſa ſe morti obtulerint: apud uos autem pro chorda, propterq́ paruam uoluptatem hoc patiãtur, immò propter ina nem gloriam. Non enim tantum lætitia affecti, quantum putantes, & uolē- tes, ſemetipſos produnt. Tanta uerò miſerorũ eſt infelicitas, ut animoſum id eſſe putent, quod eſt ignauiſsimum: & honeſtum, quod turpiſsimũ. Mal- lem equidem latrocinia exercens mori, quàm ob talem cauſam. Illa enim ui ri praui mors eſt, hæc autem infelicis mancipij. Et latro iniuria fortaſſe affe- ctus, ad hoc uenit, pro legibus certando deſtitutus: & forſan aliquod gene roſum facinus efficere potuerat, ſi non talem nactus eſſe Genium. Iſte uerò ex clamore ſolum & dementia infauſta, propterq́ uocem, & malam eius in clinationem, diſſonaſq́ flexuras & nugamenta, caninoſq́ latratus & cla- des, inglorius perit. Eſt autē talis capræ mors. Nam & illæ, ſi quid guſtanti- bus ualde uideatur dulce, apud illud diſpereunt. Quid igitur hoc præclari eſt, ô infelices? Pro iuſticia enim, & uirtute, & primis honoribus, legibusq́, & pro bono rege, ſi res poſtulet, laborare & mori, boni, & non uitæ cupidi animi eſt: pro pſaltria uerò ſtrangulari, ignobilis piaculi, uitaq́ indigni. Sed hos omittamus, Verùm in ipſo ſpectaculo quæ turpiter fiunt, plenaq́

Gymnaſiorũ exercitia cum decoro facienda.

Sirenes.

Latronis mors, quàm pro pſaltria occumbentis, honeſtior.

Capræ mors.

ſunt contumeliarum, extollere, & uenerari, quantæ tandē uerecundiæ eſt? Quum quidam tantum non in labris animam habeant, quemadmodum (opinor) eos decet, qui etiam per aures felicitatē excipiant. Saluatorē atq; deum uocāt, miſerum hominē. Quanto putatis riſu uos à dijs derideri, quando deinde ipſos adorantes, eadem adſertis nomina, atq; per ea colere diuinā alios cogitis naturam? Porrò æqua mēte præditus eſt Deus, uti deum (opinor) decet, & māſuetè fert uulgi dementiā. Quapropter uobis ut pueris pædagogos dedit, prudētiſs. in ciuitate, cum quib. & ſpectetis, atq; alia melius faciatis. Quomodo enim alioqui alter ab altero uobis temperaretis? At quales uos ipſos homines arbitramini, quibus libertas nō cōducit? Sic enim eſt (per Iouē) & res ipſa natura talis eſt. Non'ne enim & in alijs ciuitatib. canūt & uoce & tibijs, & currunt, & omnia fiunt quæ etiā apud uos & apud alios quoſdam? Verùm nuſquā tantus huius rei amor eſt, neq; aſylus. Nouiſtis Rhodios, ita prope uos uiuentes in libertate, cumq; ſecuritate omni: ſed apud illos neq; currere in ciuitate uidetur decorū, ſed & hoſpites increpant qui proterue uadunt. Quare meritò magni fiunt, & omnem cōſequūtur honorem. Reuerētes enim ſeipſos primùm, & nihil ſtultum facientes, iurè (opinor) & ab alijs & à præfectis reuerentiā cōſequuntur. Quanquam enim & in alijs plurimis eadem facere inueniemus & modeſtos & ſtultos, puta comedere, ire, ludere, ſpectare: natura enim cōpellit, ut multis ſimilibus indigeamus: differunt tamē inter ſe in omnib. & primùm quidem comededo. Hi enim neq; indoctè neq; indecenter degunt, ſed honeſtè pariter & māſuetè: conuiuium, non uinolentiam auſpicantes: amicè compellantes alios, ſimul edentes, non faſtum erga eos oſtendentes: illi autē ſæuè atq; intemperanter, cum clamore & diſſolutione iraſcentes, ridentesq;, alterq; alteri cibum præripientes, nō cohortantes deniq; abeunt, malum aliquod cōuiuis dantes, aut ab illis accipiētes, quale olim fuiſſe aiunt Centaurorū cōuiuiū. Et quid opus eſt alia recitare ſingillatim? Quin & inceſſus non commune eſt uidelicet, neq; ſimplex. huius enim declarat ſedatos mores, & attentionem ſui ipſius: illius uerò perturbationem, impudentiamq;. cum feſtinanter graditur, loquitur inter eundum: aut poſtquam cadentem ſeruauit aliquem, pugnat aduerſus alium. Similiter etiam circa ſpectacula, hi quidem ſunt inexplebiles & auidi, & circa omnia ſimiliter ſtupidi fortuita: illi autem modeſtè & cum pace participes fiunt. At non uos: ſed attoniti ſedetis, & ſubſilitis magis quàm ſaltatores, & dimicatis ob cantiones. Alios quidem homines ebrietas ad cantum & ſaltationē trahit: apud nos autē fit edíuerſò. Cantus enim ebrietatem efficit, & uinolentiam. Vini quidem talis eſt natura, ut ſui cōpotes eſſe non poſsint, ſed multa difficilia facere coganē qui eo ſiniſtrè & immoderatè utuntur. Qui uerò ob cantum offendāt, multòq; peius ſint affecti quàm uinolenti ſtatim à principio, nō queadmodū in cōpotatione procedente potu, alios uidere nō eſt. Nam apud quoſdam barbarorum ebrietatem dicunt fieri lenem, & per uaporem, quibuſdam ſuffitum facientibus: deinde gaudent & exurgunt ridētes, omniaq; faciūt quæ bene poti facere ſolent, ſed abſq; ulla mutua læſione. Inter Græcos autē uos ſoli per aures & uocem id patimini, immò nugamini peius quàm illi, & deprauamini, magisq; ſimiles eſtis crapulantibus. Atqui Muſarum & Apollinis dona ſunt blanda, & mitia. Hunc enim Pæona & Alexicacon appellāt, ut mala auertentem atq; ſanitatem in animis corporibusq; efficientem, non morbū, neq; furorē. Illas uerò, uirgines perq; uerecundas & modeſtas. Atq; muſica propter curationem humanarū inuenta uidetur affectionum, & maximè in rectum cōuertere poſſe ſtatum animos ſæuicia ac feritate affectos. Ob hanc rem & philoſophorum quidā, ad lyram ſemetipſos cōpoſuerunt matutini,

Nullos uſquā ita in ſpectaculis ineptire, ut Alexandrinos.

Rhodiorum grauitas.

Eadem ſæpe & modeſtos & ſtultos facere, ſed non eodem modo.

Vini natura.

Muſarum & Apollinis dona, atq; cognomina.

Muſicæ uſus.

matutini, ita ceſſare facientes ex ſomnijs collectã perturbationẽ. Quin etiã
dijs cum cãtu ſacrificamus, ut cõpoſiti & moderati ſimus. Alius rurſus mo-
dus eſt tibiæ & cantus in luctibus, quo uidelicet (opinor) affectionũ aſperi
tas duriciesq; paſsionũ ſanet, mœſticiaq; mollior efficiat̃ p cantum occultũ
cum luctibus: quẽadmodum medici inflãmata hulcera madeſaciẽtes, emol
lientesq;, dolorẽ ceſſare faciũt. Non minus & in cõuiuijs uiſa eſt docere mu
ſices potẽtia, inducẽs animis harmoniã, ordinẽq; uoluntariũ, & lubricã ui-
ni delectationẽ cum cognata cõſolans potẽtia, ut illi cõmixta concinnũ fiat
& moderatũ conuiuium. Hæc iam omnia inuerſa ſunt, & trãslata in contra
rium. Non enim à Muſis, ſed à Corybantib. detinemini, & credibilia red- *Corybantes.*
ditis poetarũ figmenta. Vt enim illi introducũt Bacchas quaſdã inſaniẽtes *Bacchæ.*
ob cantum, & Satyros: ita uos ſimilia facto repræſentatis. Igitur duntaxat *Satyri.*
pellibus uobis ceruinis & thyrſis opus eſt, & ut leones feratis in ulnis. Cę
tera uerò ualde mihi ſimiles uidemini Nymphis, Satyriſq;. Hilares enim e-
ſtis ſemp, & cachinnones, & ſaltatorũ amãtes. Verùm nõ ultrò uobis ſitiẽ
tib. ſcatet uinũ, ex ſaxo alicũde quodã, aut ſaltu: neq; lac & mel ita facile ha-
bere poteſtis, ſummis digitis ſcindẽtes terrã: quin ne aqua quidẽ huc per-
uenit ultrò, neq; offam habetis in facultate utiq;, ſed & hanc ex meliorũ ma
nu accipitis. unde fortaſſe tẽpus foret ut ceſſaretis à debacchationibus, ma
giſq; illis attenderetis. Iam autem ſi modò chordam audieritis, tanquã au
diuiſſetis tubã, haud amplius poteſtis ſeruare pacẽ. Nũquid nõ Lacedæmo
nios imitamini? Aiũt eñ eos antiquitùs bellaſſe ad tibiam: uos aũt ad citha *Spartani ad*
rã illud facitis. An uultis, quandoquidẽ populos & ego regib. cõparaui, ui *tibiam pugnã*
deri cum Nerone eodẽ laborare morbo? At neq; illi profuit tanta experien- *reſoluti.*
tia circa hoc, & ſtudiũ. Quanto aũt melius imitaremini præſentẽ imperato- *Neronis cir-*
rem, eruditioni & ſermoni attẽdentẽ? Nõ deponetis ergo turpẽ hanc & *ca muſicæ ſtu*
immoderatã æmulationẽ? Non uitabitis in alios dicteria iacere, præſertim *dium furor.*
inter homines (ſi fas eſt dicere) nihil magnũ aut admirandũ in ſe habẽtes? Si
enim Iſmenias caneret apud uos, aut Timotheus ille antiquus, aut Ariõ, ꝗ *Iſmenias.*
canẽte in pelago delphinas aiũt ad naue acceſsiſſe, & poſthæc eiectũ eũ for- *Timotheus.*
tè fortuna recepiſſe, incolumẽq; cõſeruaſſe, quomodo eſſetis affecti? Horũ *Arion.*
enim nullus eſt Amphiõ, neq; Orpheus. nam hic quidẽ erat Muſæ filius: iſti *Amphion.*
aũt nati ſunt ex Amuſia, id eſt, ex ipſa canẽdi impitia, ſubuertẽtes & cõfrin *Orpheus.*
gentes cantus grauitatẽ, atq; omni pacto ueterẽ mutilantes muſicã. Quis e-
nim iſtorũ abſolutã aut uirilẽ cõſonantiã canere nouit? Imò norunt mulier
cularũ cãtiunculas, & ſonitus ſaltatorũ, & uinolẽtias laſciuarũ cantionũ: &
ſicuti mali & curioſi coqui, cõtritis modulis plebeios & auidos mouẽt audi
tores. Quare nõ à cygnis, neq; luſcinijs nominata eſt illorũ apud uos ipſos *κυζηθμοί,*
imitatio: ſed, ut par eſt, Cyzethmis & Hylegmis aſsimilatis, tametſi philo- *ὑλαγμοί,*
ſophos nouerim ita appellatos. Charœdi autẽ Cynici apud uos ſolos nati *utrunq; ab in*
ſunt. Amphion quidẽ (ut aiunt) cantu cõdidit, & turribus muniuit ciui- *condito canũ*
tatem: iſti aũt ſubuertunt, & deſtruũt. Et Orpheus ſanè feras cicurauit, & *latratu ductũ*
canoras reddidit per cantũ: iſti aũt ex uobis hominib. feras beſtias fecerũt, *eſt.*
& ineruditas. Habeo aũt uobis & alium dicere ſermonẽ, quem ex homi- *Amphion.*
ne Phryge audiui, Aeſopi cognato, qui aliquãdo huc peregrinatus eſt, quẽ *Orpheus.*
de Orpheo & uobis dicebat. Eſt aũt abſurdior, et lõgior multo quàm ueſtra
cauilla. Conſiderate ergo ſi uultis audire, & nolite iraſci. Dicebat ergo ille,
circa Thraciã & Macedoniam Orphea cecinisse, ſicut dictũ eſt: atq; illic ani *Orphei can-*
malia ad eum acceſsiſſe, magnã quandam (puto) omniũ ferarum copiã. In- *tu excitata a-*
ter eas aũt plurimas fuiſſe aues & oues. Leonib. enim, & ſimilib. beſtijs, pro *nimalia, &*
pter fortitudinẽ & ferocitatẽ difficulter perſuaderi potuiſſe: & partim om- *qualia.*

 nino

nino nõ appropinquaſſe, partim uerò ſtatim receſsiſſe, nõ lætantes cãtibus. Volatilia aũt & oues magis acceſsiſſe, nec amplius auelli potuiſſe: oues quidem, opinor, propter ſtoliditatem, hominumq́ amorẽ: aues aũt, quòd & ipſæ canorũ genus ſint, & obſtreperũ. Viuente quidẽ Orpheo, ſecutas illum eſſe undiq́, ſimul & audiẽtes illum, & paſcentes. Nam & illum ferè in mõtibus, & circa ſaltus plurimùm cõmoratum. Quum aũt is in fata cõceſsiſſet, deſertas plãxiſſe, moleſteq́ tuliſſe: ita ut mater illius Calliope, propter illarum erga filium beneuolẽtiã & amicitiã, à Ioue impetrauerit, ut earũ corpora in humanã mutarentur formam, animi autẽ manerent quales erãt prius.

Calliopes precib. animalia illa in homines mutata.

Dura eſt iam reliqua ſermonis pars, & referendo eam uobis clarè dicere. Dicebat enim, ex illis Macedonum quoddã genus ortũ eſſe, & hoc poſtea ſtatim cum Alexandro mare tranſijſſe, & hîc cœpiſſe habitare. Et propterea iam Alexandrinorum populum à cantu duci, ut nullos alios: & ſi audiant citharam qualemcunq́, mente excidere & horrere, quod illis Orphei ueniat in mentem. Eſſe autem moribus leuem & ſtolidũ, utpote ex tali prognatum ſemine: quãdoquidem alios Macedonas fortes & bellicoſos fuiſſe dicunt, & ſpecie barbaros.

Alexandrinis unde illa circa cãtus inſania.

Dicebat autem & de citharœdis ueſtris poſtea talem ſermonem. Animalium enim in concurſu ad Orphea, alia quidẽ duntaxat uoluptate affecta eſſe, & obſtupuiſſe, nihilq́ conata eſſe imitari: canũ autem quoſdam, utpote genus impudens & curioſum, aggreſſos eſſe muſicam, atq́ tunc ſtatim meditatos, ad ſua diſceſsiſſe. Quumq́ in homines eſſent trãsformati, eam adhuc conuram eſeruare. Eſſe autem hoc citharœdorum genus: propterea eas nõ poſſe ſuã prorſus relinquere naturam, ſed paulum quiddã adhuc ex Orphei doctrina retinere, multũ uerò canini cantus apud eos uerſari. Hæc quidem ille Phryx ludendo dicebat.

Citharœdorũ genus è canib. natum.

Ego uerò Lacedæmoniorũ uobis factũ narrare uolo, quomodo illi egerũt cum homine citharœdo, qui tum celebris erat inter Græcos. Quia enim nimis uidebatẽ eſſe ſuauis & excellens, nõ ſolum nõ honorauerũt eum: ſed ablata cithara, & fidibus inciſis, è ciuitate abire iuſſerunt. Illi igitur rem ita habebant ſuſpectam, & cuſtodiebant aures, ut ne corrumperentur auditus, ne'ue delicatiores fierent quàm oportet.

Spartanorũ in citharœdũ admirabile factum.

Vos autem ita ignauè in ſeruitutẽ à tali uoluptate redacti eſtis, ut uix dici queat. Propter uos autem iam res mihi uidetur etiam rhetorum fore & philoſophorum quorundam. Immò uerò rhetores neq́ facile cognoſci poſſunt. Quum enim uideãt ueſtrum circa hoc ſtudium, deſideriũq́, omnes iam canunt & rhetores & ſophiſtæ, & omnia terminantur cantu: ita ut ſi quis tranſeat forum iudiciarium, haud facilè norit, utrum intus potent, an iudicia exerceant. Et ſi ſophiſtæ domicilium in propinquo ſit, non licet cognoſcere diſputationem. Porrò mihi uidetur, quòd etiam qui in gymnaſio procedũt, iam quoq́ exerceantur ad cantum, & ægrotantes ſanentur. De arte enim iam nunc apud uos diſputant canentes. In periculo autem uita ferè tota eſt, ne comeſſatio facta ſit, non iucunda quidem, neq́ mitis, ſed agreſtis & ſæua, ſaltantium pariter, & laſciuà canentium, hominesq́ occidentium.

Lacedæmonij quantũ ab Alexãdrinis diſſerant.

Igitur Lacedæmonij immenſum quantũ à uobis differant, circa hæc, ut dixi, cautè agentes. Illi enim ad imperandum erant idonei, & Græcis præfuerunt multos annos, omnes uerò barbaros uicerunt ſemper. At uos ne imperio quidem parêre bene ſcitis. Quare niſi præfectos nacti eſſetis, difficulter (opinor) ſeruaremini. Indicio aũt ſunt ea quæ poſtremò uobis euenerũt. Quũ enim adhuc in ueſtra eratis poteſtate, nõ'ne rex ueſter circa tibiarũ cãtum erat occupatus, & huic uni attẽdebat? uos autem aduerſus illum inimicè, aduerſus uos autem mutuò ſeditioſè e-

ratis

ratis affecti, ſeparatim quiqꝫ & per uos ipſos rempub. corrũpentes, Simari
ſti & huiuſmodi ſodalitatũ uocabulis cõſtitutis, ut eum ad fugã cõpuleri-
tis? Et poſt hęc bello reductus eſt, & per Romanos. Tandẽ ille quidẽ canẽs *Alexandrinorum rex à Romanis reſtitutus.*
tibia, uos aũt ſaltãtes, ciuitatẽ perdidiſtis. Et nũc tam humanos habẽtes prę
ſides, in ſuſpicionẽ tamẽ eos contra uoſmetipſos duxiſtis, quũ æquiore uti
cuſtodia uoluiſsẽt atqꝫ antea: & hoc prohibueritis propter ſuperbiã, nõ ſa
nè ſtruẽtes inſidias. Num uos enim deficiatis à quoquã? Vos'ne bellũ gere
re poſsitis unũ diem? Nõ'ne in exorta perturbatiõe audaciã oſtenderũt ſuã
multi cauillis dũtaxat, pauci quidã quod erat obuiũ iaciẽtes ſemel aut bis:
quẽadmodũ qui perfundũt prætereũtes, deinde mox diſcubuerũt canẽtes,
alij uerò iuerũt ad monilia, haud ſecus quàm ſi dies feſtus eſſet faciẽtes. Et
illud quidẽ meminiſtis ridiculũ, quod optimus ille Conõ uobis oraculũ re *Cononis oraculum.*
ſpõdit, eò ꝓgreſſus, ubi pręcipuè ueſtra multitudo coierat: & oſtẽſo quodã
breui loco, p̄dixit, ut ſi ipſe quidẽ illuc prę ueniret, uictoriã foret adeptus,
uosqꝫ oporteret quẽqꝫ recedere ad ſua, & hinc abire: ſi aũt uos (inquiebat)
quatuor aut quinqꝫ paſſus, uiciſtis, & ego abeo. Hęc aũt dicebat parcẽs uo
bis, uosqꝫ deridẽs, & tanqꝫ pueris alludẽs, ad exercitũ aduẽtabat. Et ille ne-
minẽ ꝑmiſit attingi, licet uideret omnes eſſe nudos, paratosqꝫ perditioni.
Quã igiẽ uim pòſt fecerũt? Petulãtes illi & intẽperãtes, et ex induſtria ſub-
uertere cõfundereqꝫ omnia inſidioſe moliti, nõ antè uos dimiſerũt, qꝫ bellũ
guſtaretis, reiqꝫ atrocitas ad terminũ uſqꝫ ꝓgrederet̃. Cur uerò horũ ſum
recordatus? Vt ſciatis, q̃ naſcant̃ ex tali uitę diſſolutiõe. Nõ eñ poſsunt, ita *Circa parua res attonitos, non poſſe in maioribus rectè quicquã ſtatuere.*
attoniti circa parua & nullius p̄cij, & uicioſè et intẽperãter ſe gerẽtes in ijs
quæ q̃tidie faciũt, in alijs eſſe modeſti, & de maiorib. rectè cõſulere. Morũ
enim leuitas et incõſideratio nõ ſinit manere in minoribus: neqꝫ ullũ habet
modũ delictorũ demẽtia, ſed ad omnia ſimiliter ꝓgredit̃, et omnia pari tẽtat
facilitate. Nolite ergo putare paruis de reb. haberi ſermonẽ, quando qs uo
bis de tumultib. in theatro diſſerit. Nõ eñ tã citò pauꝑtas ſolet accidere ꝓ-
pter dãna paulatim accepta, qꝫ malicia ꝓuenit ex his particularib. delictis:
& poſtremò cũ ſuſcepit incremẽtũ, in ipſo etiã fine interitũ adducit. Et hęc
hactenus qdẽ, de ijs q̃ in theatro fiũt. Cęterùm cũ in ſtadiũ ꝑueneritis, quis *Quomodo tumultuẽtur in ſtadio.*
dicere queat illic exoriẽtes clamores, & tumultũ, & ſollicitudinẽ, & habi-
tuũ mutationes, & colorũ, & cõuicia quæ & quanta iactetis? Quippe ſi nõ
eq̃s uideretis cõcertãtes, & hoc cõſuetè, ſed ipſi tragicis flagris impellere-
mini, haud ita ſęuè deberetis eſſe affecti. Ipſũ (opinor) q̃d de Ixiõe dicit̃, *Ixionis rota.*
magnas eſſe nugas efficitis: qui in rota apud poetas uinctus eſt, & punit̃, ꝓ
pter aliquã certã impietatẽ. Age igit̃, ſi interea deorũ uobis aliqs aſsiſtat, di
catqꝫ inuehẽs: O' boni, inſanitis, & adhuc nõ cõditis in animũ unde habea
tis cibũ atqꝫ potũ? Quid adeò uehemẽter tumultuamini? Quod hoc ſtudiũ?
quod certamẽ? Nõ enim Pelops eſt qui perſequit̃, neqꝫ Oenomaus, neqꝫ
Myrtilus. Is qdẽ Iouis eſt nepos, alter uerò Mercurij filius. Neqꝫ de regno,
neqꝫ de uxore, neqꝫ de morte diſceptatio eſt ꝓpoſita: ſed certamẽ eſt mãcipi
orũ pro uili argẽto, nũc quidẽ uictorũ, nũc uerò uincẽtũ, ſemꝑ eorundẽ. Si
hęc dicat, quid reſpõdebitis? An manifeſtũ, q̃d non exaudiretis illo tem-
pore, neqꝫ ſi ipſe uobis Pelopis ꝓgenitor loqueret̃? Quod igit̃ quis auxili
um inueniat? aut quẽ nã deorũ placare oportet? Eſt in Olympia iuxta Ne- *Neptuni ara in Olympia.*
meũ hippodromũ, Neptuni exterrẽtis equos ara, ubi maximè contigit e-
quos conſternari, multosqꝫ confringere currus. Viſum eſt igitur Elæis,
quaſi diuina quadam uoluntate id fieret, ædificare aram. Et ex illo deinde
aiunt locum illum tutum factum. Multò uerò magis ego uobis conſulo,
ut deum hunc placetis, aramqꝫ ædificetis eidem, non (per Iouẽ) pro equis,
ſed

ſed pro uobis ipſis, ut non perturbemini, neq; excidatis e diſciplina. Non-ne enim hæc diuinitùs prorſus immiſſa ſunt, & maiore indigent auerſiõe? Ferunt ab antiqua quadã regina in Creta ex Heliadib. amatum eſſe taurũ: quumq; cum eo cõcubuiſſet, ſæuũ quoddam & magnũ peperiſſe monſtrũ. Metuo & ego equinũ ciuitatis huius amorẽ, nequid difficile uobis & pere grinũ procedẽte tempore afferat. Rurſum aiũt aliam uirginem in alicuius fluminis incidiſſe amorẽ, quotidieq; itaſſe ad alueũ, illiusq; ſpumã ulnis in-didiſſe, & aquã ſuſcepiſſe ſinu. Athenis quoq; illud ipſum animal, quod & apud uos in precio eſt, amatũ eſſe aiũt, & nunc eſt in ciuitate locus ſic nomi natus, Equi & uirginis inacceſſum. Aiũt enim, quòd pater puellã cum equo incluſerit, atq; ita diſperierit puella. Cõſiderate uerò, ne & uos à tali concu piſcentia pereatis. Qualis enim Homerus, aut quis hominũ poteſt ea quæ accidũt enarrare? Nõ enim ille ita dicit, currus fieri humiles interea, et rur-ſus ualde excelſos in curſu, ut ueſtros pati illud animos uidere licet. Ait aũt ſic, ut uobis paulũm quid gratificer:

Minotaurus.

Equi & uirginis cõgreſſus.

Iliad. ψ.

At currus humiles modò, tellurią; propinqui,
Elati modò celſe ibant, rapiente uolatu.
At uerò aurigæ ſtabant in curribus altis,
Quiſq; animo trepidi, palmam obtinuiſſe ſtudentes,
Hortabantur equos etiam flagrisq; ſonoq;
Quiſq; ſuos, illi uerò lati in puluere campi
Ibant præcipites.—

Hic quidem aurigas fecit certatores & ambitioſos, ſpectatores autẽ per ſilentiũ ſpectantes, ſicuti etiam conueniebat. Duntaxat in fine ait, Aiacem Locrum ſpectaſſe indecentius, & conuicia iactaſſe, propter equos Eumeli. Hic autem ille eſt, qui deinde impiè egit circa Mineruam capta Troia: etiã ipſe propterea fulmine percuſſus eſt, tẽpeſtatisq; & naufragij omnib. cauſa fuit. Qui enim in huiuſmodi audax eſt, & petulans, neq; etiã in alijs mode ſtus eſſe poteſt: ſicut iam dixi. Hoc igitur tale exemplum maliciæ demen-tiæq; propoſitum eſt, ſed non à ſimilibus hominibus, quales ſunt inter uos? Nam ueſtrûm nullus ad pugnam eſt idoneus, neq; ad ſtrenuè agẽdum, ne-que ad expugnandas urbes, ut ille. Veſtrûm autẽ nullus in ſpectaculo quie tè conſiſtit, ſed multo magis uolatis quàm equi & aurigæ, & ridiculi eſtis, & præceditis & caditis. Quare non malè quiſpiam ex ſpurcis his poetis ta-le carmen fecit:

Aiacis intem peries.

At currus humiles modò, tellurią; propinqui,
Elati modò celſe ibant, feruente uolatu:
At nullus ſtabat penitus, nullusq; ſedebat
Sede locoq; ſuo ſpectator. pallidus illis
Vertebat timor, & turpis trepidatio mentem.
Hortabantur, & ob palmam ſe mutuò uaſtis
Vocibus & geſtu, manibusq; ad ſidera tenſis,
Cunctos quiſq; deos uotis precibusq; uocabant.
Viq; gruum reſonat, picarumq; æthere clangor,
Sic illi ſimulac Pythum unumq; bibere
Per ſtadium clangore uolant, rabieq; furentes.
Aſt alij, ſturnorum & picarum ut uenit agmen,
Clamore immenſo uidiſſent quando ruentem
Cornipedem, qui fata uiris fert triſtia ſtultis,
Vociferabantur uaſtè, pugnaq; cadebant
Mutua, & ut uentus paleas fert per loca plana,

Viq;

Vtq; ebullit edax altis in uallibus ignis,
Quem partes rapidus conuoluit uentus in omnes,
Impete procumbunt luci radicitus ignis:
Sic hi pugnabant ardenti corpore flammæ
Conſimiles, nec tu poſſes tum dicere ſolem
Sedibus in ſuperis, nec Phœbes lampada ſaluam.
Quale genus ſiquidem foliorum, tale uirorum eſt,
Qui mentis bonitate iagent, miroq; feroces
Cantorum ſtudio citharæq; feruntur amore.
At uox amborum ſuperas aſcendit ad arces.
Sic autem acrè tuens dixit ſibi quiſq; propinquo,
Ebrie, lumina habes canis & qui pectora cerui,
Quid trepidas, ſpectasq; iſto in certamine currus?
Aſt age rem tenta mecum, quo præmia ſoluas
Deflexus. Porrò Hippocoon reſpondit ad illa:
Quæſo ſede tacitus, moremq; meis gere dictis.
Namq; tibi famulus nequam eſt, tardiq; caballi.
Huic uerò uarius pedibus ſub fune iugali
Dixit equus: Num non cernis, quàm magnus & ipſe
Et pulcher ſim, mors nihilo minus imminet atra
Et pulchro & magno mihi, & haud uitabile fatum.
Sic utinam uobis aliqua præſentibus atq;
Omnibus unglas det magni ſoror alta Tonantis,
Edatis penitus garritus ut mihi nullos,
In quauis etiam ſedeatis parte theatri.
Sic ait: Aſt illi regem fulgentis Olympi
Multa precabantur. —

Hæc ego uobis ex multis & uilibus pauca recitaui, quòd nõ mihi ſoli de-
ridiculi uideamini. Sanè turpe eſt (uiri Alexãdrini) ꝙ percũctãtes de ciui-
tate, alia quidẽ ualde admirãda audiãt: de uobis aũt ipſis nihil honeſtũ dici,
neq; imitatiõe dignũ, ſed ediuerſò ut homines uicioſos infamari, mimis &
morionib. ſimiliores ꝙ̃ hominib. mẽte ſanis, ut quidã comicorũ inqt. Acce- *Alexandrinorum ſtultitia.*
dit ad hæc omnia, quòd turba apud uos eſt ſcurrilis, & nautica diſſolutio. Si-
mile enim eſt, ut ſi quis ædes uideat admodũ pulchras, dominũ aũt earũ mã-
cipiũ, qui nec ianuã cuſtodire dignus ſit. Omni enim ex parte melius eſt ſoli-
tudinẽ aſpicere, et quindecim locupletes homines: quàm multitudinẽ miſe-
rorũ & inſanientiũ hominũ infinitã, tanꝙ fimũ ꝓfundũ ex uarijs ſordib. in
unũ coaceruatũ. Neq; ciuitatẽ rectè dixeris, quę ex talib. cõſtat: ut neq; cho-
rũ, qui ex qualibuſcũq; cõgregatis: neq; exercitũ, quãlibet turbã. Neq; eñ
Xerxis exercitus ſplẽdidus erat, niſi fortè ad perfodiẽdos mõtes, aut aliud ſi- *Xerxis exercitus.*
mile opus efficiẽdũ. Neq; Troianorũ ciuitas felix: quòd prauorũ & laſciuo-
rũ plena erat ciuiũ. Atqui magna erat, & celebris: eã tamẽ Ithacæ ciuis ex-
pugnauit, illę illius paruæ & ignobilis ciuitatis, eã quæ latiſsimas habebat
regiões. Metuo uero, ut & uos eodẽ modo pereatis, (etſi frigidius eſt ꝙ̃ ut
dicat̃) quod & illã ab equo quodã diſperijſſe ferãt: uerũ illi quidẽ fortaſſe ab
uno, uos aũt à plurib. capti eſtis. Non enim hoc ſolũ putetis ciuitatis eſſe ex- *Ciuitatis expugnatio uerè quæ.*
pugnationẽ, ſi qdã diruãt mœnia, & occidãt homines, & mulieres abducãt,
domosq; exurãt. Hæc fortaſſe extrema eſt, & breui cõfecta, faciensq; ut illi
qui ſunt eam expti, magis miſericordia uideanť digni ꝙ̃ deriſu. Apud quos
aũt fuerit rerũ omniũ negligẽtia honeſtarũ, unius aũt rei ignobilis cupido,
hominesq; eã dũtaxat ſuſpexerint, circaq; eã cõuerſenť, aut ſubſiliẽtes et in-

ſaniētes, et mutuò cedētes, infāda dicētes, deosq́; ipſos cōuicijs ſępenumero
enecātes, & q̄ ſunt ad manū ꝓijcientes, & nudi nōnunq̄ ė ſpectaculo domū
Capti homines qui propriè. redeūtes: hęc eſt turpis & ꝓbroſa ciuitatis expugnatio. Quippe homines ca
ptos eſſe dicimus nō ſolū à latronib. aut ſocijs, ſed etiā à meretricib. & uētre,
& alia quadā uicioſa cupiditate. Proinde in captiuitatē ductus rectė dici po
teſt uir & ciuitas, q̄ meliorib. remiſsis ſtudijs, neq; audit neq; uidet quicquā
q̄d ſit ſalutare: ſed capta ab ebrietate & mulierū cātu aut curr ib. fert̃, & agit̃,
Ciuitas capta quæ. & tota omnino tumultuat̃ circa hęc, & ꝓclamat̃. Hęc (per Iouē) capta eſſe re
ctė dici poteſt, idq́; impetu & uirtute: ut nemo tā captus, manibusq́; poſt ter
ga reuinctus eſſe dici queat. Nō eñ ſi cuiuſq́; corpus imperio ſubijcit̃, de ea
ſolū queri cōuenit ſeruitute & fraude: anima aūt cū in ſeruitutē redacta eſt,
et ꝑdita, id diſsimulādū, aut obiter caſtigandū eſt. Sūt talia qdē intolerāda, ſi
à ſingulis fiāt: omni aūt ex parte turpiora ſunt, ſi publicitùs appareāt. Etenī
& reliqui morbi donec ſingulos inuadūt, nō magnā neq; terribilē appellati
Peſtilentia. onē ſortiunt̃: cū uerò res cōmunis fit, tūc appellat̃ peſtilētia. Sūmatim eñ ſic
etiā habet, ubi omnia delicta obtinuerūt publicė. Etenim ubiq; gentiū aliq
ſūt uinoſi & ſcortatores & mulieroſi, idq́; in omnib. ciuitatibus: ſed hoc nō
eſt difficile, neq; excellēs q̄ddā. Cū uerò inualuerit uiciū, & uideat̃ cōmune,
fiatq́; publicė, tū fit inſigne & magnū. Qualis eñ ciuitas eſt ex ijs q̄ nō uehe
mēter ſūt deſertę & paruę, in qua nō q̄tidie aliquis omnino febri corripiat̃?
ſed Caunios tñ ſolos ea apꝑhēdit, & illorū eſt opꝓbriū, quia oēs ea laborāt:
queadmodū etiā à reb. meliorib. aliqui fuerūt admiratiōi, & gloriā reporta-
runt. Quot eñ putatis Athenieſiū, aut Megarēſiū, aut Corinthiorū ſua cor
pora exercuiſſe, uixiſſeq́; laborioſe? Multos utiq;, ꝓſertim quādo illis neceſ
ſariū erat, ut ſtrenuos ſe ꝓſtarent uiros ꝓ patria. Cur igit̃ ſoli Lacedæmonij
hoc habuerūt nomē, fructūq́; huius glorię tulerūt, atq; etiānū ferūt? Quia pu
blicė in id incubuerūt, ut ſtrenui eſsēt. Atheniēſes uerò quia magis ſtudue
rūt eloquētia excellere, & poeſim chorosq́; amauerūt, eā ob rē fuerūt admi
ratiōi. Quare hāc ob cauſam cōſiderate, ne uos nō ſimiliter gloriæ fiatis par
ticipes cū Atheniēſib & Lacedæmonijs, ſed magis cū alijs quibuſdā. Nolo
enim nominare. Quod enim iā ſæpius dixi, turpia fiūt turpiora, magisq́; ri-
dēda, quādo ipſas occupāt ciuitates. Queadmodū in Comœdijs, perſona-
rūq́; repſentationib. Cariōe quidē introducto ebrio & annoſo, nō admodū
mouēt riſum: Hercule aūt tali cōſpecto, atq; ut ſolēt in crocoto circūducto,
ridiculū uidet̃. Simili modo & populus tā ualde cātillās ꝑ uitā, & rurſum au
rigās ſine equis, turpe fit & deridiculū. Hoc ipſum enim Euripides ait, Her-
Iambici Senarij. culem paſſum furentē, ſic dicens: *Tunc inde gradiens, nullum habens currum, tamen*
Habere ſe dicebat, hinc currus rotas Conſcendit, & quaſi ſtimulum haberet in manu Sic uerbe
rabat. — Ne igit̃ & uos talis furor apprehēdat, ob zelū quē habetis ꝓpter
Alexādrū. Nā & ille dictus eſt Iouis filius. Potius uerò nō Herculi aſsimila
ri debet ueſter populus, ſed Cētauro cuidā, aut Cyclopi ebrio & amāti, cor
pus quidē habēti ualidū & magnū, animū aūt indoctū. Per Iouē, nō'ne uide
tis quātā imperator ueſtrę ciuitatis curā habeat? Ergo uos q̄q; uiciſs. opor-
tet ambitioſos eſſe, & patriā facere meliorē, nō (per Iouē) fontib. neq; tēplo-
rū ueſtibulis (hęc eñ uos nō poteſtis cōſummare, neq; unq̄ illius ſuperaue-
ritis magnanimitatē) ſed diſciplina & decore, & demōſtrando uos eſſe mo-
deſtos & cōſtantes. Ita enim neq; eorū quæ facta ſunt illū pœnitebit, ſed plu
rib. inſup uos benefactis cumulabit, atq; hinc illi fortaſſe huc ueniēdi deſi-
deriū facietis. Nō enim ita eū huc ædificiorū pulchritudo adduxerit: omnia
enim meliora & ſplendidiora habet, q̄ quæ hic uel uſq; gentiū ſunt: ſed cū
audierit, eos qui ipſum ſunt excepturi, beneuolētia & fide dignos, & miſſo
rum

rum & gubernantiū quiſq; uos extulerit. Nolite em̄ putare, ꝗd cū uos inter-
rogetis de huc appellētibus, quales ſint, & deinde iuxta famā quā de illis au-
diitis, ſtatim talē ꝗq; animū erga eos habeatis: illi uerò nihil de uobis curio-
ſè inquirāt, qualis'nā ſit Alexādrinorū populus. Igit̃ cū audierint, ꝗd prudēs
ſit, & nō ut nūc diximus, ꝙ ſtupidus & leuis, & paruorū admirator, & rerum
uiliū amator, ut citharœdorū & aurigarū, haud obſcurū eſt, ꝗmodo erga uos
afficient. Theophilū quendā aiūt apud uos fuiſſe, uirū ſapiētē, qui ſemper a- *Theophilus*
pud uos ſilentiū tenuerit, nolueritq; quicq; diſſerere: & quē animū exiſtima *Alexādrinus.*
tis ipſū erga uos habuiſſe? Vtrū ut erga ſapiētes, nullaq; indigētes curatiōe:
an magis, ut inſanabiles deſperaſſe? Perinde em̄ eſt, ut ſi qs mercator merces
multas & precioſas habēs, adnauiget ciuitati: deinde ſiue à uētis quibuſdā, ſi
ue alia fortuna detētus, & cōmoratus illic lōgū tēpus, neq; ꝓponat uenaliū
quicq;, neq; oſtēdat unquā. Manifeſtū enim, ꝗd extremæ eos dānauerit pau-
pertatis & inopiæ, eoq; noluerit illis eſſe moleſtus fruſtra: clarè ſciēs, ꝗd illo
rū hominū nullus quidq; emeret, neq; etiā fortaſſe ꝓgrederet̃. Ita ergo Theo
philus, quum multa et magna apud ſe domi haberet uenalia, abſcōdit, ſciens
extrema uos laborare inopia, nō pecuniarū, ſed mētis & cōſtātiæ. Proinde in
fata cōceſsit, ſilētio prætermiſſa ueſtra ciuitatē: hoc eſt, cōdēnans eā. Et uos cer
tum quēdā ſæpius audiuiſtis dicteriorūq; illius meminiſtis, & alterius certi
canticorū: Theophilū uero haud ſcio an unq; audieritis. Quēadmodū quidā *Scarabeos in*
ait ſcarabeos in Attica, licet illic mel ſit puriſsimū, illud tamē nunq; guſtare, *Attica mel nō*
neq; ſi effundat̃, ſed potius aliū cibū: ita & uos ſermones de uirtute, uiroſq; *guſtare.*
ſapiētes nō curatis, ſed eſtis hilares, & ad cauillandū omniū faciliſsimi: ꝗd
ſanè populi ſtudiū eſſe nunq; debet, neq; ciuitatis, ſed Therſitæ cuiuſdā. Illū *Therſites*
enim dixit Homerus, inter omnes Græcos ueniſſe ad Troiam morionē, & *Homericus.*
qui nō eſſet ridiculus eſſe apud Argiuos. Porrò ꝗd ridiculū eſt, nō eſt bonum,
neq; precioſum: ſed læticia, & inopia mētis, & ignorātia, & gaudio homines
riſum gubernāt. De herba utiq; audiſtis, quā Sardoniō uocāt: q̃ riſum quidē *Sardonia her*
facit, ſed difficilē, & ꝑnicioſum. Ne ergo ita uehemēter illi ſitis addicti, neq; *ba.*
Muſarū expertes: neq; odioſas neq; indoctas reddite Charites, ſed magis imi
temini Euripidem ſic dicentem,

Miſcere ego nunquam ceſſabo Charites Muſis: Siquidem iucunda nimis coniunctio fit talis. *Trimetri ana peſtici.*

Vt ne Muſeion ſiue cauſa uobis locus eſſe uideat̃ in ciuitate: quēadmodū *Muſeion.*
puto & alij Poematē appellāt, rem nō habētes cum nomine. Atqui metuo nè
etiā mihi cōtigerit, quod aiūt Aegyptiorū cuidā ualde antiquorū muſicorū
accidiſſe. Illi enim aliquādo Genius in ſomnis p̄dixerat, fore ut in aſini aures
caneret. At ille futurū tēpus nō attendit, neq; ſomniū illi erat curæ, ut quod
nihil eſſet. poſtq; aūt tyrānus Syriæ Memphim uenit, alijs eum Aegyptijs ad
mirātibus, acceſsiuit. Omni ergo alacritate ſpecimē artis, & accuratius mul-
to exhibebat. Ille uerò (qui ēēt muſices ignarus) iuſsit eum deſinere, igno *In aſini aures*
minia afficiēs. Qui ſomnij illius recordatus: Hoc ergo eſt (inquit) in âſini au *canere.*
res canere. At tyrannus ab interpretibus auditis quæ dixiſſet, uinxit & fla-
gris cecidit hominem: & belli aiunt eum autorem extitiſſe.

TARSICA PRIOR. XXXIII.

DEmiror equidē quæ tandē res ueſtræ ſint, aut quæ'nam ex
pectatio aut uolūtas, ꝙ tales uobis homines diſſerere cupi
atis. An bene uocales putatis eſſe, uocēq; emittere alijs ſu-
auiorē? atq; deinde eos audire cupitis tanq; uolucres uo-
bis canētes: an aliā ullā potentiā poſsidere, in q; nominib.
atq; ſenſibus acutioris cuiuſdā eſſe ſuadelæ, & reuera ue-
hementis, quā rhetoricā appellatis, in foro atq; tribunali

dominātē? An laudē aliquā uos putatis audituros ab illis, & pub. quedā ciui
tatis hymnū: de Perſeo & Hercule et Apolline & tridēte, deq; oraculis reddi
tis, & ꝙ Grȩci ſitis & Argiui, & adhuc meliores: & autores habeatis heroas
& ſemideos, imô Titanas? ꝑterea etiā de regione puto, & in ea mōtib. et hoc
Cydnus fl. Cydno, q omniū fluuiorū cōmodiſs. & pulcherrimus eſt: et qui ex eo bibūt,
diuites & beati ſunt, iuxta Homerū? Hȩc ſunt uera qdē, & aſsiduò ea auditis
& ex poetarū carminib. & alijs uiris, hoc munere fungētib. ut talia laudib. ce
lebrēt. Opus aūt habēt magno ꝗdā apparatu atq; ui. Quid ergo nos dicturos
ſperatis? Aut quid ꝑcipuè audire ꝓperatis à uiris minimè facetis, neq; ad gra
tiā loqui ſciētib. neq; blādis, neq; animi gratia ad ſermones habēdos accedēti
bus? Quòd enim nullas à nobis ſperetis pecunias, aut aliud donū, ſatis noui.
Age igiť, ego meā dicā ſuſpicionē. Videmini mihi frequēter diuinos audi-
uiſſe homines, q ſe omnia noſſe putāt, deq; omnib. dicere poſſe quatenus ꝗs
ꝑfinit q̄ ſunt poſtulata, & aliquā habēt in rerū natura eſſentiā, deq; hominib.
& Genijs, deq; dijs & terra & cœlo, & mari, & de ſole et luna & alijs aſtris, &
de uniuerſo mūdo, & de corruptiōe & generatione, & ſexcētis alijs. Deinde
accedētes ad uos percunctanť, quid'nā ipſos dicere uelitis, & qua de re, iux-
ta Pindarū, an Iſmenū, aut aurata colo Meliā, aut Cadmū. Quicqd uerò uos
uolueritis, inde auſpicātes, dēſum & multū effūdūt ſermonē, tanq; flumē ꝗd-
dā exūdās intra uiſcera cōcluſum. Quib. uos auditis, neq; ſingula examina-
re, atq; credere nolle homini ſapiēti, uicioſum putatis, & irritū. Quin etiā a-
lioqui robore & uelocitate ſermonū eleuamini, & planè gaudetis ijs qui ma
gnā accumulāt, idq; abſq; reſpiratiōe uerborū, copiā: & ſimiliter affecti eſtis
illis, qui eq̄s è carcerib. uidēt currere, nullā nēpe percipiētes utilitatē: admira
mini tamē, atq; beatā ꝓnunciatis illam eſſe facultatē: tametſi uidere liceat, ꝙ
equis frequēter nō domini ipſi utanť, ſed uile mancipiū. Talis igiť auditio
quū ſpeculario quȩdā ſit & pōpa, ſimile quiddā habet cum oſtētationib. quo
rundā medicorū, qui ſe in medio collocātes, artuū cōmiſſuras, & oſsiū cōpo-
ſitiōes, & huiuſmodi alia recitāt, poroſq; & ſpiritus & colatiōes. Vulgus aūt
Medici ueri hiāti auſcultat ore, magiſq; ꝙ pueri moueť. Verus aūt medicus nō eſt talis,
munus. neq; ita differit unquam reuera ope indigētibus, ſed præcipit quid ſit facien
dum, edere & bibere uolentē ꝓhibet, & accipiēs reſecat ꝗd corpori inutile
factū eſt. Quēadmodū igiť, ſi ægroti cōueniant, cumq; medico uelint laſciui
re, & liberius cōpotare, nō illis res ex animi ſentētia eueniret, ſed fortaſsis in
dignarenť ꝗd eum ſuſcepiſſent: ita mihi plurimi uidenť eſſe affecti, cōueniē-
tes ad talē uirū, & dicere iubētes, quū uidelicet nunq; ueritatis ſermonē gu-
ſtauerūt, deinde iucundū quid & blandum audire expectāt. Age uerò per
deos, num ſuſtinebitis, ſi quis nō ualde dicēdi utať libertate, neq; omnia di-
ſcutiat attingatq; quæ apud uos ſunt, ſed unū dūtaxat dicat, aut alterū? Cōſi-
Tragici hi- derate uerò, ne idē uobis cōtingat quodIlienſib. illis, qui Tragico cuidā, hi-
ſtrionis in Iliē ſtriōi peregrināti moleſti erāt, iubētes eum artis ſuæ ſpecimē edere. Ille uerò
ſes ſcomma. rogabat, omitterēt & eſſent quieti. Quāto enim (dicebat) melius egero, tāto
uos uidebimini infortunatiores. Ergo multis quoq; melius eſt, ut hominē
philoſophū ſilentiū tenere ſināt. Cōſiderate aūt rem, qualis ſit. Atheniēſes e-
nim ſoliti malè audire, & (per Iouē) ob hoc ipſum cōueniētes ut cōuicijs ꝓ-
ſcinderenť, & proponentes certamē & uictoriæ prȩmiū illis qui id melius ſe
Atheniēſes au ciſsēt: ꝗd quidē nō ſuo inuēto, ſed dei faciebāt cōſilio, & Ariſtophanē quidē
diendis poe- audiebāt, & Cratinū, & Platonē, atq; hiſce nihil mali fecerūt. in Socrate aūt,
tis faciles, ma qui ſine ſcena & tabulatis exequebať Dei mandatū, nō laſciuè ſaltās, neq; cā
le erga Socra tillans, nō ſuſtinuerūt. Illi enim ſuſpectātes metuentesq; populū, ceu domi-
tem affecti. num, adulabanť, ſenſim mordētes, et per riſum: quēadmodū nutrices pueris;
quum

quũ bibendũ fuerit iniucundũ quid, ipſæ adferentes melle perũgũt calicem.
Quapropter nõ minus obſuerũt q̃ profuerunt: ſuperbia, cauillis, ſcurrilita-
te replẽtes ciuitatẽ. Philoſophus aũt redarguebat, admonebatq;. Atqui quã
to cõuicijs inceſſere, & cuiuſq; ſtoliditatẽ prauitatẽq; manifeſtare præſtet, q̃
gratificari per ſermones, & laudib. facere delicatos auditores, inde maxime *Philoſophicæ adhortationes quanto poeticis reip. utiliores.*
cognoſcetis. Quũ enim duo fuiſsẽt poetæ per omne æuũ, quib cum aliorum
neminẽ cõparare dignũ eſt, Homerus & Archilochus: horũ Homerus qui-
dẽ, omnia ferè laudib. extulit, & beſtias & plãtas, & aquã & terrã, & arma &
equos: & nihil eſt, cuius modò mentionẽ fecit, q̃d abſq; laude & honore (ut
ita quis dicat) p̃terierit. Vnũ dũtaxat ex omnib. execratus eſt Therſitẽ, atq; *Homerus.*
hũc obſtreperũ dixit eſſe oratorẽ. Archilochus uerò diuerſum ingreſſus eſt *Therſites.*
iter, adq; uituperandũ ſe cõtulit, cernens (opinor) homines hoc magis opus *Archilochus.*
habere, & ſemetipſũ primũ. Quapropter ſolus & poſt mortẽ, & antè quàm
naſcerẽt, maximũ cõſecutus eſt à Deo teſtimoniũ. Eum enim qui illũ interfe
cerat, è tẽplo expulit Apollo, dicẽs eum Muſarũ interfeciſſe miniſtrũ. Atq;
iterũ quũ cauſam belli diceret. illius eſſe necẽ, rurſus Muſarũ uocauit mini-
ſtrũ Archilochũ. Patri uerò illius ſciſcitãti oraculũ ante natiuitatẽ, immorta-
lem prædixit filiũ naſciturũ. Itaq; totũ ad mordendum obiurgandũq; idone-
um, adq; manifeſtanda oratiõe delicta, palàm eſt eſſe meliorẽ, & prælatũ eſſe
laudantibus. Si ergo uos laudib. magis delectamini, ad alios uobis eun-
dum eſt. Quando igit̃ quempiam uideritis ſibi ipſi primùm adulantem in o- *Delectus qualis habendus, in ijs quos auditurus ſit populus.*
mnib. quæ facit, & gratificãtẽ in cibis, in ueſtimẽtis, & circũeuntem immode-
ſtè, illũ putate & uobis adulaturũ, & ab illo iucundũ expectate ſermonẽ, quẽ
uos nominatis laudẽ: delicatũ nempe, à delicato. Quando aũt ſqualidũ quẽ-
piam & contractũ uideritis, & ſolũ incedentẽ, & ſemetipſum primùm exami
nantẽ, & cõuicijs impetentẽ: nolite ab illo ullã quærere adulationẽ, neq; de-
ceptionẽ, neq; dextrũ illum & blãdum ſermonem, qui maximè iam uerſatur
circa populos & ſatrapas & tyrannos. *Haud tales ſiquidem ſunt illis præſtò miniſtri:* *Odyſ. o*
Sed iuuenes, bene amicti etiam tunicisq;, togisq;, *Atq; oleo caput aſſiduè faciemq; peruncti.*

Hi etenim tanquam comeſſatores quidã & ebrij, ad diem feſtum quendã
& luxurioſorũ conuentum ſe perueniſſe exiſtimant. Alius autẽ quiſpiam cer
nens, quanta intoleranda & grauia ubiq; fiant, quodq; hoſtium omnia ſint
& inimicorum plena, ubi deliciæ & deceptio dominantur,

Seſe ſubijciens plagis immitibus ipſum,
Veſtibus & laceris humeros indutus, egeno
Conſimilis uernæ, latam peruenit in urbem,
Delicias unas ſectantum & ſuaue uirorum:

Non ut malũ det proximis, ſicut Vlyſſes
malũ procis daturus domũ redijt: ſed è diuerſo quærens, nũquid boni occul-
tè queat operari. Quid ergo talem hominem excitatis? Aut quid prouocatis,
moroſum quendã & agreſtẽ uobis uiſum oratorem? Non enim ueſtræ ita in- *Aures delicatæ ab educatione.*
ſtitutæ ſunt aures, ut aſperos & duros ſuſcipere poſsint ſermones: ſed quem
admodum ungulæ ſunt infirmæ iumentis, in locis mollibus & planis educa-
tis: ita & ueſtræ aures ſunt delicatæ, in adulatione uidelicet educatæ, & ſer-
monibus mendacibus. Quid igit̃ ea inſtituitis audire, quæ non poteritis ſuſti
nere? Enimuero eodẽ modo animati eſtis, quo Aeſopus ait oculos affici. Nã *Apologus de oculis.*
quum illi ſe putarent magni eſſe precij, os autem uiderẽt alijs omnibus friri,
atq; etiam melle dulciſsimo: indignati ſunt, accuſaruntq; hominẽ. Qui poſt
quam & illis mel indidit, ſenſerunt morſum, lachrymarũtq;, aſperum illud &
iniucundum ducentes. Nolite ergo & uos guſtũ philoſophicorum quære-
re ſermonum, quemadmodum oculi mellis. Nam deinde (opinor) lachrymã
tes indignabimini, & dicetis fortaſſe, nequaquam philoſophiam eſſe, ita lo-

qui, ſed conuicia atq; damnum. Exiſtimatis enim ô uiri, uos ipſos felices & beatos, quòd magnam inhabitetis ciuitatem, & bonam depaſcatis regionẽ, & plurima apud uos & copioſiſsima uideatis neceſſaria, & fluuius uobis iſte per mediam fluat ciuitatem. Præterea accedit his, quòd Tarſus ſit metropolis omnium in Cilicia. Archilochus autem, quem Apollini placuiſſe aio, de duce loquens ita dicit:

Tharſus Ciliciæ metropolis.

Dimetri iambici.

Non diligo magnum ducem,
Stupido nec animo præditum,
Nec glorian tem pendula
Cæſarie, & adraſum undiq;:
Magis ſed incuruum probo,
Tutoq; qui ponit gradum,
Et qui piloſus mente ſit,
Conducat ut quid cogitet.

Dux, aut ciuitas, qualis quali præferẽda.

Ne igitur illum putetis non diligere quidem ducem, qui talis ſit qualem dixit: neq; in corpore magnitudine q; & coma ducis ponere utilitatẽ, ciuitatem autem laudaturum fuiſſe unquam horum reſpectu, aut fluminum aut balneorum, & fontium, & porticuũ, & multitudinis domorum, magnitudiniſq;. Hæc enim omnia comæ & cæſariei palàm ſimilia ſunt. ſed mihi magis uidetur eum tali fuiſſe prælaturum, paruam & exiguam, modeſtè habitatã, etiamſi ſita ſit ſuper petram. At Archilochus quidem ſic dixit: Homerus uerò an non ita quoq;? Vlyſſes ſanè inſulanus erat, neq; mediocrium inſularũ, neq; frugiferarum: ſed ſolum quum laudare uellet, dixit eam capris paſcendis aptam. attamen ait huius conſilio & ſententia Troiam eſſe captam, tantã ciuitatem, & tot gentibus imperantem,

Vlyſſis laus.

Quot Lesbos ſupra locupletum grata uirorum
Concludit, ſedes quos & in regione morantur
Duce Phrygum infra, & quot magnus tenet Helleſpontus,

quam ab omnibus ait uocari auro & ære opulentam. Nihil igitur illis profuit diuitiarũ magnitudo, aut ſubditorũ ſociorũq; multitudo, aut camporũ & Idæ pulchritudo, aut Simoentis aut Xanthi uorticoſi,

— *Genuit quem Iuppiter ipſe.*

Troianæ urbis encomia.

Quin etiam dicit, & fontes quoſdã ualde pulchros eſſe in ſuburbio. Vnũ quidẽ remiſſè fluẽtẽ, & oppidò mitis aquæ, ut etiã fumus ab eo excitetur: alterũ aũt frigiditate cõſimilẽ glaciei æſtate, ita ut tã æſtate quàm hyeme nõ difficulter lauare poſsint pulchræ Troianorũ filiæ. Non ſolũ aũt diuitijs & regionis fertilitate & copia preſtiterũt, uerùm etiam homines formoſiſsimi apud eos naſcebantur, & uiri & mulieres, & equi uelociſsimi: & dijs chari eſſe uidebantur, & mœnibus fortiſsimis erant circumſepti. Et mœnia quidem ipſis Neptunus ædificarat, & Apollo. A Ioue autem inter omnes ſub ſole ciuitates eam præcipuè ait fuiſſe dilectã: equorũ aũt uelocitas tãta erat, ut etiã in ſummis poſſent ariſtis currere. Ob pulchritudinẽ uerò Ganymedem Iupiter fecit ſtare ad cyathum: Alexandrũ autẽ, ex Græcia optima quæ illic erant mulierum ſecuta eſt: at Caſſandram Homerus Venere non inferiorẽ forma ait.

Troianorũ calamitates unde.

Attamen poſtquã deliciæ & incõtinentia ad eos ſunt ingreſſæ, atq; eruditione & modeſtia nihil ſe putarũt indigere, longè omnium infeliciſsimi euaſerunt. Non'ne per omnem terram illorum calamitates ſunt diuulgatæ? & nihil illis profuit neq; equorum uelocitas, neq; Iupiter, neq; Ganymedes: ſed à uiro ex tam triſti & ignobili ciuitate oriundo perditi ſunt, & præualuit Ithacæ ciuis omnes ex Ilio ſuperare, atq; illam latis compitis urbẽ totam expugnare & capere? Neq; enim iam ipſi dij diligunt laſciuos & imprudentes & » incõtinentes, & in ſupbiã declinãtes & ſocordiã, deliciaſq;. Quare nolite his »

conſi-

cōſidere, neq; amplectimini cōgratulantē uobis, uoſq; admirantē ſermonē, neq; uehemēter eloquētes ad laudandū. Hi enim decipiūt uos, & fruſtra eri gūt, quēadmodū pueros infantes. Sed illū magis, qui uobis ueſtrorū aliquid delictorū oſtēſurus ſit, & inprimis (ſi fieri poterit) uos ita abſoluturus, ut ſapiatis: quia propter ea quæ dixi, nō eſtis felices, neq; ſi Nilus ꝑ ueſtrā fluat ciuitatē, perſpicacior Caſtalia factus: neq; ſi Pactolus hic uiſus, nō arenulis aurum uobis afferat, ſicut aiūt Lydis olim, ſed denſum tanquā limum: neq; ſi Aegyptū aut Babylonē ædificiorū ſumptuoſitate ſuperetis. Nā ſi hæc reddere poſsūt homines beatos, uel flumen, uel aeris tēperies, uel locus terræ, aut portus maris, aut tēplum aut mœnia, dici nō poteſt quāto Byzātinis illis ſitis inferiores, ad ipſum pontū habitātibus, paulūq; extra oſtiū: quib. interdū ultrò piſces eijciunt: ſed tamen nemo dixerit ꝓpter piſces beatos eſſe Byzātinos, niſi pariter et laros. Neq; Aegyptios ꝓpter Nilū, neq; Babylonē ꝓpter mœnia. Non'ne Penæus per deſertā fluit Theſſaliā? Non'ne Ladon ꝑ uaſtatā Arcadiā? Nō'ne ipſe Cydnus ſuprà purior eſt? Num igit̃ illic habitātes meliores eſſe uobis dicetis? Forſan quidē ſi dicatis, uerum dicetis. Quippe deliciarū inexptos, & aſtuciarū, eos ego dico melius degere. Quid aūt ipſius Italię urbes? Non'ne Sybaris quidē quāto magis delicijs ſtuduit, tāto magis diſperijt? Croton aūt, & Thurij & Metapōtini & Tarentū, quæ tāto quondā fuerūt in uigore, tantāq; habuerūt potentiā, qua ciuitate iā nō ſunt deſertiores? Multū eſſet negocij omnes recitare, qui propter delicias perierūt: Lydos olim, & Medos, & Aſſyrios antea, poſtremò Macedonas, qui q̃ndā uilib. erāt pānis amicti, & paſtores dicti, quiq; pro panico bellū cū Thracib. geſſerāt, mox Græcos ſibi ſubiecerūt: cumq; trāſiſsent in Aſiā, ad Indos uſq; imperiū tenuerunt. Poſtquā uerò Perſarū bona acceperūt, conſecuta eos ſunt & mala. Igit̃ ſimul ſceptra & ueſtes purpureę, & Medica mēſa, & genus ipſum defecit. ut ſi quis nūc pertrāſeat Pellā, ne ſignū quidē ullū uidebit ciuitatis, ſed multas tegulas cōtritas eſſe in loco. Atqui manēt regiōes ciuitatū, quas dixi, & gentiū, quales & prius erāt, & flumina nemo aliò auertit: ſed tamē q̃s ſumptuoſitas & deliciæ attigerint, ij longū tēpus ꝑdurare non poſſunt. Ne eñ putetis, arietes & helopoles aliasq; machinas ita ciuitates euertere, ut delicias: ſiue quis uirū euerſum uidere uelit, ſiue ciuitatē. Non flumē eſt, neq; cāpus, neq; portus, qui ciuitatē faciat felicē: neq; pecuniarū multitudo, neq; ædificiorū, neq; deorū theſauri, quib. nihil afficit̃ diuinitas: neq; ſi quis in ciuitates mōtes quoſdā & ſaxa cum multis ærūnis & laborib. infinitiſq; ſumptib. trāsferat: ſed modeſtia ſapiētiaq;, ea ſunt quæ cōſeruāt, ea faciūt utentes beatos, ea dijs ſunt accepta: nō thus, neq; myrrha alicūde, neq; radices, neq; arborū lachrymę, neq; Indorū aut Arabū ſarmēta. Vos autem, ſi fortuna quadā flumē immutat̃, aut fluit turbidior, moleſtè fertis: & illis qui primū apud uos peregrinant̃, cauſam dicitis: mores aūt ciuitatis quū uideatis immutatos, peioreſq; factos, ſemperq; magis fieri ꝑturbatiores, nō curatis. Et aquā quidē non ſolum bibere uultis purā, ſed etiā uidere: mores aūt puros & moderatos nō queritis. Verùm ſæpius alijs audire licet, Num nos ſoli ſumus immutati, & nō ferè omnes? Eſt aūt hoc eiuſmodi, ut ſi quis in peſtilētia, eo q̃d omnes aut plurimi ægrotēt, nullā uelit ſalutis ſuę habere rationē, ut eā tueat̃: aut (ꝑ Iouē) ſi tēpeſtate iactatus in mari, omneſq; uideat qui ſunt in naui periclitātes, ipſe ſuā negligat ſalutē. Quid aūt, ſi tota ſubmergatur claſsis? An propterea id quod accidit, minus eſt abſurdū? Quid igit̃ nos peccamus? Cætera quidem omitto. Ridiculū enim, ſi quis illi qui prorſus citharam pulſare neſciat, atq; fortè pulſet, dicere uelit eum peccaſſe, aut ſonum aliquem transgreſſum eſſe, Hoc autem ſolum dictu dignū eſt,

quod

Orator qualis maximè ciuitati amplectendus.

Pactolus fl.

Byzātij ſitus.

Penæus fl.

Ladon fl.

Cydnus fl.

Sybaris.

Croton.

Pella rudera.

Delicijs plures ciuitates perire, quàm machinis bellicis.

Ciuitas felix unde fiat.

quod nemo inficias iuerit Aio autem, mirabilem rem multos in hac ciuitate paſſos, quod apud alios quoſdam antea audiebam magis quàm apud uos fieri. Quid aũt iſtud eſt? Si ego non potero clarè manifeſtare, at uos tamẽ ſuſpicari conemini: & nihil me dictur ũ exiſtimate rerũ reconditarum, neq; id quod facientes abſcondãt, etiam ſi oppidò uidebiť admirabile. Plurimi igitur erecti & inter eundũ & loquendũ, dormiunt: ſi uerò uigilare pluribus uideantur, falſum hoc eſt. Nam & lepores inexpertorum aliquis diceret uigilare, ſi uideat dormientes. Vnde igiť hoc colligũt? Ex alijs quibuſdã, quæ ſomni ſigna ſunt, quia oculi eorum aperti ſunt. Quid igitur faciũt dormientes? Multa quidẽ & alia, propemodũ aũt omnia illorũ opera ſomnijs ſunt ſimillima. Nam & gaudent fruſtra, & contriſtantur, & cõfidentes ſunt, & metuunt quum nihil adſit metuendum, & conantur & cõcupiſcunt impoſsibilia, & ea quę non ſunt eſſe putãt, & quæ ſunt non ſentiũt. At hæc fortaſſe cõmunia & nobis ſunt. Illud aũt (opinor) clariſsimum ſomni edunt ſignum, quòd ſtertunt. Nõ enim poſſum (per deos) decẽtius dicere. Atqui & dormiẽtiũ pauci quidã hoc patiunť: inter alios aũt ebrijs cõtingit, & repletis, & malè iacẽtibus. Ego uerò dico, hoc factũ turpitudine afficere ciuitatẽ, & publicè pudefacere: maximãq; eos patrię facere cõtumeliã, qui ita interdiu dormiunt, & iure & apud uos & uſquequaq; exterminarenť. Neq; enim mediocre eſt quod faciũt, neq; rarò cõtingit: ſed ſemper et ubiq; in ciuitate, etiã ſi quis minetur, ſi ludat, ſi derideatq;. Et de cętero iam in cõſuetudinẽ abijt etiã paruis admodum pueris, & adultorũ multi qui tamẽ uidenť erubeſcere, eò perducũtur, ut tanquã pro dono aliquo utanť, etiãſi prędecti deterreãt. Reſpirãt ergo ſimiliter. Si qua aũt talis exiſteret ciuitas, in qua ſemper lamentãtes audiretur, nemoq; ſine hac ægritudine poſſet circũire ne pauliſp quidẽ, eſť ne aliquis (per Iouẽ) qui illuc libẽter peregrinareť? Atqui lamẽtari infelicitatis (ut oẽs cõfiterẽtur) ſignũ eſt: tale aũt, impudẽtiæ, extremęq; laſciuię. Proinde uериſimile eſt, unũquẽq; inter infortunatos malle agere, ꝙ inter ſcurras? Ego eñ nollẽ audire, neq; tibia indeſinẽter canẽtes: ſed ſi quis extat talis locus in quo cõtinuus eſt ſonus, ſiue tibiarũ, ſiue cãtus, ſiue citharę, qualẽ aiũt Sirenarũ eſſe ſcopulũ iugiter cãtu crepantẽ, haud ego poſsẽ illuc profectus degere. Hunc aũt agreſtẽ ſæuũq; ſonũ quis homo moderatus ferre queat? Porrò ſi quis ædes ꝑteriẽs, talẽ audiat, utiq; diceť lupanar illic eſſe. Quid aũt dicẽt de ciuitate, in qua ꝓpemodũ ubiq; unus hic obtinet ſonus, & neq; tempus neq; diẽ neq; locũ ullũ exemptũ habẽt? ſed in angiportis, in ædibus, in foris, circa theatrũ, in gymnaſio res hęc dominať? Et tibia quidẽ canentẽ matutino tẽpore audiui neminẽ ego hactenus in ciuitate, hic aũt pręclarus cantus primo mane exerceť. Et ſane me nõ fugit, quòd me fortaſſe quidã nugas agere exiſtimabũt talia recitantẽ, & nihil eſſe propter hoc incõmodi: modò olera plauſtris feratis, multoſq; panes uideatis in medio, & ſalſamentũ & carnes. Cõſiderate aũt ipſi tamen rem hoc modo. Si quiſpiã illorũ perueniat in ciuitatem, ubi omnes, quicquid oſtẽdere uolũt, medio digito oſtendant: uel ſi quis dextrã inijcit, ita inijciat: uel ſi quis omnino manũ porrigit, uel ſi populus ſuffragia, uel ſi iudices ſententiã ferũt, qualẽ tandẽ exiſtimabũt hãc eſſe ciuitatẽ? Et ſi omnes detectis incedãt pudẽdis tanquã in ſtagno, quid dicent? Nunquid ignoratis, quòd hæc illa ſint quæ anſam prębuerunt cõtra uos maledicentię, ut publicè cõtra ciuitatem habeãt quod dicant, qui uobis ſunt inimici? Sed unde radios uobis inclamãt, & nõ aiũt referre oportere neq; ueſtra neq; aliorũ quid alij dicãt, ſed quid uos faciatis? Age ſi apprehẽdat talis affectio quoſdã publicè, ut omnes muliebrẽ ſumant uocẽ, & nemo poſsit neq; iuuenis neq; ſenex uirili uoce quicquã dicere, an nõ uidebitur

Lepores apertis oculis dormire.

bitur

bitur durũ, & omni(opinor)grauius peſtilẽtia(neq; eñ febri laborare turpe
eſt,neq; occũbere)ut qs meritò ſacrificia inſtaurare debeat, & diuinitatẽ red
dere ꝓpitiã? Atqui muliebrẽ emittere uocẽ,humanã uocẽ emittere eſt: & ne
mo audiẽs mulierẽ indignaret. Talis aũt ſonus q̃rũ eſt? Nõ'ne eorũ qui pari-
ter uiri ſũt & mulieres? Nõ'ne eorũ, quib. uirilia ſunt abſciſſa? Neq; horũ ſem-
p, & ad omnes, ſed propriũ ipſorũ tanquã ſymbolum. Age ſi diſcincti omnes
iretis, & tympanizantes, an hoc uobis nõ uideret intolerandũ? Et ſi cõtigiſ-
ſet uobis excelſam quandã habere arcem, aut per Iouem, ſupra aerem poſitã,
quo quis aſcendẽs ſingula quidẽ clarè exaudire nequeat, uniuerſam uerò uo
cum confuſionẽ: qualis ſonus uobis cõcitari uideret? An non manifeſtũ, q̃
ille magis audiretur, ſicut in harmonia, qui præualeret? Si uerò ex auditu
cõijcere oporteret de hominibus, quemadmodũ Homerus ait Vlyſſem, quũ
ſuas præteriret ædes, nõ expectaſſe dum uideret procos cõuiuantes: ſed ſta-
tim dixiſſe ad Eumæum, quũ cithara illis circumferret, ſe cognoſcere, quòd
multi diſcũberent in cõuiuio: & rurſum ex inſula Cyclopũ, audientẽ oues
balãtes, & illorũ uocem, ut qui paſcentes animaduerteret: dixiſſe, regionem
illam paſtorũ quorundã eſſe: age ſi quis & de uobis ex ſublato ſono eminus
coniecturã faciat, quales'nam uos eſſe homines & quid rerũ agere ſuſpicabi
tur? Neq; enim ad boues, neq; ad oues paſcẽdas idonei eſtis. Vtrum uos Ar-
giuorum colonos(ut dicitis) quiſpiã exiſtimabit, an magis illorũ Aradiorũ?
& utrũ Græcos, an Phœnicũ libidinoſiſsimos? Ego ſanè exiſtimo, in tali ci-
uitate, homini modeſto magis conuenire, cera aures obturare, q̃ ſi præter-
nauigaret Sirenas. Hic enim mortis ſubeſſet periculũ: illic uerò laſciuiæ, pro
cacitatis, & extremæ corruptelæ. Nulla quoq; adeſt oblectatio, neq; narra-
tio uſquã. Antea quidẽ meliorũ obtinebat admonitio, nũc uerò(ut ueriſimi-
le eſt) deteriorũ. Demirari aũt quis poſsit, quæ tandẽ cauſa ad huius æmulati
onem adducat indies plures hic ueſtrûm, magisq; ſemper in cõſuetudinẽ a-
beat tẽporis ꝓceſſu. Quemadmodũ Ionica quædã obtinuit harmonia, et Do
rica, & Phrygia alia, & Lydia: ita nũc Aradiorũ muſica obtinet, & Phœnicũ
uobis ſoni placẽt: atq; hãc cõſonantiã eximiè diligitis, ſicut alij ſpõdaicã. An
unquã quoddã hominũ genus apparuit quod narib. bene caneret, quẽadmo
dum cygnos facere aiũt alis? Deinde ita uocaliũ more auium oblectãt ſe mu
tuò in uijs & circa ſympoſia, nulla indigentes lyra, neq; tibijs. Nimis priſca
ſunt hæc, & duræ adhuc & ruſticæ muſicę organa. At nũc alius floret modus
lõgè melior, blandiorq; quàm barbitorũ. Proinde paulo pòſt & chorum ad
hoc canticũ puerorũ & uirginũ cõſtituemus, ſtudioſè edoctũ. At quòd mole
ſtè feratis hæc audiẽtes, clarè ſcio: & p̃dixi, uos ſermones nõ libẽter eſſe acce
pturos. Vos aũt me fortaſſe de aſtris & terra dicturũ putaſtis. Et ueſtrûm qui
dã mihi iraſcunt, ciuitatẽq; aiunt à me iniuria affici: eos aũt q faciũt, nõ repre
hendũt. Quidã aũt fortaſſe deridẽt, q̃d de nulla re meliore, repererim quid di
cerẽ. Ego aũt & medicos uideo nõnunq; attingere ægrotos nõ ea parte qua
uolunt, neq; corporis pulcherrima: multosq; noui ex his qui curabant indi-
gnatos fuiſſe, attacta parte corporis malè affecta. Ille uerò laniat eã, ſecatq;,
parui pẽdẽs illũ clamãtẽ. Nõ igit omittã de his dicere, priuſq; uehemẽter mor
ſum ſentiatis. Porrò admodũ infirmũ pharmacũ uobis eſt hæc oratio, multoq;
inferius q̃ par eſt. Age uerò, per Herculẽ quęſo, & Perſea, et Apollinẽ & Mi
neruã, aliosq; quos colitis deos: reſpõdete mihi expeditè, num quis ueſtrûm
talem uellet habere uxorem, quæ tali quidem nariũ ſono aſsiduè ſtrepat, uer
bo aũt appelletur cithariſtria, aut tibicina, aut poetria, aut alio ſimiliter no-
mine ab alijs pro more ſtudijs indito? Et ne indignemini, neq; moleſtè fera
tis. Hoſce enim ſermones res ipſa ſuppeditat, uolenti de ipſa dicere: non ego

Tarſerum petulantia atq; procacitas.

Aradiorum et Phœnicum muſica.

ipſe inuenio. Mulieri utiq; huiuſmodi cohabitare nemo ueſtrûm uellet, neq; (opinor) pro quingentis talentis. An quis talem ſibi optaret filiam? An matrem denique? Et quomodo non difficile foret talem habere, eius'que ſenectuti præbere alimenta? Honeſtum enim uidelicet hoc, & ſeniores magis decet: eſto. Igitur quũ de tali uxore, uel filia, ne audire quidem ſuſtineatis: talem autem inhabitare ciuitatem, talemq; patriã, non intolerandum uobis uidetur? Et præſertim (quod omni ex parte peius eſt) quæ nõ talis fuerit ab initio, ſed quam uos ipſi talem redditis? Et ſanè metropolis ueſtra eſt ciuitas, ut & grauitatem autoritatemq; metropoleos habeat: attamen neq; nomini, neque uetuſtati, neq; gloriæ parcitis. Quid ergo ſi (quemadmodum uериſimile eſt, aiuntq; conditores heroas uel deos ſæpenumero ſuas ipſorum adire ciuitates, non conſpicuos alijs, ad ſacrificia, adq; quoſdam feſtos toti populo dies) quãdo dux ueſter Hercules adueniat, ad rogum quem illi ſanè pulchrum facitis, num putatis eum ualde lætaturum talibus uocibus auditis? Non'ne mauolet abire hinc in Thraciam, aut Libyam, & intereſſe Buſiridis aut Diomedis nepotibus ſacrificantibus? Quid uerò Perſeus? Non'ne reuera ſuperuolaturus urbem uidetur? Et quid opus eſt meminiſſe deorum? Quin Athenodorum, qui ante hæc tempora uixit, quem reuerebatur Auguſtus quoque, num putatis, ſiquidem talem iam factam noſſet ciuitatem, prælaturum illi cum eo conuerſationi, hanc in hac urbe fuiſſe? Antea quidem ob diſciplinam & modeſtiam diuulgata ueſtra erat ciuitas, & tales protulit uiros: nunc autem metuo ne diuerſum ſortiatur ordinem, ut cum his aut illis nominetur. Et ſanè multa adhuc utcunq; manentia, declarant modeſtiam ueteris & auſteritatem diſciplinæ: ut eſt illud quod circa mulierum ueſtitum obſeruatur, ut ita modeſtè ſint cultæ, & incedant, ut nulla earum pars conſpicua ſit, neq; faciei, neque reliqui corporis, neque quicquam ipſæ uideant extra uiam. Atqui, quid'nam tale uidere poſſunt, quale audiunt? Quapropter ab auribus incœpta corruptione, perierunt complures. Laſciuia enim & per aures & per oculos undiq; ingreditur. Itaq; facie quidem tecta incedunt, animo uerò detecto, & ualde patulo. Quare acutius uno tuentur oculo, quemadmodum geometræ. Et ſanè quod per nares fit, perapertum eſt. Neceſſe eſt autem hanc talium conſonantiam & alia ſequi. Ne putetis enim, quemadmodum alij morbi ſæpius partes ſolum quaſdam inuadunt, ut manus uel pedes aut faciem, ita quoq; apud uos indigenam quendam morbum naribus incidiſſe: neque quemadmodum Lemnijs mulieribus iratam Venerem aiũt corrupiſſe axillas: ita & hic exiſtimetis complurium corruptas eſſe nares ira ex diuina, atque ita talem emittere uocem: ſed eſt indicium extremæ procacitatis & ſocordiæ, rerumq; contemptus omnium honeſtarum, quodq; nihil exiſtimetur eſſe turpe. Aio igitur, quòd ij qui hoc faciunt, ſimiliter etiam loquantur & incedant, & tueantur. Si uerò nihil tam manifeſtum facere poſſunt per oculos, ut conuertantur uniuerſi, aut artem eò nõdum perduxerunt, nihilo moderatius in alijs tamen ſunt affecti. Deinde iraſcimini Aegeenſibus & Adanenſibus, quum uos conuicijs proſcindunt: eos autẽ ex ueſtris ciuibus, qui illis quod uera dicant, teſtimonium perhibent, non eijcitis è ciuitate. Neſcitis, quòd rerum quid infandarum & præter naturam facere, ſuſpicionem duntaxat plurimarum faciat, & nemo quicquam uideat ex uulgo, ſed in tenebris latentes & clam impiè agant infelices: hæc autem intemperantiæ ſymbola, de moribus indicium faciunt, deq; affectu: nempe uox, intuitus, habitus: quinetiã ea quæ uidentur eſſe parua, & nullo in numero, ut tonſura, deambulatio, oculorum commutatio, colliq; inclinatio, ſermocinatio manibus ſupinis. Ne exiſtimetis enim, tibiarum modulationes atq;

Tarſus metropolis. *Herculis rogus.* *Perſeus.* *Athenodorus.* *Veteris diſciplinæ & modeſtiæ ueſtigia.* *Per nares canere, extremæ procacitatis indicium.* *Intemperantiæ ſymbola.*

atq; ſonos, cantusq; partim quidem uirilem declarare animum, partim uerò muliebrem: motus autem & actiones nihil referre quales ſint, neq; ullum eſſe in his indicium. Porrò ego ſermonem uobis quendam narrare uolo, quem fortaſſe & aliàs audiuiſtis. Aiunt enim ueniſſe in ciuitatē quandā, acutum quendam ex ijs quibus illud eſt ſtudium, ut ſtatim cuiuſque mores norint, & enarrare poſsint animi affectus, nullaq; prorſus in re aberrent: ſed quemadmodum nos animalia ex aſpectu cognoſcimus, quòd hoc eſt ouis (ſi res ferat) illud autem canis, hoc uerò equus, aut bos: ita ille homines ex aſpectu norat, poterat'que dicere quòd hic quidem eſſet fortis, ille uerò timidus: hic petulans, ille ſuperbus, aut cynædus, aut adulter. Vt igitur ſpecimine artis exhibito admirationi fuit, & nuſquam aberrauit: adducunt illi quendam corpore durum & ſupercilijs iunctis hominem', ſquallentem, male'que diſpoſitum, callosq; habētem in manibus, fuſcum quoddam & aſperum indutum ueſtimētum, piloſum uſq; ad pedis plantam, & uicioſè tonſum: deq; hoc rogabant, ut pronunciaret. Ille uerò, ut longo tempore inſpexerat, tandem cunctatus opinor quicquam ex tempore dicere, ſe neſcire dixit, iuſsitq; illum abire. Qui quum recederet, ſternuit. tum ille ſtatim exclamauit, eſſe cynædum. Ita'ne ergo hominis mores ſternutatio redarguit, ualuitq; eò ut fallere non poſſet: ciuitatem autem nullum horum calumnia onerare queat, opinione'que praua impleat: præſertim ubi non acuto interprete eſt opus, quid cuiuſque iudicium & ſignum ſit? Cæterùm ego libenter audirem ex peritis, cui rei hoc quod facitis ſimile ſit, & quid'nam ſignificare uelit (non nim ſclopus eſt, neq; popyſmus, neque ſibilus) & cuius'nam operis ſit proprium, & quando præcipuè fiat. Neq; enim ſic paſcunt, neque arant, neque uenantur: quin neque illorum eſt uox, qui ſe mutuò ſalutant, aut uocant, aut beneuolè compellant: ſed quemadmodum Hymenæus peculiare quoddam canticum eſt uetuſtum, in nuptijs: ita noua hæc inuenta eſt conſonantia, alterius cuiuſdam diei feſti. Verùm abibitis indignātes, meq; nugas effutiſſe dicentes, quòd tantum ſermonem fruſtra cōpoſuerim, adq; nihil quòd ex uſu futurum ſit. Nullum enim ex his damnum emergere, neq; peius habitari ciuitatē. Porrò apud Græcos antea intolerandum uiſum eſt, muſicā immutare: & uociferabantur omnes contra eos qui aliam conſonantiam introducerent, magisq; uarios facerent cantus, quaſi per eos Græcia corrūperetur in theatro. Sicilli uehementer cuſtodiebant aures: & tantā exiſtimabant auditū habere uirtutem, quòd effœminaret animos, & modeſtiæ officia iniuria afficerentur, ſi uel paulum remitteretur harmonia. Quapropter aiunt Lacedæmonios, poſtquam Timotheus ad eos uenit, iam inſignis & potens in muſica, & citharam illi abſtuliſſe, & ſuperfluas incidiſſe chordas. Et uos igit' uiri Tarſenſes, imitemini Lacedæmonios, excindite ſuperfluum ſonum. Vetus ait fabula, Circen pharmacis mūtaſſe homines in ſues & lupos: & nos credere dedignamur Homero dicēti, At illi ſuū quidem habebant capita & uocem & ſetas & corpus, mentem aūt (ait ille) manſiſſe ſolidam? Horum autem mens prima diſperijt, & corrupta eſt. Quinetiam haud ita atrox foret, ſi homines interdum ouium acciperent uocē, neq; ſi boum, neq; ſi hinniant, neq; ſi latrent, quēadmodū Hecubam poetæ aiunt ſuper omnia acerba tandem ab Erinnybus factam eſſe,

Sternutatione hominis mores deprehenſi.

Hymenæus.

Muſicam immutare apud Græcos religioſum.

Timothei ars apud Spartanos prohibita.

Circes pharmaca.

Hecuba in canem uerſa.

— Terribilem canem.
Eamq; canis edere è buccis truces
Audiuimus uoces, & Idæi incolæ
Et Tenedij, ſaxoſæ quiq; Thraciæ
Patriæ meæ chariſſimæ habitamus loca.

Virum quàm dedeceat muliebris uox. Haud ita, inquā, hoc prodigiū eſſet atrox atꝗ abominabile, quàm cū quis uir, uiriꝗ characterē habens, uocēꝗ propriā, & ſigna naturæ ſuæ haud extinguere ualēs, neꝗ ſi omnia faciat: ſemet obuoluēs, tegēsꝗ, ut fures res furtiuas ſolēt, ab Erinnybus quibuſdā uerberatus quidē, ſed nō immutatus, & omnimodo ſemet infringēs, omnia uelit facere, et nihil ut fert natura: & deinde Protei modo ius immutet, ſeꝗ trāsferēs inueniat̃ uocē emittere neꝗ uiri neꝗ mulieris, neꝗ alterius animātis paruā, ſemiuirū imitatus, neꝗ ipſis lupanarib. cōuenientē, ſed turpiſsimi opis laſciuiꝗ actus ſigna ſono emiſſo edat: atꝗ hoc interdiu, ſole lucēte, multisꝗ p̄ſētibus. Nō tā intolerādū foret, ſi boū tergora ſerperēt, & carnes mugirēt. Qualis igit̃ Homerus, aut qs Archilochus, hæc mala carminib. exprimere ualeat? Videt̃ mihi enim (per Herculem) hoc hominū facinus, ualde generoſo & tragico opus habere poeta, qui uel inhibere, uel reſecare tantū queat impetū. Nam res iam turpi indecētiꝗ ſimilis eſt inſaniæ. Et ipſe hic morbus indecētiæ impudentiæꝗ in gyro perambulans, ad omnia de cętero ducit opera & uoces & habitus, omnesꝗ attingit & penetrat partes: pedes, manus, oculos, linguā deniꝗ. Ex nobis ergo nulla uobis poteſt eſſe utilitas, neꝗ ex hoc remiſſo debiliꝗ conſilio: ſed

Stentor. Stentore quodā opus eſſet, qui ſonū emitteret æreū, uel ferreū, uoceꝗ inclamaret & maiore, clarioreꝗ. Videte enim quò res tandē progrediant̃.

Barbarum tōſura. Barbarum p̄imùm inuēta eſt tonſura: & uidebat̃ moderatū eſſe, ne ualde promitterent̃, neꝗ nimiū, ſed leniter corrigeret̃ natura. Talis ergo à multis habitus eſt homo dexter. Deinde radebāt uſꝗ ad genas. Neꝗ hoc fortè intolerandū: attamen Comicus & hunc iuſsit igni tradere, ſuper ſedecim ficulnis faſciculis. Veruntamē facies habebāt formoſas, & pueriles præter ætatē. Mox ab hac lanugine liberati, proceſſerūt ad crura & pectus, ut etiā in alijs partibus pueris ſimiles eſſemus. Deinde uſꝗ ad brachia, deinde uſꝗ ad pudēda trāſierunt, ut pubes etiā uideret̃ ſuperflua. Cauillis ergo inceſsit, derideturꝗ naturæ artificiū apud ſapiētes iuuenesꝗ, tanquā priſcū quoddā, & oppidò ſtultum & inutile, quòd corpori ſuperflua præbuerit. Quid enim nobis opus erat unguibus? Quid pilis? Quin etiā ne manib. quidem & pedibus, fortaſſe. Pudenda ſolum nobis debuerat facere, & uentres, & cibū proponere, aliaꝗ quib. frui poſſemus. Quapropter nos ipſi reſecamus, & barbā & pubem auferimus, quæ uirorum ſunt propria. Si uerò alia poſſemus à mulieribus accipere, tum uidelicet omnino eſſemus felices: non, ut nunc, inopes, ſed integri quidam, & ſecundum naturam ſemiuiri.

TARSICA ALTERA XXXIIII.

NON me præterit (ô uiri Tarſenſes) legib. receptū eſſe & apud uos & apud alios, ut ciues accedant & conſulāt, non quilibet, ſed noti & locupletes, inſuper & qui bene publica munera obierunt. Neꝗ enim fortaſſe rationi conſentaneum eſt, quum locupletum ſubſtantiæ ſitis participes, nō illorum etiā frui conſilio, qualecunꝗ tandē ſit. Atqui quū citharœdos audire uultis, aut tibicines, aut ſpectare athletas, non uocatis diuites, neque ciues, ſed eos qui ea & ſciant & poſsint: atque hoc non uos ſoli, ſed omnes huiuſmodi faciunt. Porrò ne illud quidem me latet, quòd tali habitu utentes, à multis more quodam Cynici

Cynici. appellentur: eos'que non ſolum à ſe nihil differre putant, neque idoneos ad conſulendum de rebus, uerùm etiam ne ſobrios quidem eſſe prorſus, ſed homines inſanos quoſdam & miſeros. Ad mordendum autem cauillis, adꝗ deridendum nonnulli hoſce habent: & ſæpe nec ſilere illis permittunt, nedum

dum eos dicentes perferant. Præterea aiunt uos in præſenti nimis eſſe irritatos contra philoſophos, eosq́ deuouiſſe, non quidem omnes, ſed ueſtros. Et ſanè cautè admodum & moderatè à uobis factum eſt, quòd non cõmuniter omnes maledictis deuouiſtis, quũ ſoli hi qui hic ſunt, peccaſsẽt. Illud aũt fortaſſe ignoratis, quòd ſi quos deuouiſtis, nõ philoſophos deuoueritis. Neque enim ullus iniquorũ & prauorũ philoſophus eſt, tametſi ſit (quod aiũt) ſtatua nudior. Qui ergo nocuerunt patriæ, aduerſusq́ ciues fecerunt coitionem, procul mihi ab hoc uidentũ nomine abeſſe. At uerò admiramini fortaſſe, quid tandẽ ego ſperans, mihiq́ quærẽs, huc aduenerim, & tali habitu, taliq́ tẽpore. Veræ enim hoc inſaniæ ſignũ uideri queat. Hoc aũt ſcire debetis, quòd non huius gratia, ut mihi à uobis aliquid petam, ſed ueſtræ utilitatis cauſa hoc conatus ſim. Si igit̃ me nõ ſuſtinueritis, manifeſtũ eſt, quòd non me, ſed uos ipſos damno afficietis. Proinde neq́ etiã uos decet, ut unũ me ex his putetis, qui reuera mẽte capti ſint, atq́ ideo nõ audiendũ. Ne exiſtimetis enim, aquilas quidẽ & uultures antea ſignificare hominib. quid oporteat facere, illorũq́ conſiliũ haberi, fidele, eo quòd ultro & diuinitùs dari uideat̃: uirũ aũt ita aduenientẽ, nullaq́ ex parte ad uos pertinẽtẽ, nõ diuino uenire cõſilio, & ad dicendũ, adq́ cõſulendũ. Quanq́ auguria cõiecturis indigẽt: q̃ aũt à me dicent̃, audientib. uobis licebit intelligere, & cõſiderare nũ manifeſtè quid adferã utile. Volo aũt uobis, quãdoquidẽ taliũ mentionẽ feci, id q̃d in Phrygia accidit, narrare, ut iã inde mei deridẽdi occaſionẽ habeatis. Homo phryx, iumẽto inſidẽs iter faciebat. Vt aũt cõſpexit cornicẽ, auguriũ faciens (ſunt aũt Phryges in talib. acuti) lapide petit, & fortè eã percuſsit. Valde ergo gauiſus eſt, & exiſtimans in illius caput uerſum eſſe quod portendebatur mali, occidit, et iumento conſcenſo equitabat. Illa aũt modico facto interuallo, cõmouit ſe, & palpitauit: unde iumentũ conſternatum, excuſsit hominem, cadensq́ humi fregit crus. Ille igitur hoc deceſsit modo, quum ingratè accepiſſet datum ſymbolum. Ego mihi uerò uideor tutius deliberaſſe quàm cornix, adq́ homines multo uenire gratiores q̃ Phryx ille fuit. Nam ſi uobis uidear nugari, haud utiq́ lapidib. me petetis, nec tumultũ excitabitis. Age igitur, quoniam tacetis, & ſuſtinetis primùm quidẽ illud, niſi antè liquidè noſtis, demõſtrabo, quòd animo indigeatis in præſentia, resq́ ueſtræ eiuſmodi ſint, quę conſilio opus habeant, multaq́ prouidentia. Deindeq́ nemo uos facilè poſsit quid in ijs fieri oporteat, admonere, partim quidẽ propter ignorantiã, quid cõducat: partim aũt, quòd aut uos aut alios metuãt, & ſua ipſorũ nonnulli magis fortaſſe cõſiderant. Præterea, quæ mea ſit de ijs ſententia, & quibus nã à uobis factis circa res præſentes, & quo pacto in uniuerſum præſidẽtes ciuitati, in omne reliquũ deinde tempus cõducere putem. Vobis enim (uiri Tarſenſes) obtigit, ut primi ſitis in hac gente, nõ ſolum quòd maximã omniũ in Cilicia inhabitetis ciuitatẽ, & metropolim ab initio: uerũ etiã quòd Cæſarẽ ſecundũ, ſuper omnes optimè uobis habuiſtis uolentẽ & familiarẽ. Infortuniũ enim quod ciuitati illius cauſa acciderat, meritò eum uobis beneuolũ fecerat: utq́ daret operam, quò maiora in uos ſua apparerent beneficia, quàm calamitates propter illum acceptæ. Quapropter omnia quæ quis amicis reuera & ſocijs, & tantam oſtendentibus alacritatem, præſtaret, ea & ille uobis præſtitit: terras, leges, honorem, poteſtatemq́ue fluminis & maris circa eam: unde citò maior effecta eſt ciuitas, licet ab expugnatione haud ita longo interuallo. Quẽadmodum qui magno aliquo decumbunt morbo, citò autem exurgentes ſufficientem nanciſcuntur curã, poſtea frequenter fiunt habitiores. Porrò ea quæ deinceps accidunt, non quantum quis putet, pfuerũt ciuitati: quòd nempe præfectorũ quidã fuerũt

Philoſophus iniquorum nullus.

Bene monentis conſilium, quantumuis peregrini, nõ aſpernãdum.

Phryges augures.

 uiolenti,

uiolenti,eoſq; uos puniuiſtis.Hoc enim eò quidem profuit, ut uideremini
eſſe aliqui:& nõ ſolũ uobis ipſis,ſed etiã alijs ſuppetias ferre poſſe:& per Io-
uẽ,ut deinde illi ad delinquendũ pigriores eſsẽt, cõtulit ꝙ dederũt pœnas.
alioq uerò ciuitatẽ inuidioſam reddidit,utq; uideremini natura moroſiores
Sæpius accuſare, calũniæ ſignum. eſſe,et ad querimonias prõpti.Sępius enim accuſare iã olim habitũ eſt ſignũ
calũniæ, maximè quãdo de prę fectis ad ꝓfectos querela deferẽ. Inimicitias
enim fieri ſuſpicanẽ,nõ inde ꝙ ſubditi aliꝗd iniuriæ ſint paſsi,ſed quòd impe
rio ſubeſſe nolint. Rurſus alia res accidit ꝓ uobis,quodãmodo huic nõ diſ-
Aegeenſium æmulatio. ſimilis.Aegæẽſes enim ſtulta aduerſum uos ſuſcepta æmulatiõe,circa publi-
cas tabulas deliquerũt:ac ipſi quidẽ cauſa ceciderũt,adhuc aũt magis inuidi
am cõtra uos,& talẽ quandã occultè calũniã cõtra ciuitatẽ excitarunt, quaſi
Malotarũ diſſidium. moleſtã alijs & grauẽ.Et hęc quidẽ ex ſuꝑiori tẽpore.-In præſenti uerò Ma-
lotæ uobiſcũ diſsidẽt,ipſi quidẽ iniurioſi & audaces in omnibus: quia uerò
imbecilles ſunt,multoq; ſemꝑ inferiores,in eorũ habenẽ potius ordine qui
iniuriã patiunẽ.Quidã enim nõ cõſiderãt quæ faciãt,ſed qui ſint: neq; iniuri
am faciẽtes,neq; uiolẽtiã paſſos uolũt examinare plerũq;,ſed quib.uériſimi-
le ſit iniuriã fieri ab ijs qui plus ualẽt.Si igiẽ à uobis tale quid factũ eſſet, qua
le ab illis nunc factũ eſt,uaſtare uideremini ciuitates,& defectionis præbere
principiũ,& belli,& exercitu aduerſum uos opus eſſe. Ergo intoleranda
patimur,dicet aliquis,ſi illis quidẽ licet facere quod libet,atq; ita ſua fruunẽ
ſolitudine:nos aũt ſi dũtaxat moueamur,in periculo ſumus. Eſto ſanè into
lerandũ & iniquũ. Sed nõ,ſi quid iniqui ſolet fieri,uos aduerſus illud inſti-
tuta contentione, aliquo abſurdo irretire oportet,ſed magis ꝓuidere & ca-
uere.Quod enim hic accidit,ſimile eſt ei ꝗd accidit circa athletas, quãdo mi
nor cõtra lõgè maiorẽ pugnat.Huic enim nihil licet ꝑter legẽ:quinetiã ſi ꝗd
inuitus delinquat,flagris cędiẽ:illũ uerò nemo,omnia facere quæ poteſt, ui
det.Quare & illic modeſti uiri officiũ eſt,& in ueritate melioris,uirtute ſupe
rare.Has aũt cupiditates,ſi uos prudẽtes fueritis,planè amittetis,iuſtóq; po
tius & æquo,ciuitatisq; magnitudine ſuperabitis inuidẽtes : ira aũt & indi-
gnatione commoti , nihil facietis. Sed de his quidem poſtea,ſicut(opinor)
& propoſui. Nunc autem reliqua oratione proſequar , maiori cum conſi-
deratione, quia præſens tempus indigere aio. Malotenſium enim inimici-
Solenſium & Adanẽſiũ inimicitiæ. tiæ & ſeditio,minus uos debet contriſtare. Quòd autem Solenſes & Ada
nenſes,& alij quidã fortaſſe ſimiliter ſunt affecti, nihilóq; moderatius,ſed gra
uanẽ,& malè dicũt, magisq; quàm alij obtẽperare nolũt:ſuſpicionẽ facit,ne
Aegæẽſes quidẽ forſã, neq; Malotas ꝓrſus iniquè iraſci: neq; hos quidẽ in-
uidia,illos uerò cupiditate plura habẽdi à uobis alienari:ſed fortaſsis eſſe ali
quid circa ciuitatẽ in cauſã, eãq; aliquo modo iniuriã facere , & moleſtã eſſe
inferioribus.Hęc enim nõ ſunt quidẽ uera,ſed tamẽ uos tãquã uera dãno af-
Tarſenſiũ cũ prætore contentio. fecerint.Age uerò,etiã erga prætorẽ ꝗmodo res ueſtrę habeãt,cogitate.An-
tea quidẽ ſuſpicio tantũ ſuberat,ꝗd nõ admodũ iucũdè eſſetis affecti:attamẽ
& ille rẽp.gratè uobis geſsit,& uos illi:nihilóq; palàm emerſerat. Nuper aũt
exacerbati,uidebamini ſuccubuiſſe. Dicite,ꝗd'nã & ille cõpulſus ſit, ſcripſe
ritq; ira cõmotus,feceritq; quod nõ etiã antea? Dicite hercle.At per Iouẽ,ꝓ-
pter ipſam ciuitatẽ,& mutua inter uos negocia,uobis præeſt ut oportet: nõ
ut antea,cũ ſeorſim ſua curabat plebs, & ſeparatim ſenatus : atq; ut huc uſq;
ſui iuris ſunt ſeniores,ſua uidelicet quiq; cõmoda cõſiderãtes : quemadmo-
dum ſi inter nauigãtes priuatim ſibi nautæ ſua quærerẽt cõmoda, priuatim
quoq; gubernator, priuatim etiam nauclerus.Etenim tametſi ſæpius hæc di
cuntur: haud tamen propterea conuenit præterire ſilentio.Neq; enim quod
primitùs dictum eſt, neque quod quis non antea audiuit, promptè ample-
ctendum: ſed ſemper,quod familiare propriumq; ſit negocio, & utilitatem
aliquam

aliquã adferat. At hercle nunc cõſenſimus, & in cõmune cõſultamus. Et quis tutam firmamq; putet talem concordiam, quæ propter iram conciliata eſt, & tres uel quatuor durauit dies? Neq; enim quis eum tutò dixerit ſanum eſſe, qui paulo antè febri laborauit. Ne igitũ uos concordes eſſe dicite prius, quàm uobis quamplurimũ prętereat tempus hac in concordia: nec tantum, quo nõ diſsideatis, neq; diuerſum loquamini, ſed ut idem appetatis: & tum exiſtimate, ciuitatis morbũ eſſe exemptum. Nam & in inſtrumentis ad concordantiã non aptatis, fit interdum ut ſoni pauliſper concordent, deinde uerò ſtatim diſſonant. Quemadmodum igitur uulnerare aliquid & diſſecare citò fit, & admodum facile, conglutinare autem & contrahere indiget tempore & prouectu: ita ſe etiam in ciuitatibus habet. Diſſentire & ſeditionem excitare procliue eſt, & ex minima frequenter cauſa cõtingit: componere uerò res ut cõuenientem accipiant diſpoſitionem & fidẽ, per Iouem non ſtatim licet habere eos qui uel dicunt uel putant ſe reſipiſcere. nam apud uos ita perturbatos forſan, immò & apud omnes alios, magna quadam hoc indiget medicina, immò potius uoto. Non enim aliter fieri poteſt, quàm ut malis his mouẽtibus ac perturbantib. abſoluti, homicidijs, auaricia, cõtentione (quę oriri ſolent, ubi quiſq; patriæ & publica utilitate omiſſa, ſuũ priuatũ quærit cõmodũ atq; incrementũ) fortiter tandẽ cõſpiretis, & publica pluris faciatis. Nam apud quos illa obtinẽt, aliaq; his ſimilia, eos neceſſe eſt ſemper uerſari in periculo, & res ob paruas cõcurrere & tumultuari, ſicuti in mari uentis aduerſum ſeſe præualentibus. Quandoquidẽ neq; ſenatũ ipſum putatis cõſentire, neq; uos populum. Si quis ergo omnes examinet, uidetũ mihi ne duos quidẽ uiros haberi in ciuitate idẽ ſentiẽtes: ſed quemadmodũ quidã inſanabiles & difficiles morbi, qui per tota cõſueuerũt trãſire corpora, nullaq; pars ſupeſt in quam nõ deſcendant: ita aſperitas ipſa, & quòd parũ abſit quin omnes alij ab alijs ſitis auerſi, permeauit ciuitatẽ. Vt enim ſenatum omittam, populumq; & iuuenes & ſenes, eſt multitudo non parua, tanquã extra rempublicam, quos aliqui Limurgos ſolent appellare: & interdum quidem ijs grauãtur, aiuntq; turbã eſſe ſuperfluam, & tumultus & cõfuſionis autorẽ: interdũ uerò partem eos arbitrantur eſſe ciuitatis, rurſumq; ciuitate dignanũ. Quos quidem ſi uobis obeſſe putatis, & ſeditionem excitare, & perturbationẽ, omnino oportebat expellere, neq; admittere ad cõciones. Si uerò aliquo modo ciues eſſe, no ſolum ideo quòd habitent, ſed etiã cõplures hic nati ſint, & nullam aliam ſciantur habere ciuitatem, neq; ignominia eos unquam affici cõueniebat, neq; eos à uobis abrumpere. Nunc aũt neceſsitate cõpulſi, ſuis ſententijs publicã utilitatem deſtituunt, opprobrio affecti, atq; alieni exiſtimati. Nihil autem hoc magis noxium eſt ciuitatibus, neq; quod magis ſeditionem excitet, & perniciem. Quemadmodum ſi corporibus accedat tumor, qui ſi quidem reliquo corpori eſt familiaris & agnatus, habilitatem facit, & magnitudinem: ſin minus, morbi atq; perniciei cauſa fit. Quid igitur (dicat aliquis) tu nos facere iubes? An omnes pro ciuibus inſcribere? Ita inquã, & eorũdem autores: nõ aũt afficere probris, neq; abijcere: ſed eos ueſtri partem, ſicuti & ſunt, cẽſere. Nõ enim ſi quis ſoluat quingentas drachmas, amare uos poteſt, dignusq; confeſtim fieri ciuitate: ſi quis uerò pauper ſit, aut aliquo ciues in publicas tabulas pſcribente, nomen ciuis non ſit pariter cõſecutus: nec ſolum ipſe apud uos prognatus, ſed etiam eius pater & progenitores, ille non poteſt diligere ciuitatem, neq; eam ſuam eſſe patriam putare. Et graue quidem eſt, ſi is qui operatur, peior eſt alio. Et hoc illi obijciendũ eſt, & uertendum probro, Tu infector aut ſutor, aut faber, dicendo: quando minimè ea conuenit exprobrare. In uniuerſum autem, hoc maximè ex his quæ

Seditionẽ excitare, quàm ſedare iterum, lõgè facilius.

Limurgi.

In ciues adſcribendi qui.

quæ in ciuitate fiũt, dicere uolẽs, neqꝫ ad oſtẽdendũ quale ſit, ꝓceſsi fortaſſe: uerùm ad illud uobis planũ faciendũ, quomodo erga uos inuicẽ affecti ſitis. Et per Iouẽ, dignũ'ne eſt ut præſenti ſtatui fidatis, & iuxta rei ueritatẽ? Putatis ergo uos unanimiter cõſpiraſſe? Domũ enim ego, & nauim, & alia, ſic puto approbari, non loco conſiderato, neqꝫ tecto, neqꝫ quod mare nõ accipiat: ſed in uniuerſum, ꝙ modo fabricata ſit, & cõpacta: ſi nihil hiet, neqꝫ carioſum ſit. Quin etiã quod dicebã antea attuliſſe incremẽtũ ciuitati, id iam nõ uideo apud uos eſſe, nẽpe ut peculiare beneficiũ gratiamqꝫ reponatis imperatori. Quid aũt eſt in cauſa? An ideo uidelicet, quòd ille talib. nullis indigeat? Cæterùm ita hoc excuſari poſſet, ſi nõ plus alijs ab eo haberetis. Itaqꝫ quæ ab eo tũc propter beneuolentiã amicitiãqꝫ cõſecuti eſtis, ea debetis in reliquũ cõſeruare tẽpus uitæ modeſtia, nullãqꝫ dando cauſam unde meritò poſsitis accuſari. Et nemo putet hæc me ſimpliciter dicere, uosqꝫ hortari ut omnes perferatis, omniaqꝫ patiamini: ſed ut experti ueſtrarũ rerũ facti, nunc quoqꝫ melius cõſultetis. Et de cætero ita poſtulate ab eo qui huc ad cõſulendũ proceſsit, ut nõ negligenter uobis, & ut in mentẽ uenerit, quũ nihil ſciat, autor ſuaſorqꝫ ſit: ſed ut omnia norit, & antè de omnib. cõſiderauerit. Nam & medicũ, qui omnia ægrotãtis accuratè exquiſiuit, ut nihil illũ lateat, eum uerisſimile eſt optimè curaturũ. Quod igit̃ præſentia, attẽtione & meliore cõſiliario opus habeãt, nõ ijs qui propter fortunas aut argenti copiã aut genus accedũt, hinc tandẽ ꝑſpicite. Cũ enim ne ipſi quidẽ ſolidè cõſentiatis, neqꝫ multę in gyro ciuitates erga uos amicè ſint affectę, ſed partim inuideãt, iam olim eoſdẽ uobiſcũ petentes honores: partim oderint, eo quòd diſsideãt uobiſcũ ob regionẽ: partim uerò, quòd haud ſcio quomodo ſe moleſtiã paſſas dicãt: prætor aũt putet ſe quidẽ meliora ſapere circa uos ipſos, coacti aũt ſitis & antea in mutuas incidere offenſiões: pręterea quoqꝫ illud accedat inuidioſum, ꝙd ciuitatis magnitudine cẽſemini, multaqꝫ quæ ſuperſunt recuperare poſsitis, quomodo nõ propter hæc diligẽti & cõſiderato undiqꝫ cõſilio indigetis? Quid ergo? An hæc ciues perſpicere & admonere nõ poſsũt? Vnde quæſo? Nã ſi id ꝙd fieri oporteret in ciuitatibus, inuenire poſsẽt præfecti, & qui rem publicã gerũt, omnes utiqꝫ ſemper bene gubernaſsẽt, nihilqꝫ malorũ fuiſsẽt paſſę ciuitates, niſi qua ultro ꝗbuſdã calamitas adueniſſet. Cęterùm arbitror & olim & nũc plura inueniri poſſe ciuitatib. acerba accidiſſe, eo ꝙ quid utile eſſet ignorarẽt: & præfectorũ delicta peiora ſunt ijs quæ diuinitus & à fortuna immittũtur. Hi enim nihil rerũ neceſſariarũ cernere ualẽtes, neqꝫ prius ulla de illis habita ſollicitudine, ne uicũ quidẽ eo quo oportet modo gubernare poſsẽt: alioqui quoqꝫ ob pecunias dũtaxat aut genus coeũtes, accedũt ad rempublicã. Quidã aũt hãc ſibi impoſitã putãt curã, ut pecunias cõportent, præſertim uulgi. Quo igit̃ citius cõgregent, calũnias ſtruũt, & exactiões tãtum, nullaqꝫ in re ſunt alijs meliores. Maximũ uerò in repub. gerẽda, nẽpe ut ſuas ad optimũ ſtatũ utilitatẽqꝫ patriæ curas cõferant, nõ attendũt. Reliquũ eſt, quod quidã rẽp. gerũt propter gloriã & honores, utqꝫ plus poſsint quàm alij, & coronas & primas cathedras purpureasqꝫ ueſtes affectãt. Ad hæc reſpiciẽtes, & ex his ſuſpẽſi, talia faciũt, dicũtqꝫ, ex quib. ipſi nomẽ aſſequãtur. Quapropter coronatos quidẽ multos uidere licet in unaquaqꝫ ciuitate, & ſacrificãtes in publico, & procedẽtes in purpura: generoſum aũt & prudentẽ uirũ, & reuera curã ſuę patriæ gerẽtẽ, & mẽte præditũ, ueraqꝫ dicentẽ, & per quẽ melius habitet, & boni aliquid ciuitas illi obtẽperãs accipiat perquàm rarò inuenire licet. Et hoc quodãmodo neceſſe eſt ita euenire. Quũ enim putẽt eos qui munera publica geſſerũt, aut geſturi ſunt, ſibi oportere cõſulere, etiãſi quis ſit gymnaſiarches, aut opifex quidã: atqꝫ huic ſoli ꝑmittãt dicere,

aut

Conſulturus in publicum, qualis eſſe debeat.

Præfectorum delicta diuinitus immiſsis peiora.

Gloriã & honorem in adminiſtrãda repub. affectantes cuiuſmodi.

aut (per Ioue͂) ijs qui appellãtur rhetores: ſimile eſt, ut ſi præcones uocare͂t ſo
los, aut citharœdos, aut trapezitas. Quapropter homines gaude͂t & ſtulti, &
uanæ gloriæ cupidi, & multitudinis tumultui inhiãtes, nihil tuto cõcinnatũ
cõſilio dicũt: ſed quaſi in tenebris euntes, iuxta plauſum ſemper & clamore͂
ferũtur. Atqui nauiũ gubernatorib. ſi quis dicat, ut ſemper quęrãt placere ue
ctorib. & plauſu demulſi ab illis agãt ut illi uelint, qui ita guberne͂t, non ma-
gna illis opus erit te͂peſtate ut ſubuertant. Perſæpe enim homo ruſticanus
nauſeãs, aut muliercula, ſi uideat petrã, terrã ſibi uidiſſe uidetur, aut portũ, &
obſecrat appellere. Ego uerò bonũ conſiliariũ, quicq; dignus ſit præeſſe ciui
tati, oportere aio ad omnia ſimpliciter eſſe inſtructũ quæ difficilia exiſtiman
tur, maximè aũt ad cõuicia, & multitudinis iram: & ſimile͂ eum eſſe promõto
rijs portũ efficie͂tibus, quæ omne͂ pelagi uim excipiũt, interiora aũt immota
& trãquilla cõſeruãt: ita & illũ expoſitũ eſſe populo, etiãſi aliquãdo iraſci uo
luerit, etiãſi malè dicere, etiãſi quidlibet facere: nihil aũt affici ab ijs tumultib.
necq; ſi quis laudib. extollat, propterea eleuari: necq; ſi cõtumelia affici uidea-
tur, de animi deijci magnitudine. Quæ enim apud uos fiũt, huiuſmodi non
ſunt: necq; ego æqualiter audio remp. gere͂tes hoc habere propoſitũ, necq; am
plius ulla rerũ eſt publicarũ cura: ſed hi quide͂ prorſus urge͂t, illi aũt obiter ac
cedũt, negociũ dũtaxat attinge͂tes, ut qui in fœderib. percutie͂dis manus ad-
moue͂t, haud tutũ eſſe dice͂tes ſeſe reip. cõſecrare. Atqui naue͂ gubernare, aut
fœnus exercere, aut agros colere nemo uticq; ſufficie͂ter queat, perfunctoriũ
illud opus exiſtimãs: re͂pub. uerò gerere tanquã dato ocio conãtur, & omnia
huic ꝓponũt rei. Nõnulli aũt ſimulac in magiſtratũ fuerint cõſtituti, in eo ſo-
lũ quærũt aliquod attingere negociũ, unde diſcedãt glorioſiores, atcq; hoc u-
num ſpectãt. Quamobre͂ ad ſex me͂ſes uobis ſe fortes præſtãt uiros, nõnuncq;
ne ex ciuitatis utilitate quide͂. Itacq; nũc quide͂ eſt hic, cui dicere permittitur:
& huic ſtatim deinde ſuccedit alius, deinde item alius: & ante triginta dies
ſple͂didus eſt, ſolusq; dicitur curã gerere ciuitatis, necq; eum uideas accede͂te͂
ad concione͂. Quemadmodũ, puto, inter eos qui in põpa ſe oſtentant, unuſ-
quiſcq; ſeſe ſpectari cõcupiſcit, ſtudetq; huic rei donec prætereat: cumq; pau
lum à turba ſeceſsit, deponit perſonã, unusq; eſt ex alijs, & quomodocũcq; tã
dem recedit. Oportebat quide͂ eum qui conſule͂ agit, ſex me͂ſes magiſtra-
tus ſui menſurã eſſe putare (hoc enim lex iubet) remp. uerò gerentem, bene-
uolentiã erga uos curãq; & ſtudiũ pro reb. cõmunib. nullo unquã tempore
deponere, præſertim tam breui: ſed ad hoc ipſum ſeſe exuere, ſemperq; perdu
rare. Nunc aũt, quemadmodũ qui ue͂tis è terra cõſurgentibus, immò ex cali
gine potius nauigãt, ita ferimini uiri Tarſenſes: necq; huiuſcemodi reipubli-
cę, necq; huius nauigatiõis firmi aut tuti habe͂tes quicq;. Sufficere enim uſcq;
in omne te͂pus aut interuallũ, iſtiuſmodi nequeunt impetus. Sæpenumero e-
nim naue͂ ſubmerſerũt inte͂peſtiuè irruentes. Oportebat aũt ciuitate͂ ita ma-
gnã & illuſtrem habere, qui uerè prouidere͂t. Ipſa enim à talibus in unũ die͂,
tempusq; modicum durantibus oratoribus, nihil boni ſperare poteſt. De
his quidem, & ſexcentis alijs, multa quis dicere queat. Quoniã aũt & ego ex
eo quo huc peregrinatus ſum die, uobis factus ſum orator, preſertim talia in
crepans, cogor dicere quæ promiſi, quæcq; noui præſentibus de rebus. Et pri
mùm quidem ea quæ ad prætorem pertinent. Eadem aũt mihi de omnib. erit
oratio. Aio igitur, eos qui in tali ſunt ſtatu, quali nunc res ſunt apud om-
nes, ſic ſentire conuenire, ut necq; omnia perferãt, necq; ſemetipſos ſimpliciter
præbeant ad utendum poteſtate fungentibus, quoquo modo uelint: & ta-
metſi in quodcuncq; contumeliarum auariciæq; genus procedant: necq; rur-
ſus ita animatos eſſe, ut omnino nihil laturos. Necq; enim expectandum eſt,

Bonus conſiliarius quomodo eſſe inſtructus debeat.

Rempub. adminiſtraturi munus.

Minos. ut Mínos aliquis uobis nunc aduéniat,quí iuſtè iudicet,dígnamꝗ ueſtri ge
rat curã.In omni quidem re intutũ eſſe ſibi ſuccurrere,ad mancípía pertinet:
& difficile eſt,ſi nulla cunctatio neꝗ ſuſpicio relinquetur íniquís & ingra-
tis. Multitudinem autem exoſam haberi,& omnia ınquirere , non pro uo-
bis eſt.Si enim abſꝗ ratione aliquando in iudicium uocare uideamini,quis
ueſtrûm tandem promptus ſit? Propter multas enim cauſas hoc contingere
ſolet,uereorꝗ ne prorſus loquendi libertatem amittatis. Videre autem eos
qui circa Ioniam habitant,qui plebiſcito ſanxerunt ne ullam ob rem magi-
Magiſtratus accuſare prohibitum. ſtratus accuſare liceret. Oportet igitur eos qui ſapiunt,omnia hæc proſpice
re:neꝗ ſicuti inexpertos pugnæ facilè armis præſentibus dimiſsis , inermes
eſſe in poſterum,ut nihil quod faciant,habeant,etiamſi quis occidat. Iſtud
quidem in uniuerſum dico,talem euocationem nequaquam conducere, iu-
xta quam nihil amplius facere ſtatuentes.in ſuſpicionem præfectis uenitis:
Prætor qualiter tolerãdus. ſed quemcũꝗ elegeritis,eum eximite.Et ſi uideatur tam iniurius eſſe,ut præ
termittere non conducat,aduerſus eum uos accingite ut conuicturi:animũ-
que ſtatim haberote ut aduerſus hoſtem,uobisꝗ inſidiantẽ. Porrò qui nul
la in re iniuriam facit,aut certè non in magnis delinquit,ut propterea inuti-
lis cenſendus ſit,eum ne irritate,neꝗ eò ducite ut ciuitati iraſcatur. Quẽad-
modũ onera hæc(opinor)ſi quidem ualde premãt,& ſuſtinere nequeamus,
quàm ocyſsimè quærimus abijcere:mediocri autem moleſtia affecti, uiden-
tesꝗ neceſsitatem incũbere,ferre ſolemus: aut ſi hoc illo maius animaduer-
Ciuitatis modeſtè ſe gerentis officium. timus,quàm leuiſsima ſequi.Hoc ciuitatis modeſtè ſe gerentis officium eſt.
Ita & diligẽt uos cõplures,metuentꝗ omnes iniuria afficere:& nõ iniquam
multitudinem,neꝗ turbam inconſideratam uos eſſe cenſebunt , cupiditate
quadam & impetu utentem.Hoc enim quod nunc facit conſul,& omnino fa
tuum erat,ſi ſtatuiſſetis accuſare. Nondum enim opportunum,manifeſtè ita
diſsidere & prædicere.Cæterùm quoniam ueſtrorum quidam ciuium neceſ-
ſario tempore ſemetipſum præbuit ciuitati,clarusꝗ habitus eſt,quòd duos
præfectos ex ordine peregerit reos,multi cenſent tale ſibi quoddam opus cõ
uenire. Hoc autem perinde eſt, ac ſi quis medicum uidens *in* quoddam ſalu
bre pharmacum,particulam aliquam & mortiferi miſcentem : nihilꝗ aliud
ſciens,neꝗ quomodo compoſitum ſit,neꝗ quantum ſit accipiendum,uellet
imitari,& rem maximam ex tempore agere. Tum præeſſe ciuitati putatis cu
iuſuis eſſe,qui ſperauit,quod longè à talibus remotum eſt. At ego præ
Ad pacem cũ Malotis & reliquis uicinis agendam hortatur. terea,quum & de ijs quæ ad Malotas, aliasꝗ ciuitates attinẽt,dixero,finem
faciam. Nam ſatis patienter mihi audire uidemini.Igitur contra hos (dico
autem Malotas) ſi quid fecerunt iniquè,ſicuti fecerunt, iram ſoluentes , &
pœnam quam uobis deberi cenſetis,illis condonantes,de re ipſa, deꝗ regi-
one diſceptate.Huiuſmodi perferre,atꝗ patientia contendere , magnum,ſi-
cuti & eſt,exiſtimare,& planè fortiorum uirorum.Atꝗ ſi aliter res agatur à
uobis,inferiores tanto eritis.Neꝗ enim eſt periculum,ne Malotis ſuperſtiti-
bus,infirmiores uideamini. Neꝗ audite hac re eos qui uos irritant: ſed ma-
ximè quidem ipſi iudices facti,remꝗ diligenter perpendentes abſꝗ omni i-
nimicitia,gratiaꝗ erga eos,rem componite,non ſolum à contentione deſi-
ſtentes,cupiditateꝗ plura ſemper habendi:ſed etiam concedentes,& dimit
tentes illis quod mediocre fuerit. Quemadmodum enim & inter priuatos
laudatis eos qui ſunt æqui & benigni, maluntꝗ damnum accipere quàm
cum quibuſdam diſsidere : ita & communiter huiuſmodi ciuitates laudem
conſequuntur. Littora quidem illa, & illud lacui adiacens prædium,nullius
ſunt precij. Qui enim eſt illorum prouentus? quæ utilitas? At uerò beni-
gnos uideri & magnanimos,dici non poteſt quàm ubiꝗ cenſeatur quouis
precio

precio dignum. Etenim certamen ſuſcipere cum omniſb. hominibus pro iuſticia & uirtute, & amicitiam atqꝫ concordiam inire, atque hiſce ſuperare alios & excellere, pulcherrima omnium & tutiſsima uictoria eſt. Quærere aũt quouis modo pugnando uincere, Gallorũ magis eſt generoſorũ, quàm uirorum. Et ſi quidem propter littora illa, propterqꝫ eam in arena paſcuam, Tarſus maior eſſet aliquo modo futura oporteret fortaſſe rem adeò ſeriò agere. Nunc autem pudor & riſus ſunt, pro quibus diſsidetis. Quare ergo non illi contempſerunt? Quia non ſunt uobis meliores. At uos per Iouem uultis illis eſſe meliores. Quare ego dignum duxi increpare uos ſermone, ut eos dimitteretis. Hoc enim eſt ſuperiorum, & prudentum. Magis autem quàm oportet commoueri, & confugere extemplò ad poteſtatem, cenſereqꝫ iniuriam pati: hominum magis eſt in paruis oppidis habitantiũ. Similiter aũt & erga alias ciuitates uos pręſtate rogo mãſuetos, & paterna cura affectos atqꝫ liberales, nõ inimicos. Sic enim ſpõte omnes uos ſequenẽ, admirãtes & diligẽtes: ꝗd maius eſt, quàm eſſe penes uos, inqꝫ ueſtro eos foro iudicari. Hæc enim haud ullam prorſus præſtant utilitatẽ, neqꝫ ſi huc ad ſacrificiũ occurrãt uel Adanẽſes, uel Aegeẽſes: ſed faſtũ potius, & fraudẽ, & ambitionem alioq fatuam. Beneuolentia uerò, & uideri præſtare omnibus uirtute atqꝫ humanitate, hæc ſunt uerè bona. Hæc ſunt uerè æmulatione digna & ſtudio, in ea uos & oculos intendite: quandoquidẽ ea quę nuc ſectamini, riſus ſunt. Et ſi uel Aegæenſes uobiſcũ, ſiue Apamenſes cum Antiochenſibus, ſiue qui longius hinc diſtant, Smyrnẽſes cũ Epheſijs contendunt, de aſini umbra (ut aiunt) diſsidẽt. Præeſſe enim, & imperiũ gerere, aliorũ eſt. Cæterùm etiam olim erat Athenienſib. aduerſus Lacedæmonios æmulatio, tuncqꝫ primùm præfuerunt Lacones. Deinde cõtigit ut Græci magis ad Athenienſes inclinarent, nempe poſt Medorum bellũ. Quid igitur interea curauit Lacedęmonius? Et inſularibus & Ionib. & Helleſponto relicto, ſemetipſe modeſtè cõpoſuit, quæqꝫ Spartæ erant inſpexit: nimirũ manifeſtè ſciens, quòd legib. & bonæ diſciplinæ nihil ſit præponendum. Quapropter illo tempore maximè fuerunt felices. Athenienſib. aũt contigit, ut uſqꝫ dum ciuitates quidẽ erga eos familiariter erãt affectæ, cum beneuolẽtia præfuerint: poſt hæc aũt, quũ illis crimina & inuidia conflata eſſet: neqꝫ eos amplius imperium tenere uellent, eò uenerint, ut multa & difficilia paterentur: & primùm quidẽ omniũ amitterent laudem bonumqꝫ nomen, deinde & robur & pecunias, & poſtremò hoſtibus ſubijcerentur. Similiter etiã Lacedæmonij, poſtquã & illi rurſus obtinuerãt principatũ, deſtiterantqꝫ à priore ſua ſententia, in eadẽ mala peruenerunt. At tamẽ illorum res uerã habebãt potentiam, magnasqꝫ utilitates (ſi oportet plura habendi cupiditates ita appellare) præſentium autem diſceptationes, cauſasqꝫ inimicitiarum ſi quis uideat, pudore ſuffundi mihi uidetur. Sunt enim cõſeruorum inter ipſos cõtendentium de gloria & principatu. Quid ergo? Nihil'ne boni eſt in hoc tẽpore, cui ſtudium ſit impendendum? Sunt maxima, ſolaqꝫ ſtudio digna, quæ etiã tunc erant præſtò, & nunc ſunt, ſemperqꝫ erunt: quorum nemo uidelicet habet poteſtatẽ uel ut alteri ea præſtet, neqꝫ auferre poteſt ab eo qui utitur: ſed ſemper ſunt in eodem ſiue plebeius ſit, ſiue ciuis: de quibus fortaſſe longius fuerit apud uos loqui. Et me quidẽ nõ fugit, quòd multi philoſophos exiſtimãt omnia diſſoluere, ſtudiaqꝫ remittere negocijs impendenda: & propterea magis obeſſe quàm prodeſſe. Quemadmodũ ſi quis muſicum uellet habere ſonos concordantẽ, deinde remittentem ſonorum quoſdam, & rurſum alios intendentem uideat eundem. Habent uerò & ciuitatum negocia hoc modo. Praua enim & inutilia ſtudia, & ambitiões, magis ſunt, quàm conuenit, intenſæ, & quodam

Virtute cæteris eſſe ſuperiorem, præclariſſima omnium uictoria.

Athenienſium cum Lacedæmonijs æmulatio.

 modo

modo propter eas abrumpuntur omnia: ſtudia uerò in rebus honeſtiſsimis
omnino ſunt diſſoluta. Confeſtim uerò, ſi uultis, auariciæ ſpectare poteritis
intenſionem, nec non intemperantiæ. Sed longius abripi uideor: & ſicuti
qui in tranquillitatibus longius prouehuntur natando, quid futurum ſit,
non prouidere.

IN CAELENIS PHRYGIAE. XXXV.

NOn artis cuiuſdã uobis ſpecimẽ daturus, ô uiri, proceſsi: ne
que argẽtum à uobis petiturus, neq; laudẽ expectãs. Noui
enĩ, me nõ ſatis inſtructũ, ut uobis dicẽdo placere poſsim:
neq; uos ita affectos, ut meis ſermonib. indigeatis. Plurĩ-
mũ aũt intereſt inter ea q̃ uultis, et quę ego prę ſtare poſsũ.
Ego enim ſimpliciter ſoleo natura & malè diſſerere, neq;
gregario q̃uis melius: uos aũt admirabiliter & excellenter
cupitis audire, tantũq; eos ſoletis tolerare qui ualde ſunt eloquẽtes. Neq; hu
ius gratia proceſsi, ut uobis ſim admiratiõi: nihil enim eſt quod ego ſim uo-
bis admiratiõi, neq; ſi ueriora dicerem quàm Sibylla aut Bacis: uerùm ideo,
ne quis in me intendat oculos, neue ab alijs ſciſcitemini quis ſim, & unde ue
Barbã, aut comam non facere philoſophum. niã. Nunc enim quidã fortaſſe ſuſpicanẽ, ex ſapientib. me quẽpiã eſſe, omnia
que ſciẽtibus: ridiculo & abſurdo uſi iudicio, q̃d comã nutriã. Quod, ſi cauſa
uirtutis foret & modeſtię, nulla indigerẽt magna neq; difficili uirtute res hu
manæ. Verùm ego metuo, ne nulla ſit ſtultis utilitas in coma: ſicuti neq; eſt,
Ariſtomenes hirſuto corde. neq; ſi cor ipſũ habeãt piloſum, quẽadmodũ Ariſtomenẽ illũ Meſſeniũ habu
iſſe aiũt, qui plurima Lacedæmonijs negocia exhibuit: & frequẽter captus,
aufugit ab illis. Hoc, poſtquã tandẽ deceſſerat, ita eſſe inuentum eſt. Aio
igitur nullam eſſe utilitatem militibus hiſce nudis & leuis armaturę, ſi ſcuta
ti fiãt, quod ſanè ad iuſticiã & modeſtiã uerã, prudentiãq; attinet: neq; ſi ad-
huc magis ſeſe exuãt, circumcurſitẽtq; hyeme nudi, aut Medorũ aut Arabũ
ſtolam accipiãt: quẽadmodũ neq; tibijs canere ſcient, etiãſi ueſtimẽta tibici-
nũ induant. Neq; enim ex aſinis equi fieri poſsũt, etiãſi adhuc magis illis na-
res diſſecenẽ, mẽtoq; perforato armillas illis injciant: neq; ſi quis auferat ſta
tuas, ſed rudentante mœnia ualde magna uoce, aliaq; ſibi cõuenientia faci
ent. Itaq; nemo me habitus gratia ab ullo differre exiſtimet, neq; hoc fretum
dicere, ſed contrariũ quiddã uidere. Nam ſi omnino ſilentiũ agam, & nulli
diſſeram, multo magis ſuſpicaturi ſunt homines, me propter ea quę ſcio, gra
Silentio affectata grauitas. uitatẽ induiſſe, & tanquã ſtudioſum celare: multi enim iam propter ipſum
in admiratione fuerunt ſilentium. Sin uerò in medio conſtitero, nulloq; me
lior cauponum aut mulionum dicendo apparuero, non fore mihi moleſtos,
quum ipſi perſpicuè uiderint qualis ſim. Hoc autem ferè & circa alios fieri
uideas. Veluti quum quidã ſuſpicantur quoſdã id habere ipſum quod quę-
runt, accedunt & perſcrutanẽ. Si ergo cooperiãt, nolintq; oſtendere, adhuc
magis ſuſpicãtur. Sin uerò ſtatim reuelent, fiatq; manifeſtũ, eos nihil habere:
abeunt, ſe aberraſſe exiſtimantes. Multo igitur melius ijs qui gloria nõ indi-
gent, detegi apud uulgus, & ſeſe ſermone facere manifeſtos ijs qui hominẽ
intelligere poſſunt, qualis ſit. Arbitror enim eos contempturos euiden-
ter, quod mihi nunc accidit: neque intellecturos nos mutuò, neque à me
auditores, neque me ab auditoribus dicentem. Huius autem cauſam ego
ſanè me potius poſuerim, quàm uos. Vna ergo hæc mihi procedendi oc-
caſio,

caſio. Altera uerò, quòd metuam, ne ipſe corrumpar propter ueſtram ſu-
ſpicionem, & reuera exiſtimem in me ipſo aliquid eſſe ſtudio dignum. Ma-
gna enim intelligentia uirtute'que uidetur opus eſſe, quãdo admirantur u-
num multi, ab alijsq́ꝫ putant differre: ſi ſe modeſtè modò geſturus eſt uir il-
le, nihilq́ꝫ ſtultum paſſurus, neq́ꝫ animum multorũ ſermonibus ſublaturus,
tanquam alis. Quemadmodum Achillem finxit Homerus, propter arrogã-
tiam ſub armis elatum & incitatum:

Huic uerò factæ ſunt alæ, alteq́; leuarunt
Paſtorem populi. —

Quanta autem ſit uulgariũ hominum potentia ad perſuadendum quicquid
uelint, maximè à pueris quis diſcat, quum hominem modeſtũ pueruli ſequũ
tur, dicentes eum mente captũ eſſe. Primùm enim abit indignãs apud ſe: de-
inde reſiſtẽs ſemper, & cõuicijs impetẽs unũquẽq́ꝫ, & perſequẽs illud ipſum
patitur de mẽtis ſtatu deiectus, Famamq́ꝫ repreſsit deum eſſe, eamq́ꝫ nõ ſolũ
uirorũ, uerùm etiam puerorum. Videtur mihi autẽ & ſophiſtarũ genus hinc
olim creuiſſe. Quũ enim multi adoleſcentes ocioſi, unum admirant, ſaltãtes
ſicuti Bacchę circum Dionyſum: planè neceſſe eſt hunc hominẽ breui quodã
tempore permultis alijs uideri, quòd dicat aliquid. Ferè enim, quemadmo-
dum parẽtes infantulos loqui docẽt, cum gaudio excipiẽtes quicquid dixe
rint: qui & ex hoc confidunt, magisq́ꝫ indies accedunt, manifeſtiusq́ꝫ loquũ
tur, & tandẽ earũ didicere uocem quibus cum conuerſantur, ſiue Græci fu-
erint, ſiue barbari: ita & ſophiſtas neceſſe eſt auditorũ ſententiam recipere,
ut talia & dicãt & cogitent, qualeſcunq́ꝫ illi tandem fuerint. Sunt aũt plures
ſtolidi planè, & infelices. Hoc quidẽ fortaſſe haud magnum eſt periculum,
ſi quis ſibi atque alijs uidetur eloquens eſſe, circumagitq́ꝫ ſtultorum homi-
num multitudinem, quemadmodum Orphea aiunt & quercus & ſaxa & la-
pides: quũ uerò ille qui ipſe ſtultus ſit, & timidus, & libidinoſus, nihilq́ꝫ dif-
ferat à pecudib. uirtutis ſibi aliquid putat conuenire & probitatis, hoc uerò
prorſus intolerandum, & ſæuiſsimæ omnium dementiæ inſaniçq́ꝫ eſt. Por-
rò quãdo quis talem deprehendat famam quandam, talisq́ꝫ exoriatur ſermo
qui inflare poſsit, oportet circumfuſum exilire nudum in uias, omnibúsque
oſtendere, quòd nullo ſit melior, Et ſi quis ſubſequatur, diſcipulus eſſe cu-
piens, eum repellere cædendo & iaciendo glebis & lapidibus, ut ſtultum &
prauum. Dico autem non de omnibus. Sunt enim qui bene & utiliter nego
ciũ exequũtur, quibus oportebat libamina & thura offerre.* Verùm hæc de
his utcũq́ꝫ tandẽ habeant, dicta ſint. Comam aũt nutrire, nõ oportet prorſus
credere uirtutis eſſe indicium. Multi enim iam homines, dei alicuius gratia
comam nutriunt: & ruſtici in uicis, qui philoſophiæ ne nomen quidem un-
quam audiuerunt, atque hercle plurimi barbarorum, partim uelamenti cau
ſa, partim ſe decere exiſtimantes. Horum nemo inuidioſus eſt, neque ridi-
culus. Fortaſsis enim id rectè faciunt, quoniam & lepores uidetis ualde a-
lioqui imbecilles, propter pilorum ſeruatos denſitatem: & uolucribus im-
becilliſsimis alæ ſufficiunt ad arcendum uentum & aquam, quare illis à na-
tura datæ ſunt. Nos aũt comam quidem auferimus, quemadmodũ paſtores
ſolent equabus, quas aſinis uoluerint admouere: & barbã abradimus, ſuper
capita uerò teximus ſiſyras & pileos, & huiuſmodi alia conſuimus. Gallos
autem gallinaceos uidemus nullo horum indigere, quo homines, neq́ꝫ ſiſy-
ris neq́ꝫ pileis. Verùm qualis'nã fieri poſsit pileus, uel Arcadicus uel Laco
nicus, qui melius capiti quadret, quàm ſua coma? Et quid opus eſt (dicat
aliquis) coma, quum tot ſint uelamina? Nihil ſanè diuitibus. Illis e-
nim neq́ꝫ manibus neq́ꝫ pedibus opus eſt, Ego autem uideo & hanc ciuitatẽ

Sophiſtarũ genus quomodo & unde natũ.

Hic tres uerſus in Græco omiſimus, nõ tam obſcuros quàm ineptos.

Coma homini pro pileo.

Deridere uidetur ciuitatis felicitatem.

nulla primarum inferiorem:& congratulor,diligoq́.Continentis enim loca fortiſsima colitis, & pinguiſsimũ campũ,interq́ pulcherrimos mõtes ſiti eſtis,& fontes largiſsimos habetis, regionéq́ fertiliſsimã,uniuerſa copioſè afferentem,triticum & zeas,hordeumq́ candidum: multaq́ armenta,multoſq́ greges paſcitis. Maxima quoq́ & fructuoſiſsima flumina hinc principium & originem habent:Marſyas iſte per mediam uobis ciuitatem fluens, & Orbas,& Mæandrus,longè omnium fluuiorum diuiniſsimus iuxtà ac ſapientiſsimus,qui inuoluens ſexcentas flexuras,ferè optimam Aſiæ partem permeat.Et ante Phrygiam conſediſtis, & Lydiam inſuper, & Cariam. Aliæq́ in circuitu gentes habitant populoſiſsimæ, Cappadoces & Pamphylij, & Piſidę:atq́ uos hiſce omnibus forũ & conuentum prębetis, ueſtram nempe ciuitatem. Et quũm multas innominatas ciuitates, tum uerò multos locupletes uicos habetis ſubiectos. Indicium autem ueſtræ potentiæ maximum eſt,tributorum multitudo.Quemadmodum(opinor)ea iumenta fortiſsima uidentur, quæ plurimùm trahunt:ita & ciuitates uerisimile eſt optimas eſſe,quę plurimùm argenti ſoluunt.Adhæc iudicia alternis annis apud uos fiunt, & congregatur multitudo hominum infinita,iure agere uolentium, iudicantium, rhetorum, præfectorum, miniſtrorum, ſeruorum, lenonum,mulionum, cauponum, meretricum & opificum: ut uenalia qui habent,maximo diſtrahãt precio, nihilq́ ſit ocioſum in ciuitate,neq́ iuga, neque ædes,neq́ mulieres. Hoc autem non modicum momentum eſt ad felicitatem. Vbi enim quamplurimæ hominum turbæ conueniunt,ibi plurimùm etiam argentum neceſſe eſt confici,& locum illum uerisimile eſt omnibus abundare:quemadmodum aiunt terram eam ubi oues ſtabulantur,optimam eſſe agricolis,propter ſtercus:paſtoreſq́ rogantur à multis, ut oues apud ipſos ſtabulentur.Quapropter maximum ego reor eſſe ad ciuitatis robur,iudiciorum conuentus,& nullã ob rem omnes tãtum adhibuere ſtudium.Illarum autem ius habent inſigniores ciuitates uiciſsim annis alternis. Aiunt autem longiùs nunc tempus una in ciuitate duratura. Homines enim perferre nolle,ut aſsiduè huc illuc pellantur.Quinetiam in templis Aſiæ ius uobis eſt:ſumptus uerò tantos confertis,quantos illæ ciuitates in quibus templa ſunt.Igitur ego ſanè hac nullam feliciorem noui ciuitatem,neq́ homines melius uiuentes,exceptis Indis.Illic enim(ut aiunt)flumina, non aquæ, ut apud uos, fluunt: ſed hoc quidem lactis, illud uerò limpidi uini, aliud autem mellis, aliud olei. Fluunt autem è propinquo,è collibus, tanquam ex terræ mamillis.Omnia autem ea ab his quæ apud uos ſunt,infinitè differunt & ad uoluptatem & uirtutem.Ea enim quæ hîc ſunt, tenuiter & uix ex animalibus quibuſdam & plantis proueniunt,quum arborum fructus decerpitis,& animalium eſcam mulgetis,aut fauos eximitis. Quæ autem illic ſunt, omni ex parte ſunt puriora, abſq́ uiolentia(opinor)& aſtutia. Fluunt autem flumina uno menſe Regi, & hoc illi pro tributo eſt: reliquo uerò tempore,populo. Conueniunt ergo ſingulis diebus cum pueris & mulieribus ad fontes,ad'que alueos fluminum,ridentes & ludentes, tanquam ad conuiuium. Prouenit autem in ripis & lotus fortis, & propemodum omnium ciborum ſuauiſsimus: non,ut apud nos,quadrupedibus eſca:& multa ſeſama & apia, uti quis ex ſimilitudine conijcere queat. Quod autem ad uirtutem attinet, haud digna quæ noſtris comparentur. Naſcitur illic & aliud ſemen, melior longè tritico atque ordeo eſca, magiſq́ conducibilis. Naſcitur autem in magnis baccis, ut roſa: præſtantioris autem odoris,& maioribus.Haſce radices fructuſq́ edunt, nihil laborantes. Sunt

autem

Marſyas. Orbas Mæandrus. fl.

Celenarum ſitus.

Conuentuum frequentia, ciuitatibus utiliſsima.

Indorum flumina lactis,uini,mellis,olei. Schlaraffen land.

Lotus qualis apud Indos.

aũt riui multi fluẽtes ex fluminibus, partim magni, partim parui, qui ſe com
miſcent, ita ab hominib. facti, ut ipſis cunq; uiſum eſt. Eos riuos facilè dedu
cunt, ut nos aquam in hortis. Sunt aũt illis propè & aquæ lauacra: & calida
quidem argento candidior eſt, altera autẽ propter profunditatem frigidita-
temq; cærulea. Hîc natant mulieres pariter & pueri, ſpecioſi omnes. Deinde
opinor recumbentes in pratis canunt, & muſicantur. Sunt autem prata illic *Indorum prata.*
pulcherrima, & natura florum admirãda, & arborũ prębentiũ umbrã quidẽ
ſupernè ex alto, fructũ uerò demiſsè, ita ut attingi poſsit ab his qui ſumere
uolunt, inclinantibus ſe ramis. Volueres quoq; concinunt partim mõtibus
inſidentes, ingens multitudo, partim ſupernè ex uirgultis, uocaliores quàm
ſunt muſica apud uos inſtrumenta. Spiritus etiam ſemper mediocris pertran
ſit, aeriſq; temperies ſemper eadem, maximè uerò ineunti ueri ſimilis eſt. Ad
hęc, & cœlum illic purius, & aſtra plura & ſplendidiora ſunt. Viuunt autem
non plus quadringentis annis, omni hoc tempore formoſi & iuuenes: quin
neq; ſenectus apud illos eſt, neq; morbus, neq; paupertas. Hæc uerò quãuis
talia ſint, tantaq; ſuppetant bona: homines tamen ſunt, Brachmanes appella *Brachmanes*
ti, qui ualere ſinentes illa flumina, riuoſq; illos fortiter auerſantes, priuatim *Indorum philoſophi.*
conueniunt, ſtudentq;. Labores autem admirandos aſciſcũt corporibus, ne-
mine cogẽte, initiationeſq; acerbas perferũt. Aiũt aũt eos habere peculiarẽ
unũ fontem, nẽpe ueritatis, omnium optimũ & diuiniſsimũ, quem nunquã
guſtant ij qui repleti ſunt. Sermo igitur inde promanans minimè falſus eſt.
Iam enim quidam qui illuc peruenerunt, dixerunt hoc. Perueniũt autẽ non
perinde multi mercatus gratia. Hi commercia habent cum habitantib. iuxta
mare. Hoc aũt Indorum genus contemptũ habet, alijq; eos uituperant. Hos
cõfiteri neceſſe eſt, uobis eſſe feliciores: uos aũt alijs, præter unũ hominũ ge
nus auri ditiſsimũ. Aurũ aũt accipiũt à formicis, quę uulpibus ſunt maiores, *Formices auri cuſtodes.*
cætera aũt ueſtris ſimiles. Fodiunt aũt ſub terrã, ſicut cæteræ formicæ. Puluis
aũt quẽ egerunt, aurũ eſt omni auro purius & fulgidius. Sunt igit̃ propè ex
ordine tanquam aceruí quidam illius arenæ, & campus totus refulget. Dif-
ficile igitur eſt uidere ad ſolẽ: & multi qui uidere conati ſunt, uiſum corru-
perunt. Homines autem in propinquo habitantes, regione interiecta emen-
ſa, quæ eſt deſerta, nec magna, in curribus uelociſsimis iunctis equis adueni
unt meridie, quando deliteſcunt ſub terra. Deinde correpto puluere fugiũt.
Illæ uerò ſentientes, perſequuntur: cumq; apprehenſis pugnant, donec mo-
riantur, aut interficiant. Fortiſsimæ enim ſunt omniũ beſtiarum. Itaq; quum
ſciant quanti ſit aurum, non antè concedunt, quàm moriantur. Age nunc,
quos'nam alios noſtro tempore audimus eſſe felices? Byzantios. Illi & opti- *Byzantij.*
mam incolunt regionem, & mare fructuoſiſsimum. Terram autem neglexe
runt, propter maris uirtutem. Illa enim longo interuallo illis fructum ad-
fert, & eum quidem laboribus partum; mare autem adfert ex ſe ſtatim, abſ-
que labore.

BORYSTHENITICA, QVAM IN PAtria recitauit. XXXVI.

PEREGRINABAR in Boryſthene æſtate, ut tunc eò na
gaui poſt fugam: uenire uolens, ſi poſſem, per Scytharũ re
gionem ad Getas, ut ſpectarẽ qualiter res illic haberent.
Et ꝓtinus deambulabã circiter meridiẽ iuxta Hypanim.
Ciuitas enim nomen quidẽ accepit à Boryſthene, propter *Boryſthenes.*
fluminis & pulchritudinem, magnitudinemq;: adiacet au *Hypanis.*
tem Hypanidi. Et ea quæ nunc eſt, quæq; fuit antea, ſic ha *Hippolai promontorium.*
bitata eſt, non multum ſupra Hippolai cognominatum promontorium, ex
aduer.

aduerſo. Hæc autem regionis pars acuta eſt, & ſolida, ut nauis roſtrum, circa quam flumina concurrunt. Hinc uerò iam partem eam uſq; ad mare ſtagnum faciunt, ad ſtadia ferè ducenta. Et fluminum latitudo hac in parte non minor eſt. Eſt autem illic pars plurima lutulenta, & tranquilla ſerenis temporibus, quemadmodum in ſtagno fit ſtabili. In dextera apparet flumen: & conijciunt, qui nauibus illuc ſubeunt, eius profunditatem ex fluxu, unde & ſe effundit propter curſus fortitudinem. Quòd ſi non eſſet, facile obtu rarêtur, Noto uehementer in oſtium afflante. Reliqua pars, littus eſt limoſum, & denſum calamo & arboribus. Multæ quoq; arbores in medio apparent ſtagno, ut malis nauium aſsimilari poſsint: & iam inexperti quidã peccarunt, eò tanquam ad naues accedentes. Hàc autem ſalis eſt copia, unde plurimi barbari accipiunt ſalẽ emẽtes, & Græci & Scythæ, qui in Taurica Cher

Alectoris propugnaculum. roneſo habitant. Effundunt ſe autẽ flumina in mare iuxta propugnaculum Alectoris, quod dicitur eſſe uxoris Sauromatarum regis. Ciuitas uerò Bo

Boryſthenitarum ciuitatis magnitudo. ryſthenitarum non eam habèt magnitudinem, ut ueteri gloriæ reſpondeat, propter aſsiduas captiuitates & bella: utpote quæ in medio barbarorum habitet tantum iam temporis, eorumq; bellicoſiſsimorum ferè. Semper enim bello infeſtatur, ſæpenumero autem & capta eſt. Poſtremam & maximam captiuitatem non antè plures quàm centum & quinquaginta annos factam eſſe dicunt. Cæperunt autem Getæ & hanc, & alias à ſiniſtris Ponti ciuitates, uſq; Apolloniam. Vnde ſanè & ualde afflictæ ſunt Græcorum res, illic habitantium: & horum quidem ciuitates non amplius ſunt ædificatæ: illorum autem malè, multis pariter barbaris in eas cõfluentibus. Multæ enim captiuitates in multis Græciæ partibus factæ ſunt, ut quæ ſit multis in locis diſperſa. Capti autem tunc Boryſthenitæ, rurſus ciuitatem inhabitare cœperũt, uolentibus (ut mihi uidetur) Scythis, eo quòd indigerẽt mercatura, appulſuq; Græcorum. Ceſſauerant enim eò nauigare uaſtata ciuitate, ut qui non habe

Vaſtatæ olim ciuitatis ſigna. rent eiuſdem linguæ homines, qui ipſos ſuſciperent. Neq; ipſi Scythæ dignabãtur, neq; ſciebant mercatum ſibi comparare Græco more. Vaſtationis aũt ſignum eſt, & ædificiorũ uilitas, & quòd ciuitas in breue ſpacium contracta eſt. Aliqua enim in parte ad priſtinum ambitum ædificata eſt, iuxta quam turres adhuc aliquæ non multæ permanẽt, nõ ad magnitudinem, neq; fortitudinem ciuitatis. Spàcium autem interiectum, obſeptum eſt circa eam partem, ædibus non habentibus interuallum. Mœnibus autem circumdata eſt ualde humilibus & infirmis. Turres autem quædam longè diſtant ea ab parte quę nunc habitatur, ut ne conijcere quidem poſsis, olim unius fuiſſe ciuitatis. Hæc igitur euidentia ſunt ſigna captiuitatis: & quod nulla ſtatua eſt integra in templis, ſed omnes mutilatæ, quemadmodum eæ quæ habentur in domibus. Quod igitur dixi, deambulabam ante urbem, & Boryſthenitarum e

Calliſtratus. xierant quidam ad me, ut ſolebant, deinde Calliſtratus in equo. Et primùm quidẽ prætergreſſus eſt nós, extrinſecus adequitãs. Quũ uerò paulum præterijſſet, deſcendit: & tràdito equo pediſſequo, ipſe admodum modeſtè ac

Veſtitus Scythicus. ceſsit, manũ tegens ſub pallio. Accinctus aũt erat magna machæra equeſtri, & fœminalia habebat, aliumq; ueſtitum Scythicum. Suprà humeros autem palliolum paruum, nigrum, tenueq;, ut moris eſt ferre Boryſthenitis. Vtun

Melãchlæni. tur uerò & alio ueſtitu, nigro plurimûm, ad exemplum gentis cuiuſdam Scythicæ: quæ ex hoc, ut mihi uidetur Melanchlæni à Græcis eſt appellata. Erat autem ferè decem & octo annorum Calliſtratus, ualde ſpecioſus & magnus, multum habens Ionicæ formæ. Dicebatur autem & in bellicis rebus ſtrenuus eſſe, multosq; Sauromatarum partim occidiſſe, partim captiuos duxiſſe. Adhibuerat autem ſtudium & circa dicendi artem, & philoſophiam, ut

mecum

mecum etiam inde ſoluere cuperet. Propter hæc ipſa ergo magnum habebat
nomen apud ciues, nō minus etiā ob pulchritudinē: habebatq; multos ama-
tores. Omnino enim hoc illis remāſit acceptum à metropoli, quòd maſculos
amant: ut periculum ſit, ne etiā barbarorum quibuſdam perſuadeant: non in
rem bonam ſanè, ſed uti illi tale efficerent, nempe barbaricè, & non ſine con-
tumelia. Quum ergo ſcirem eum Homeri eſſe amatorē, de hoc ſtatim inter-
rogabam. Propemodum enim omnes etiam Boryſthenitæ huic poetæ ſtudiū *Boryſthenitæ*
impenderunt, forſan eo quòd bellicoſi ſint etiamnū: niſi credibilius eſt, pro- *Homericæ*
pter beneuolentiam erga Achillem. Hunc enim admirabiliter colunt, & hu- *poeſeos ſtudio*
ius templum in inſula Achillis appellata, extructum eſt: illius autem, in ciui- *ſi.*
tate, ita ut ne audire quidem ſuper ullo alio uelint, quàm Homero. Et quam *Achillis inſ.*
uis cætera Græcè haud clarè loquantur, eo quòd in medijs habitent barba- *& templum.*
ris: Iliaden tamen ferè omnes ſciunt memoriter. Dixi igitur, iocans cum
illo: Vter tibi uidetur ô Calliſtrate, melior poeta, Homerus an Phocylides?
Et ille ridens dixit: At equidem poetæ alterius nomen ne noui quidem, pu-
to autem neq; horum quenquam noſſe. Neq; enim cenſemus nos alium eſſe
poetam, præter Homerum. Hunc autem fermè neq; alius ullus ignorat. Vni
us enim Homeri mentionem faciūt illorum poetæ in poematibus. atq; aliàs
quidem ſoliti ſunt illius carmina dicere: ſemper uerò quum ſunt præliaturi,
adhortantur illic ſuos: quemadmodum Tyrtæi in Lacedæmone recitaban- *Tyrtæi car-*
tur. Sunt autem hi omnes cæci, neq; putant poſsibile eſſe alium fieri poe *mina apud*
tam. Hoc quidem fructus (inquam) tulerunt illorum poetæ ab Homero, tan *Spartanos in*
quam ab ophthalmia Phocylidem autem neſcitis, ut dicis. Fuit autem ex ſpe *prælijs uſur-*
ctabilium ualde poetarū claſſe. Quemadmodū igitur, quādo mercatorū ali- *pari ſolita.*
quis nauigauerit ad uos, qui antè apud uos nunquam fuit, nō ſtatim ignomi *Phocylides.*
nia eum afficitis: ſed prius guſtato uino, aut ſi quid aliud apportet merciū, e-
ius ſpecimine accepto, ſi uobis placeat, emitis: ſin minus, ſinitis: ſic (inquam)
& Phocylidis poeſeos ſpecimen tibi accipere licet breuibus. Non enim ex
illis eſt, qui longam quandam & continuam poeſin cōpoſuerunt, quēadmo-
dum ueſter ille unam ex ordine pugnā recitat amplius quinq; millibus uer-
ſuum: ſed uerſus illi duo aut tres principium poeſeos, & finem faciunt. Qua-
re etiam nomen ſuum ad quamq; ſententiam apponit, utpote ſeriam, magni
que eam precij exiſtimans: non, quemadmodū Homerus, ſemetipſum nuſ-
quam in Poeſi nominauit. An non meritò tibi uidetur Phocylides tali ſentē
tiæ & enunciationi ſuum appoſuiſſe nomen: Et hoc Phocylidis eſt: *Scazontes.*

“ *Parua, inq; ſcopulo poſita ciuitas, quæ ſe*
“ *Gerit modeſtè, melior eſt Nino longè,*
“ *Si deſipiat, & immodeſtius degat?*

Annon toti Iliadi & Odyſſeę hæc carmina æquiparari poſſunt, ab ijs qui
ea non perfunctoriè audiant? An magis uobis contulit, audire de ſaltationi
bus & pulſationibus Achillis, & quòd uoce duntaxat emiſſa in fugam uerte
rit Troianos? Hæccine magis uobis proſunt ediſcētibus, quàm illud, quòd
parua ciuitas in breui ſita ſcopulo, melior ſit & fortunatior, ſi modeſtè ha-
bitetur: quàm magna in plano latoq; campo, ſi immodeſtè & iniquè ab ho-
minibus inſipientibus incolat? Et ille non admodum libenter hęc audiēs,
O' hoſpes, inquit, Te quidem diligimus, & ualde reueremur: alioqui ſiqui-
dem nemo ex Boryſthenitis ſuſtinuiſſet, te hęc aduerſus Homerū atq; Achil
lem dicentem. Hic enim deus nobis eſt, ut uides: ille uerò, propemodum ſe-
cundum deos à nobis colitur. Et ego mitigare eum uolens, ſimulq; ad uti
le aliquid perducere: Obſecro te (inquā) de Homero mihi ignoſcas, ſi quid
mali nunc dictum eſt. Pòſt enim aliquando & Achillem & Homerum lauda

 bimus.

bimus,in quibus nobis rectè dicere uidetur. In præſentia autem conſideran
dum eſſet Phocylidis illud dictum, quòd mihi de ciuitate admodum bene
dicere uideatur. Conſidera, inquit, poſtquam & hoſce omnes cernis cu-
pere,ex te aliquid audire,& propterea cõfluxiſſe huc ad flumen: tametſi nõ
admodũ ocioſos, & tumultu uacuos. Noſti enim uidelicet, ꝙ Scythę heri me
ridie irruerunt,& ſpeculatorum quoſdam parum cautos occiderunt, quoſ-
dam uiuos cæperunt fortaſſe. Nondum enim certum ſcimus,eo quòd lõgius
aufugerint,ut qui ad nullã fugiant ciuitatẽ. Hæc aũt uerè ita ſe habebant,
portæq; erant clauſæ,& belli ſignum ſublatũ erat in mœnibus. ſed tamen ita
erant audiẽdi cupidi,& morib. Græci, ut ferè omnes eſſent armati audire uo
lentes. Et ego admirans illorũ alacritatem, Vultis'ne(inquam) hinc euntes
aliquò in ciuitatẽ,ſedeamus? Forſan enim nunc non omnes ſimiliter audiẽt
inter eundũ:ſed qui retro ſunt,negocia habebunt,& exhibebũt ſtantib. an-
te ſe,ſtudentes propius accedere. Vt aũt hoc dixi, confeſtim omnes impetu
Iouis templũ irruerunt in Iouis templum,ubi ſolebant conſultare. Et ſeniores quidẽ et no
apud Bory- biliſsimi, quiq; erant in magiſtratu, conſederunt ſuper gradũ, in gyro: reli
ſthenitas. qua autem multitudo aſtabat. Erat enim locus amplus ante templum. Oppi
dò igitur gauiſus eſſet aſpectu philoſophus quiſpiam,quòd omnes antiquũ
iuxta morem(ut Homerus Græcos deſcribit)comam gerebãt, barbasq; pro
miſerant. Vnus aũt ſolus inter eos erat raſus:& hunc conuicijs inceſſebant,
oderantq; omnes. Dicebatur aũt non ob aliud huic rei operam dare, quàm
quod adularetur Romanis, amicitiamq; erga illos ita declararet, ut uidiſſes
in eo rei turpitudinem, idq; quod uiros minimè deceat. Poſtquam autem
factum eſt ſilentium,dixi illos mihi uideri rectè facere,quòd ciuitatẽ inhabi
tantes & antiquã & Gręcã,de ciuitate audire uellẽt. Sic enim pariter(inquã)
& delectationẽ habere poteſtis. Et primũ quidẽ quid ſit illud ipſum de quo
ſermo habẽdus,liquidò cognoſcendũ eſt,& quale ſit. Multi enim homines,
inquã,ipſum nomẽ ſciũt & eloquunt̃ cuiuſq; rei,rem aũt ipſam ignorant. E-
ruditi uerò ſtudiũ adhibent,ut & uim cognoſcãt eius de quo dicunt: ueluti,
hominẽ uocãt ἄνθρωπον omnes qui Græce loquunt̃: ſi quem aũt ex illis inter-
roges,quid ſit homo ἄνθρωπος, aut qualis res,aut qua in re ab alijs differat, di
cere nõ poterit:ſed dũtaxat hominẽ oſtẽdere uel hũc uel aliũ,quemadmodũ
barbari ſolent. Peritus aũt interroganti, Quid eſt homo, reſpõdet,eſſe ani-
Homo quid. mal rationis particeps,& mortale. Hęc enim definitio uni homini cõgruit,&
alij nulli. Sic igitur & ciuitatẽ aiunt eſſe, hominum multitudinẽ eodem loci
Ciuitas quid. habitantiũ,à legibus gubernatã. Iam igitur palàm eſt, quòd hæc appella-
tio nulli ciuitati cõueniat deſipienti, & abſq; legib. agenti. Quare etiã de Ni
no,poeta nõ locutus eſt,ut de ciuitate: ſiquidem deſipit illa. Quemadmodũ
enim neq; homo ille eſt,qui ſit rationis expers: ita neq; ciuitas illa fuerit,quę
legib. non gubernatur. Legibus aũt gubernari nõ poterit unquã, quæ inſipi
ens & immodeſta eſt. Fortaſsis igit̃ quærat aliquis,quũ principes & præ
fecti ſint prudẽtes & ſapientes,reliqua aũt plebs guberneẽ iuxta horũ ſentẽ
tiam legitimè & modeſtè,an talẽ appellare cõueniat modeſtã & legitimã &
reuera ciuitatẽ,à gubernatoribus: quẽadmodũ chorũ fortaſſe diceremus mu
Chorus muſi- ſicũ,in quo coryphæus muſicus eſſet: alijq; eũ ſequerent̃, nihilq; extra cõcen
cus. tũ canerẽt,aut certè modica,idq; obſcure? Bonã eñ ex uniuerſis bonis ciui-
Bona ex uni- tatẽ,neq; quiſquã antea uidit factã inter mortales,neq; unquã futurã in po-
uerſis bonis ci ſterũ cogitare dignũ eſt: pręter eã,quã dij beati in cœlo habitãt,quæ nunquã
uitas cuiuſmo immobilis neq; ocioſa eſt,ſed uehemẽs,& incedẽs ducib. primatibusq; dijs,
di. abſq; cõtentiõe,cladeq;. Neq; enim deos cõtendere,neq; cladẽ accipere fas
eſt. neq; alterũ ab altero,utpote amicis, neq; ab alijs fortioribus: ſed facere
abſq;

abſq; impedimẽto ſua opera, cũ omni amicitia, interq; omnes ſemper cõmu-
ni, manifeſtiſsimus eũtibus quibuſq; ſua uia, nõ errantib. fruſtra fatuũ erro-
rem, ſed felicem choream tripudiãtibus cum mente, ſummaq; prudentia: re-
liqua aũt multitudine à communi curſu uno ducta cõſilio, & cœli totius im-
petu. Vnã ſiquidem hãc purè beatam eſſe remp. ſiue ciuitatem appellare cõ
uenit, deorũ inter ipſos cõmunionem. Si uerò omne quod ratione utiť, quis
cõponat, cõnumeratis cum dijs & hominibus, hi ut pueri cum uiris dici po-
terũt ciuitatis eſſe participes, natura ciues, non ſapiendo faciendoq; ea quæ
ciuiũ ſunt, neq; legis cõmunione, quũ eam non intelligant. Quamuis aũt a-
liæ ubiq; omnes ciuitates ferè peccent, malæq; ſint, ſi reſpicias ad diuinæ &
beatæ legis, rectæq; gubernationis ſummam rectitudinem: attamen exem-
pla nos in præſentia non deſtituent, eius quæ ſe moderatè gerat, ad penitus
corruptã: ut ſi omnib. ægrotãtibus, eum qui facillimè agat, ei cõparemus qui
peſsimè ſit affectus. Ego igitur ad huiuſmodi quiddã ſermone ferebar. In- *Interpellatur oratio à Boryſthenita quodam ciue.*
ter præſentes autem unus proloquutus eſt in medium, qui inter eos erat na-
tu maximus, maximamq; habebat autoritatem. Dixit autem oppidò reue-
rẽter. Nequaquã, ô hoſpes, ruſticanum, neq; barbaricũ exiſtimes, ꝗd tibi
dicẽti ſum impedimento. Apud uos quidẽ nihil tale fieri ſolet, eo ꝗd magna
uobis ſit philoſophicorũ ſermonũ copia, deq; omni re quã quis deſideret, li-
ceat ex multis audire: apud nos aũt tanquã prodigiũ hoc uiſum eſt, quod ad
nos perueneris. Reliqui enim ferè huc ueniũt nomine quidẽ Græci, reuera
aũt magis barbari ꝗ nos, mercatores & circũforanei homines, uiles pannos
uinũq; malũ apportãtes, neq; meliora à nobis exportãtes. Te aũt nobis ipſe
Achilles uideť huc ab inſula tranſmiſiſſe, & te admodũ quidẽ libenter uide
mus: admodũ uerò libẽter etiã audimus, quid quis dicat. Neq; uerò te multũ
tẽporis hîc hæſurũ putamus, neq; uolumus: ſed te reb. ex ſentẽtia bene cõfe-
ctis, domũ reuerti ocyſsimè. Nunc igiť, quoniã ſermonẽ ingreſſus es de diui
na gubernatiõe, & ipſe ego mirificè ſum mẽte eleuatus, & hoſce uideo om-
nes ad illum ſermonẽ eſſe intẽtos. Nã nobis uiſus es magnificè, neq; nõ indi-
gnè, omnia quæ dixiſti, dixiſſe: utq; maximè nos audire uellemus. Accurati-
oris enim huius philoſophiæ inexperti ſumus: Homeri aũt (ut ſcis) amãtes,
& pauci quidam Platonis. quorum in numero & me eſſe uides, illius ſcripta
legentẽ interdum, quantũ poſſum. Quanquã fortaſſe abſurdum eſt, barba-
rè pluſquã cæteri ciues loquentẽ, Græcę linguæ ſcientiſsimo & ſapiẽtiſsimo
gaudere & congredi: ſicuti ſi quis penè cæcus, aliã quidẽ lucẽ auerſetur, ad
ipſum aũt ſolem reſpiciat. Noſtræ quidẽ res ſic habẽt. Tu uerò ſi nobis uis
omnib. gratificari, ſermonẽ de ciuitate mortali differ in craſtinũ, ſi modò no
bis uicini ociũ præſtiterint, neq; oportuerit cum illis inire certamẽ, ut nobis
ferè cõſuetudo eſt: de diuina aũt, ſiue ciuitatẽ ſiue gubernationem appellare
mauis, dic, qualis & quomodo habeat, quàm poteris proximè accedẽs phra
ſi ad Platonicam ingenuitatem, ſicuti uidelicet & modò nobis facere uiſus
es. Etſi enim aliud nihil, uocem tamen intelligimus ex conſuetudine: quòd
non parum, neq; adeò multum aliter ac Homerus loquatur. Ego uerò ual
de gauiſus ſum ſenis ſimplicitate, et ridẽs dixi: O' chare Rhoſon, ſi tu quidẽ *Rhoſon.*
iuſsiſſes heri, irruentibus contrà uos hoſtibus, ut armis acceptis pugnarem
ut Achilles: alterum quidem mihi perſuaſiſſes, nempe conatus eſſem auxili
um ferre hominibus amicis: alterum autem (opinor) nunquam poſſem, ta-
metſi maximè uellem, nempe certare ut Achilles. Et nunc, alterũ ex his quæ
iubes faciam: omni ſtudio dicere conabor pro mea ſapientia, quantũ pote-
ro: cum uiris autem primarijs contendere nolim, neq; cum Platone, neque
cum Homero. Neq; enim Euryto bene eueniſſe poeta ait, quòd contendit *Eurytus.*
cum fortioribus. Studium tamen nullum (inquam) relinquemus. Hæc au-

tem ad illum dicens, nihil minus ab illo excitatus & eleuatus ſum quodammodo, mentione facta Platonis & Homeri. De ciuitate quidem ſic (inquam) audire oportet: & non eos, qui planè cicur animal mundum eſſe uel ciuitatem nituntur demonſtrare. Contrarium enim hoc exiſtit huic ipſi ſermoni de ciuitate. Quod igitur dixi, hominum congregationem eſſe definierunt. Pariter enim fortaſſe neq; decens neq; credibile eſt, quũ mundum propriè dicimus animal eſſe, eũdem deinde etiam dicere ciuitatem. Idẽ enim eſſe & ciuitatem & animal, haud facilè quis opinor ſuſtineat credere, niſi fortè propter decentem deſcriptionem: quando diſtinctum & diuiſum eſt uniuerſum in multas quaſdam formas plantarum, & animantium mortalium & immortalium, præterea & aeris & terræ & aquæ & ignis, in nullo minus naturaliter exiſtens, ſed in omnibus his quæ & anima una & potentia gubernantur: quæ ciuitati non aſsimilant, propter multitudinẽ in ea naſcentiumq; & morientium: præterea quoq; propter ordinem & decorum gubernatiõis. Sermo autem hic breuibus ſtuduit conglutinare Deo humanum genus, unaq; ratione comprendere omne quod ratione utitur, communionis initium iuſticiæq; hoc unum forte atque indiſſolubile inueniens. Ciuitas igitur iuxta hæc ſanè dici poſſet, non uiles hercle, neque paruos ſortita ductores, neque ſub tyrannis & gubernatione populari, & decemuiralibus & paucorum dominationibus, atq; alijs quibuſdam huiuſmodi morbis ac diſsidijs iugiter uexata, et ſeditionibus: ſed modeſtiſsimo optimoq; regio imperio reuera exornata, gubernataq; ſecundum legem, cum omni amicitia cõcordiáque. Quod ſane ſapientiſsimus natuq; maximus princeps & legiſlator omnibus mandat, mortalibus immortalibusq;, ille uniuerſi præfectus cœli, & totius dominus eſſentiæ, ipſe ita ſemet interpretãs, ſpecimenq; præbens ſuæ gubernationis, feliciſq; & beatæ conditionis. quem diuini poetæ à Muſis docti celebrant pariter laudibus, nominantq; patrem deorum hominumq;.

Ciuitas & animal an idẽ.

Ciuitas cœleſtis, cuius moderator Deus.

Videtur enim poeticum genus non prorſus aberrare à ſacris ſermonibus, neq; ex coniectura loqui huiuſmodi frequenter: neque purè tamen horum mentionem facere, iuxta ritum legemq; initiatorum, neq; ſcire de uniuerſo, deq; ueritate manifeſtum quicquam (ut ita dicam) ſed planè uidetur ſimile eſſe myſteriorum miniſtris, qui foris ſtant prope oſtia, & ueſtibula exornãt, araſq; in propatulo aliaq; ſimilia apparant, neq; unquam intro ingrediũtur. Vnde & Muſarum miniſtros eos appellant, non diſcipulos: neq; aliud illis honeſtum nomen tribuunt. Proinde uti, ſicut dixi, eos qui prope myſterium aliquod commorantur, circaq; ipſos introitus, uериſimile eſt eorum quæ intus geruntur aliquid ſentire, uel uerbum unum exclamatum myſticum, uel ignem clarè apparentem: ita & poetis interdum (dico autem de antiquiſsimis) uox aliqua ex Muſis aduenit breuis, afflatuſq; aliquis diuinæ naturæ & ueritatis, ueluti igne ex occulto lucente: qualia patiebantur à Muſis, & detinebantur, Homeruſq; & Heſiodus. Qui autem poſt eos extiterunt, in ſcenam & theatrum ſuam ferentes ſapientiam, prophani prophanis frequenter ediderunt imperfecta orgiorũ ſpecimina. Quumq; eſſent uulgo admirationi, conati ſunt ipſi turbã initiare, reuera Baccharũ ſcenas quaſdã temulẽtas conglutinãtes, in tragicis quibuſdam triuijs. Hi igiť omnes poetæ iuxta hæc primum maximũq; deũ, patrẽ uocãt, cõprehẽſum omnis ratione utentis generis: prẹterea & regẽ. Vnde perſuaſi homines, Iouis regis erexerũt aras: quinetiã patrem illum in precibus appellare quidã nõ cũctanť, ꝙ talis quidã principatus ſtatuſq; ſit uniuerſi. Itaq; hac ratione neq; domũ cũctari mihi uidenť aſſerere Iouis, omnẽ hunc mundũ: ſi quidẽ eſt pater illorũ in ipſo. Atq; hercle & ciuitatẽ, quemadmodũ nos aſsimilauimus, iuxta maiorẽ principatum.

Poetarum genus diuinum.

Poetæ Muſarum miniſtri.

Deus, & pater & rex.

Mundus hic, Iouis domus, & ciuitas.

tum.Rex enim ciuitatis decẽtius,quàm domus,dici poſſet.Nõ enim qui re-
gem dicũt,illi nõ etiã cõfiterent̃ uniuerſa eſſe ſub regio imperio.Qui aũt ſub
regio eſſe imperio dicunt,illi nõ dicerẽt ciuili more gubernari,neq; eſſe re-
giam politiã uniuerſi.Qui aũt politiam cõcedunt,ciuitatẽ non erubeſcerẽt
cõfiteri:ſiquidẽ hoc propè accedit ciuili gubernatiõi. Hic quidẽ eſt philo- *Deorum & hominum cõmunio.*
ſophorũ ſermo,bonã & perhumanã eſſe oſtendẽs deorũ communionẽ & ho
minũ,participes faciẽs legis & reipub. nõ quælibet animãtia,ſed quæ parti-
cipes ſunt rationis & prudẽtiæ:multo meliorem iuſtioremq; rempublicam
introducẽs,quàm Laconica legiſlatio eſt,iuxta quam Eilotis non licet Spar *Laconica reſpub.*
tanis fieri,unde etiam degunt Spartæ inſidiantes. Alius autem ſermo in re
conditis myſterijs ab hominibus Magis canitur,admirandus,qui Deũ hunc
laudibus celebrant, ut perfectum, & primum aurigam perfectiſsimi cur-
rus.Solis enim currum recentiorem aiunt eſſe,cum illo comparatum,ut qui *Solis currus.*
appareat & uulgò,utpote curſum faciens manifeſtum. Vnde etiam cõmu-
nem famam(ut uidetur)conſecutus eſt à primis ferè poetis, orientem & oc-
cidentem ſemper dicẽtibus,& iuxta hæc omnib.enarrantibus, & coniuga-
tos equos,& ſolem ipſum currui inſiſtentem. Fortem autem & perfectum *Iouis currus.*
Iouis currũ nemo laudib. extulit dignè hoc modo,neq; Homerus neq; He-
ſiodus:ſed Zoroaſtres, magorumq; diſcipuli canũt ab illis docti, quem Per *Zoroaſtres.*
ſæ dicunt amore ſapientiæ iuſticiæq; feceſsiſſe ab alijs ſeorſum, & in monte
quodam uixiſſe:deinde relicto monte, igne ſupernè multo immiſſo implica
tum aſsiduè arſiſſe.Regem igitur cum Perſarum præſtantiſsimis propè ac-
ceſsiſſe, uolentem deo ſupplicare,& uirum ex igne egreſſum illæſum,appa-
ruiſſeq; illis propitium,confidere iubens, & uictimas offerre quaſdam,tan-
quam ueniente eum in locum deo. Conuerſatum autem eſſe poſthæc non
cum omnibus,ſed cum ijs qui belliſsimè ad ueritatem eſſent natura idonei,
deumq; poſſent intelligere,quos Perſæ Magos uocarunt,dei culturam ſciẽ- *Magi Perſarum.*
tes:non,ut Græci,nominis ignoratione ſic nominant,pro ueneficis haben-
tes.Illi uerò & alia iuxta ſacros ſermones faciunt,atq; etiã Ioui alunt currum
Neſæẽſium equorum. Hi aũt ſunt magni, pulcherrimiq; omniũ qui ſunt in *Neſæenſes equi.*
Aſia:Soli uerò unũ equum.Interpretant̃ aũt omnia ſermone: nõ quemadmo
dum Muſarum apud nos prophetæ, ſingula magna cum perſuaſione dicũt,
ſed ex ſe ualde contumaciter. Eſſe enim dicunt uniuerſitatis rerum unã ue-
ctionem & aurigationem,à ſumma quę fiat experientia & robore ſemper,e-
amq; inceſſabilem in inceſſabilibus ſeculi circuitibus. Solis autem & lunæ
curſus ueluti equorum,motus eſſe partium:unde & ab ipſis clarius uideri.
Vniuerſi aũt motum atq; curſum haud multos intelligere, ſed illius certami
nis ignorare magnitudinem. Quæ poſt hæc ſequuntur, erubeſco dicere,
de equis,deq; aurigatione,quomodo interpretent̃:nõ admodũ curantes,ut
ſibi uſquequaq; imago ſimilis fiat.Fortaſsis etiã uidear abſurdè præter Græ-
canica & uenuſta cantica,barbaricorũ canticum puerorũ recitare:tamen au-
dendum eſt. Aiunt equorum illum primum ſupernè, infinita differre pul- *Iouis equi.*
chritudine & magnitudine,uelocitateq; ab alijs, exteriora circũcurrentem:
& longiſsimũ illi curſum eſſe,Iouis templũ.Eſſe aũt alatum,& colore ſplen-
didum,puriſsimi ſplẽdoris.Solis aũt in ipſo & Lunę ſigna perſpicua uideri:
quemadmodũ puto in noſtris equis ſigna aliqua,partim lunari formà, par-
tim alia. Hæc aũt à nobis uideri contorta, ſicuti in claro flammæ ſplendore
ſcintillæ fortes diſcurrũt.Propriũ aũt motũ per ſe & alia habere aſtra,per illũ
apparentia, quæ uniuerſa ſint illius partes:& partim quidẽ circumferri cũ il-
lo,unũ hunc habẽtia motũ:partim aũt alios peragere curſus. Sortita aũt eſſe
apud homines partim quidẽ ꝓpriũ quodq; nomẽ: partim uerò multitudine

cōſtipata, diſtributa eſſe in figuras & formas quaſdā. Splēdidiſsimus ergo e-
quus, maximeq́; uarius, ipſiq́; Ioui acceptiſsimus, in hūc modum ab illis cele
2. braſ, uictimasq́; & honores, utpote primus, meritò primos ſortitus eſt. Se-
Iunōis equus. cundus aūt ab illo, qui illum attingit, illiq́; proximus eſt, Iunonis cognomi-
natus, habenis paret, & mollis eſt: multo autem inferior robore & uelocita-
te. Color uerò illi natura quidem niger eſt: expolitur autem ea ſemper eius
pars, quæ ſolis ſplendore illuſtratur: quæ autem umbra tegitur, in circumfe-
3 rentia ſuam ipſius aſſumit coloris ſpeciem. Tertius eſt Neptuno ſacer, ſe-
Neptuni equus. cundo tardior. Huius autem ſimulacrum fabulātur poetæ apud homines ſu
iſſe, quem (ut mihi uidetur) nominant Pegaſum, aiuntq́; eum aperuiſſe ſon-
Pegaſus. tem Corinthi ungulæ ſcalptu. Quartus autem omnium abſurdiſsimus eſt,
4. ſi quis eius ſimilitudinem dicat, ſolidus & immobilis: tantum abeſt ut alatus
Veſtæ equus. ſit, cognominatus Veſtæ. Non tamen auerſantur eius imaginem, ſed coniu-
gatum & hunc currui eſſe dicunt: manere autem in loco, frenum adamātinū
mordentem. Inniti autem undiq́; illi ſuis partibus duos proximos, ſimiliter-
que ad illum ſe inclinare incidentes & propellentes: extremos autem ſem-
per circa hunc ſtantem, ad metam ferri. Plurimùm igitur in pace & amicitia
degunt, ſe mutuò reuerentes. Iam olim autem in temporis lōgitudine & mul
tis circuitib. fortis anhelitus primi ſupernè allatus, utpote ferocis, calefecit
alios, uehementius autem poſtremum: atq́; iubam illi, qua maximè exulta-
bat, combuſsit, omnemq́; ornatum. Huius autem facti ſemel Græcos menti-
Phaetontis incendium. onem facere aiunt, & Phaethonti applicare: quum non poſsint Iouis auri-
gationem reprehendere, Solisq́; curſus nollent uituperare. Quare dicunt,
iuniorem aurigam ſolis filium, concupiuiſſe difficilem inutilem'que omni-
bus mortalibus eruditionē: quumq́; à patre impetraſſet, inſcendiſſe currum.
quumq́; ferretur inordinatè, omnia exuſsiſſe animalia & plantas: & tandem
ipſum diſperiiſſe, percuſſum ab igne ſuperiori. Rurſum quoque, quum in
pluribus annis Nympharum & Neptuni ſacer pullus, præter ſolitum cer-
tans & turbatus aſſurrexiſſet, multo ſudore eundem ipſum inundauit, utpo
te eiuſdem iugi. Expertus igitur eſt contrariam priori corruptionem, aqua
Deucalionis diluuium. multa obrutus. Et hanc quoque tempeſtatem enarrare Græcos, ob iuuentu
tem, infirmamq́; memoriam: Deucalionemq́; dicūt tum regnantem, ipſis o-
pem tuliſſe, ne omnino diſperirent. Hæc autem quum rarò accidant, ui-
dentur quidem hominibus propter ſuam ipſorum perniciem fieri: non iux-
ta rationem, neque iuxta ordinem uniuerſi. fugere autem eos, rectè fieri, &
iuxta ſententiam ſaluantis & gubernantis uniuerſum. Eſſe enim ſimile, ut
quum currus auriga equorum unum puniat, freno trahens, aut ſtimulotan-
gens, is uerò ſubſiliat & turbetur, confeſtim in decentem reſtitutus ſtatum.
Vnam igitur hanc fortem eſſe aurigationem, non corrupto toto uniuerſo.
Rurſus autem aliam, quatuor inter ſe equorum motus & mutationis, quum
alter in alterum mutatur, alterant'que ſpecies, donec in unam omnia conue
niant naturam, uicta à melioribus. Attamen & hunc motum aurigationi
aſsimilare audent, currusq́; impulſui, abſurdiore uſi ſimilitudine: ut ſi quis
præſtigiator factis è cera equis, deinde detrahat & circumradat ab unoquo-
que, apponat'que alibi alteri: demum uerò in unum illorum quatuor com
pingens, unam formam ex tota materia operetur. Eſſe enim huiuſmodi
quiddam, quemadmodum ſi inanimis figmentis extrinſecus opifex addat,
& transferat materiam. Illorum autem eam paſsionem fieri, tanquam ſi in ma
gno ueroq́; certamine de uictoria contenderent. Cedere aūt uictoriā & coro
nam neceſſariò primo & optimo uelocitate'que & fortitudine, omniq́; uir-
tute, quem diximus in orationis principio Iouis eſſe peculiarē. Hunc enim,
utpote

utpote omnium robuſtiſsimũ, & natura ignitum, citò cõſumere alios, quēadmodum reuera cereos, haud longo in tempore, nobis aũt uiſo infinito, ad noſtrã ipſorũ ratiocinationẽ: & omniũ omnẽ eſſentiã in ſe recipere, qui lõgè melior ſplendidiorꝗ uiſus ſit prius, quãdo à nemine mortaliũ neꝗ immortalium, ſed ipſe à ſe uictoriã maximi çertaminis conſecutus eſt. Eum aũt ſtare excelſum & ſuperbũ, uictoria gaudentem, lociꝗ plurimũ occupare: tuncꝗ maiore indiguiſſe loco, ob robur, animũꝗ. Quũ uerò hunc ad modũ narrent de rebus, uerecũdant ipſam animalis nominare naturã. Eſſe enim eam aliquãdo ſimpliciter quidem aurigæ atꝗ heri animam: magis autem id quod ſapit, animæꝗ præeſt. Ita uerò dicimus & nos, honorantes & colentes maximum Deum factiſꝗ bonis, & uerbis laudatorijs. Relicta enim ſola mens, locum'que immẽſum ſua replens uirtute, tanquã dolium ubiꝗ diffuſum, nihil denſi in ea relicto, ſed omni obtinẽte raritate, unde pulcherrima fit, puriſsimam accipiens ipſa immortalis rei naturam confeſtim, deſiderat uitam eam quam habuit ab initio Amorẽ porrò cõcipiens aurigationis illius & principatus, concordiæꝗ, aliorumꝗ trium naturam & ſolis & lunę, aliorumꝗ aſtrorum, immò omnium ſimpliciter animantium & plantarum, proceſsit ad generandum & diſtribuendum ſingula, adꝗ creandum eum qui exiſtit, mundum: longè à principio meliorem, ſplendidioremꝗ, utpote recentiorem. Totum autem quum fulgure afflaſſet, non incompoſito, neꝗ ſordido, quale hyemali tempore impulſis uiolentius ſæpe nubibus tranſmittere ſolet, ſed puro & defecato ab omni quod tenebricoſum eſſet, nullo negocio tranſmutauit unà cum intelligentia. Recordatus autem Veneris, generationiſꝗ, manſueſcit atque remiſit ſeſe: multaꝗ luce extincta, in aerem igneum uerſus eſt, igne blandiorem: commixtus'que tunc Iunoni. factuſꝗ abſolutiſsimi lecti particeps, captataꝗ requie, emiſit omnem ipſius uniuerſi genituram. Has Iouis & Iunonis felices nuptias pueri canunt ſapienter in arcanis myſterijs.

Iouis & Iunonis nuptiæ.

Humida autem facta tota eſſentia, unum ſemen uniuerſi, ipſe in hoc diſcurrens, quemadmodum in genitura ſpiritus fingens, efficienſꝗ (tunc uerò maximè aſsimilis eſt aliorum conditioni animantium, quatenus ex anima & corpore conſtare diceretur) haud auerſè reliquas ſpecies facilè fingit, formatꝗ, facilem ſibi atque mollem circumfundens eſſentiam, nulloꝗ omnem negocio cedentem. Opere autem facto atque abſoluto, ſpectandum præbuit hunc qui exiſtit mundum, à principio ſpecioſum & pulchrum, immenſum quanto ſplendidiorem, quàm qualis nunc uidetur. Omnia enim & alia opificum opera, quæꝗ ab arte ſtatim & facientis manibus ueniunt, meliora ſunt, ſplendidioraꝗ. Plantæꝗ iuuenes uirentiores ſunt ueteribus, & quęcunꝗ germinibus ſunt ſimilia. Quinetiã animalia gratioſa & aſpectu mitia ſunt poſt natiuitatem, non ſolum pulcherrima ex illis, pulli & uituli, catulíꝗ, uerùm etiam beſtiarum catulus ferociſsimarum. Hominis quidem natura infantilis eſt, & aquoſa, ſimilis imperfectæ frumenti herbæ: quum autem ætatis menſuram & iuuentutem adepta fuerit, omni manifeſtè planta melius illuſtrius'que germen eſt. Vniuerſum autem cœlum & mundus, quando primùm abſolutus & exornatus eſt ab ſapientiſsima præſtantiſsimaꝗ arte, nuperꝗ ab artificis manibus liberatus, ſplendidus & pellucidus erat, & omni parte luminoſus. Infantilis quidem nullum tempus erat, neque debilis, iuxta humanę & mortalis naturæ debilitatem: ſed nouus, & abſoluti roboris ab initio. Quem cum illius opifex atque pater quum uidiſſet, gauiſus quidem eſt nullo modo (hæc enim affectio humilis eſt, & de humilibus) lætatus autem eſt & delectatus ſupra modum,

Mundi creatio.

Vertice

Vertice quum ſummo clari ſediſſet Olympi,
Læticiaq; illi magna cor riſit amicum,

quando deos uidit iam omnes prognatos, & præſentes. Formam autem mundi, ut tunc fuit, & formoſitatem pulchritudinemq;, qui etiamnũ & ſemper pulcher eſt immenſè, nullus hominum poſſet cogitare dignè, uel dicere, neq; præſentium, neq; ſuperiorum, niſi Muſæ & Apollo diuino carmine ſynceræ ſummæq; harmoniæ. Vnde iam & nos deſinimus, in præſentia pro noſtra facultate ſermonem interminatum non timentes. Si uerò planè excelſa & exilis euaſit ſermonis figura, quemadmodum auguriorum periti aiunt, auem ualde ſecedentem, atq; ſeſe nubibus occultantem, imperfectam reddere diuinationem: non ego ſum reprehenſione dignus, ſed Boryſthenitarum rogatio, quòd illi tunc mihi ut dicerem mandauerunt.

CORINTHIACA. XXXVII.

Arionis Methymnæi hiſtoria.

QVANDO primùm peregrinatus ſum in ueſtra ciuitate annis abhinc ferè undecim, populumq; feci ſermonum participem, præcipuis inter uos ordinibus uiſus ſum amicus eſſe: inſuper & uobis tantum, quantum ne Arion quidem ille Methymnæus. Arionis enim imaginem non feciſtis. Quando autem uos dico, progenitores dico ueſtros, & Periandrum Cypſeli, illum ſapientem, cuius temporibus Arion uixit, & Dithyrambum primus hominũ fecit, nominauitq; & docuit Corinthi. Dijs enim ille ita charus erat, ut huc rediẽs cum magnis pecunijs, quas acquiſierat circa Tarẽtũ, apudq; Græcos illic habitãtes, iãq; præcipitandus eſſet in mare à nautis, earum ipſarum pecuniarum gratia, deprecatus ſit eos, ut antè quàm eijceretur, ſibi canere permitterent: quẽadmodum cygnos aiunt morituros, mortemq; imminere uidentes, cantum in animam tanquam in uehiculum imponere. Ille igitur cecinit, nam tranquillitas erat, & ſilentiũ in mari: & cantum ſenſerunt delphini, natabãtq; circa nauẽ. Deſinẽte autem Arione, nautiſq; nihilo factis mitioribus, ſemet proiecit in pontum. Delphinus autem tergo exceptum, exportauit rectà ad Tęnarum, ita ùt ueſtitus & lyra inſtructus erat. Arion igitur hoc modo ſaluatus, Corinthi morabatur, hæc eadem narrans Periandro. Appellentibus autem illic & nautis, req; in quæſtionem deducta, illi quidem morte plexi ſunt, Arion uerò (non enim Periander, ſed Arion) æreum huius rei fecit ſimulacrũ, non magnum, ſuſpenditq; in Tænaro, ſe nempe delphino benefactori inſidentem. Fuit autem illis temporibus & Solon Corinthi, fugiens quidem Piſiſtrati tyrannidem, non fugiens autem Periãdri. Neq; enim ſimilis utriuſq; tyrannis erat. Ille enim deſtructa populari gubernatione, ſe tyrannum fecerat Athenienſium: Periãder autem patri in regno ſucceſſerat, quẽ Græci quidem uocabant tyrannum, dij uerò regem. Non'ne enim ita habet oraculum?

Solon Corinthi exulans.
Piſiſtratus.
Periander.

Felix hic eſt uir, noſtras'qui ſcandit in ædes,
Cypſelus Eetides, Ephyræ rex optimus altæ,
Ipſe ſimul, gnatiq; ſui. ——

Sapientis nomen præſtantiſsimum.
Pittacus Mitylenæus.

Quorum unus erat hic Periander, qui patri ſucceſsit. Ita ergo Periander à deo quidẽ rex, à Græcis aũt declaratus eſt ſapiẽs: quo maius nomẽ nullus unquã rex neq; tyrannus poſſedit: ne Antiochus quidem ille qui deus cognominatus eſt, neq; Mithridates ille Dionyſus. Optauit aũt & Pittacus Mitylenæus utrũq; ſimul uocari, & tyrannus & ſapiẽs: tandem uerò alterũ nomẽ amplexus,

amplexus, depoſuit tyrannidem. Periander ſapiens erat cum paucis, tyrannus autem cum multis: ſolus autem utrumq;, & tyrannus & ſapiens. Ad hunc Solon cum aſcendiſſet, rebusq; frueretur communibus (communes enim ſunt res amicorum) non tamen ſtatuam ab eò conſecutus eſt, non ſtatuam contemnens (nam in Salamine æneam ſibi ſtatuam erigi magni fecit) Cur ergo non etiam Corinthi in deambulatione totius Græciæ? Venit etiam ad uos Herodotus ille hiſtriographus, hiſtorias adferens Græcas & alias, & Corinthiacas: nondum falſas, pro quibus putabat à ciuitate ſe mercedem reportaturum. Fruſtratus autem hac ſpe (non enim uidebatur maioribus ueſtris gloriam emere) mutauit ea quę omnes ſcimus, circa Salaminem & Adimantum. Nos uerò bis huc peregrè aduenientes, adeò libenter æneos erexiſtis: quandoquidem me retinere maximè tentaretis, fieri autem non poſſe uideretis, corporis ſaltem imaginem feciſtis, eamq; conſecraſtis in bibliotheca tanquàm in primo conſeſſu, ubi maximè putaſtis iuuenes prouocatum iri, ut iiſdem nobiſcum ſtudiis incumberent. Non enim ut unum ex uulgo, inq; anno ſemel in Cenchreis appellentem mercatorem, aut ſpectatorem, aut legatum, aut alioqui traſeuntẽ, uixq; ex longo interuallo libenter uiſum, me ſic honoraſtis. Honor autem tanquam ſomnium auolãs, auolauit: ut animi ambiguus ſim, & apud memetipſum, & iam (per Iouem) etiã apud alios, an uerè nihil uiderim: neq; res uera, ſed ſomnium fuerit, id quòd factum eſt: an eadem fuerint omni facta diligentia, uerumq; plebis ſtudium, iudiciumq; ſenatus. Statua autem operum Dędali erat, & clam uobis aufugit. Sed ex quo Dędalus deceſsit, nemo in hãc uſq; diem eam artem aſſequi potuit, ut æs faceret fugitiuum: ſed homines quidem incedentes bene & pulchrè faciunt, quoſdam uerò & equis uectos: manent tamen huiuſmodi omnes ſuo in habitu, locoq;, niſi quis eos tranſponat. Quod ſanè ad eos attinet, æs foret arti intractabile, ſiquidem pennas haberet, quemadmodum & Pythagorę Perſeus. Vt autem antiquæ & Dędalææ artis fuerit, quid illi accidit, ut à ueſtra receſſerit ciuitate, pro qua deos duos contendiſſe aiunt, Neptunum & Solem; hunc quidem ignis dominum, illum uerò aquæ? Contendentes autem, & arbitrium tertio deo ſeniori permittẽtes, cui plura ſunt capita, pluresq; manus quàm Briareus habuit, pariter & ciuitatẽ & regionem tenẽt: quod ſanè non modicum neq; obſcurum ſignum eſt; quantum alias excellat ciuitates. Nam aliæ quidem ſortes ſunt, & poſſeſsiones deorum, ſingulæ ſingulorum: Argos Iunonis, Mineruæ autem Athenæ, & horum ipſorũ deorum Rhodus quidem eſt Solis, Onchiſtus autem Neptuni: Corinthus uerò amborum. Coniectare autem poſsis id quod fabula obſcurè tradit, terram in medio ſuperi & inferi maris poſitam, Solem ſibi peculiarem excepiſſe, uolente Neptuno. Fabula igitur & ratio hac in parte conſonãt. Ad has trium deorum Gratias etiam tertia memoratur à fatidica Sibylla, quæ Dei uocem honoris gratia ſortita eſt. ea admodum altè ita canit:

Herodotus.

Dędali ſtatua fugitiua.

Neptuni et Solis contẽtio de Corintho.

O deus, hic rerum tibi quid? felix ubi collum
Oceani paruis ſpaciis, Ephyræq; puellæ
Tenditur, & Lamiæ matris pater Ennoſigæus
Noſtræ propoſuit primus certamina Soli,
Et tulit eximios uictor tum ſolus honores.

Quippe & certamen primum hìc propoſitum eſſe aiunt à duobus diis, & uiciſſe Caſtorem quidem ſtadium, Calain autem Diaulum. Nam & Calain aiunt cucurriſſe, abſtinentem à uolando. Quoniam autem cœpimus, alios quoq; oportet nos dicere certaminum uictores, quiq; præmia retule-

Caſtoris et Calais certamen.

Diaulum, duplex ſtadium.

runt. Vicit autem Orpheus cithara, Hercules omni certaminum genere, cæſtu Pollux, lucta Peleus, diſco Lamon, armata ſaltatione Theſeus.

Propoſitum erat & equorum certamen: & uicit equo deſultorio quidē Phaethon, quadrigis autem Neleus. Fuit aūt & nauium certamen, & uicit Argo, & poſt hæc non nauigauit, ſed eam Iaſon hic conſecrauit Neptuno, & Epigramma inſcripſit, quod Orphei eſſe dicunt:

Illa ego ſum nauis famoſa in fluctibus Argo.
At me Neptuno fortis ſacrauit Iaſon,
Ex Iſthmijs nactam pinus Nemeisq; coronam.

Vbi autem dij certamina proponunt, & ſemidei uincunt & uincuntur, & requieſcit Argo, quemnam locum hoc honeſtiorem ipſe etiam inuenire potuiſſet Dædalus alis uolans, nedum Dædali figmentum? Atneque aufugit, neq; conatus eſt, neq; ullam de fuga curam habuit: relinquitur ergo, ipſos Corinthios id eieciſſe, neq; iudicio propoſito, neq; omnino ullam habentes accuſationem. Atq; hoc perſuaſum eſt cuidam aduerſum Corinthios, quorum maiores inter omnes Græcos maximè iuſticiæ operam dederunt. An non enim hi ſunt, qui tyrannides in ciuitatibus deſtruxerunt, popularemq; gubernationē conſtituerunt, & Athenas à tyrannis in libertatem aſſeruerunt, prius quidem ab Hippia, poſtea uerò à Cleomene? Et poſt hæc quum illi negocium faceſſere conarentur, ab Hippia & Iſagora? Et tyrannidem in Græcia conſtitui primi ipſi ſenſerunt quidem, maximè autem doluerunt, atq; alijs duces facti ſunt libertatis? Atq; hunc animum non ſolum erga Athenienſes, uerùm etiam erga Lacedæmonios conſeruarunt, atq; Lacedæmonijs pro communi Græciæ iure cum Thebanorum atq; Elæorum copijs reſtiterunt: quo etiam oſtenderunt, quòd nō ambitioſi eſſent, ſed ſimpliciter Græcorum & iuſtitiæ & libertatis amantes, & contrà prauorum tyrannorumq; oſores. Barbarorum autem oſores adeò fuerunt, ut in Thermopylas quadringentos ſuorum miſerint, quando & Lacedemonij quadringentos. In Salamine autem ſe fortes præſtiterunt uiros, & uictoriæ extiterunt autores. Herodoto enim non attendo, ſed ſepulchro & Simonidi, qui epigramma ſcripſit Corinthiorum deſideratis, ſepultisq; in Salamine:

Corinthiorū ueterum laus à reb. geſtis.

O' hoſpes, Ephyren nos quondam habitauimus urbem,
Nunc uerò cum Aiace inſula habet Salamis.
At facilè uictis Phœniſsis nauibus, atq;
Perſis & Medis, quiſquis & hoſtis erat,
Interitu diuina eiecta eſt Græcia noſtro,
Et libertatis præmia tuta capit.

Eſt autem & aliud epigramma Simonidis in ipſum ducem peculiare:

Illius (hoſpes) Adimanti hæc eſt tumba ſepulchri,
Qui duxit ciues ad fera bella ſuos.
Conſilijs cuius fruitur nunc Græcia tota,
Et libertatis ſuauia ſerta tenet.

In libertatem autem & Siciliam à barbaris uindicarunt, & Syracuſas à tyrannis. Licebat autem uidere Dionyſium quidem Corinthi, pulcherrimum ſpectaculum, nullius autem dominum: attamen eum iniuria affecit nemo, nemoq; eiecit aut expulit inde Siculorum. Dedicatam autem à ciuitate ſtatuam, quis ſubuertit? An ergo fuit aliqua impetuoſa procella, aut fulmen exurens, aut numen incidens & quaſſans, fulmenq; impellens? An fuit aliquod ſtatuæ iudiciū, quale aiunt in Syracuſis factu eſſe? Quemadmodum autem factum ſit, nō me pigebit obiter enarrare. Syracuſios ue-

Dionyſij tyranni ſtatua euerſa.

ſtros

ſtros colonos, in multis aduerſus Carthaginienſes alioſq́ barbaros bellis
Siciliã atq́ Italiã incolẽtes, æs defecit, & nomiſma. Decreuerunt igitur ty-
rannorũ ſtatuas, quæ apud eos multę erãt ærefactæ, confringere: iudicio
tamẽ inter eas habito, quę nã illarum cõflari deberet, et quę nõ. Et iudicio
fit ſuperior (ut etiã hoc audiatis) Gelõ Dinomenis: aliæ aũt oẽs ſunt con-
fractæ, præter Dionyſij ſenioris, eorũ uidelicet qui Dionyſij habitu erant
amictæ. An etiã apud uos tale aliquod decretũ factũ eſt, ut ſtatuarũ cauſa
tractetur in iudicio? Imò uerò ſi uultis, quaſi & hoc decretũ ſit, certamẽq́
inſtet, date mihi, date facultatẽ pro ea dicẽdi apud uos, tanq̃ coram lectis
iudicibus. Viri iudices, omnes aiunt ſtatuas corruptionẽ & concisionẽ
in lõgo tempore expectare debere: hæc aũt in breui huiuſmodi ſubijt peri
culum. Poſita quidẽ eſt ut Gręcorũ optimo, deiecta autem ut prauiſsimi.
Quòd igitur bene & iurè & utiliter ueſtrę ciuitati omnibuſq́ Græcis ere
cta ſit, licet multa habeã dicere, unũ tamen uobis narrare uolo, factũ in ip-
ſis Syracuſis. Etenim domeſticũ uobis exẽplum eſt, & æquum fortaſſe, ut
quemadmodũ illi honorãt metropolim, ita ut uos colonię ueſtrę opa, quę
rectè habẽt, imitemini. Illi igit̃ antiquis illis tẽporibus Lucanũ quendã ho
minem, eo quòd legationẽ quandã ad populũ expoſuiſſet Dorica lingua,
delectati eius uoce, & alijs in rebus pro quib. uenerat, nõ fruſtratum dimi
ſerunt, & duobus talẽtis donarunt, corporiſq́ illius imaginẽ apud urbis
uicinos, illoſq́ qui ea in regione erãt Doricos, alioſq́ & qui in Italia habi
tabant, ſtatuerũt, ut bene & honeſtè uiro uicẽ repẽdentes pro Dorico ge-
nere, cuius ille linguę operã dederat, eò uſq́ ut eloquendi haberet faculta
tẽ. Si quis uerò nõ Lucanus, ſed Romanus, neq́ ex plebe, ſed ordine eque
ſtri, neq́ linguã ſolũ, ſed & animũ et uictus rationẽ habitũq́ Græcorũ imi
tatus, præſertim ita cõtinenter & circũ ſpectè, ut neq́ Romanorũ ante ſua
tempora, neq́ Græcorũ ſuo uiuẽti ſeculo (dicã em̃ q̃ uerũ eſt) concedat ul
li (præſtantiſsimis em̃ Græcorũ perſuaſit, ut rebus Romanorũ fauerẽt: pręſidi aũt, ut Grę corũ rebus) quiq́ horum gratia et facultates autoritatemq́
quam habuit in repub. & omnia ſimpliciter amiſit, ut ſibi liceret omnibus
aduerſantibus Græco & eſſe & uideri: Ergó ne hunc nõ oportebat æneũ
apud uos ſtare, atq́ hoc in ciuitate? Apud uos quidẽ, quod cũ ſit Roma-
nus, ad Græcorũ mores tranſierit, quemadmodũ ueſtra patria: apud Athe
nienſes aũt, q̃ lingua utatur Attica: apud Lacedæmonios uerò, q̃ exercita
tionũ ſtudioſus ſit: apud omnes uerò, quòd det operã philoſophiæ: Iamq́
is Græcorũ multos induxit ut unà philoſopharẽtur, multoſq́ barbarorũ
attraxit. Huc em̃ incubuerat, & uidet̃ à dijs tanq̃ data opera inſtitutus eſſe:
Græcis quidẽ, ut haberẽt indigenę Græcię exemplũ, quòd eruditio à cla-
ris natalibus (quantũ ad opinionẽ attinet) nihil differat: Romanis aũt, ut
ne ij q̃ ꝓpria fulgẽt dignitate, eruditionẽ pręs dignitate deſpiciãt: Celtis ue
rò, ut ne barbarorũ quiſq́ Græcã eruditionẽ cõtemnat, in hunc intendens
oculos. Erectus eſt igit̃ propter tales quaſdã occaſiones: ut ne plures dicẽs,
uidear memet in inimicitias cõijcere. Nõ eſt aũt ſimile, ſuper imaginis ere
ctione deliberare, & deſtructionẽ. Quamobrẽ? Quia unuſquiſq́ eorũ qui
apud uos cõſecrati ſunt, & ſi peior eſt, iã tamen illi ſua ſunt aſsignata: & ci
uitati cõuenit eũ defendere, ut donum cõſecratũ. Multas quis cauſas ad-
ferre queat, cur nõ oporteat Gorgiã ſophiſtã apud Delphos ſtare, præſer-
tim ſublimẽ & aureũ Gorgiã dico: ubi ſanè & Phrynes illius Theſpiadis
imaginẽ cernere licet, eo ſtatu quo Gorgiã. Sed enim rectũ eſt, & legitimũ
fortaſſe, & è republica. Poſt cõſecrationẽ uerò uenire quoſdã, & cõuellere
conari decreta, cõtra rempublicã eſt, & graue, nemoq́ Amphictyonum ſu
ſtinuiſſet. Etenim ſi erecti ſunt quos nõ oportuit, id quòd erecti ſunt præ-

Gelon Dinomenis F. Dionyſij ſenioris ſtatua.

Apologia pro ſtatua.

Alia ratione de ſtatuis erigendis, alia de tollendis deliberari.

 ſumentes,

ſumentes, iurè erexiſſe anteceſſores exiſtimãt. Queãdmodum enim inter eos qui in annuũ magiſtratũ eligunt, ſi quis ſit indignus magiſtratu, eũ tamen annum in quẽ electus eſt, perfungitur magiſtratu. Sic aũt & in ſtatuis tẽpus ualere oportet, in quod poſitę ſunt: eſt aũt illud, omne reliquum ſequens tempus. Alioqui quid differetis ab ijs, qui luteas ſtatuas fingunt? Quid uerò honeſti dicere habebitis ijs, qui à uobis flagitant rationẽ, cur honores apud uos quidẽ ſint mortales, ignominiæ aũt immortales? Si igitẽ neq; turpe hoc eſt, tametſi ſit acerbũ: certè ſupra modum inflatæ reipublicę eſt, ſtatuas eſſe annuas, tanquã fructus. Quas enim nõ ut confeſtim deficiant, ſed quàm plurimùm tẽpus perdurent, æneas ponitis, eas demõſtratis cereis eſſe molliores. An ideo per Iouem, quòd poſtea malos eſſe eos, quorum ſunt, compertũ eſt? Si quidẽ poſtea mali facti ſunt, nõ abſoluunt ciuitatem ab intentata lite. Neq; enim futurorum, ſed præteritorum factorum gratia uos dediſtis honores. Si uerò quis prius talis fuit, et poſtea quoque talis permanere obſeruatus eſt, utrum putatis magis apud Græcos uobis laudi uerſum iri, an quũ prius bene decreueritis facere, ut uocemini in ius ob iudicium reſciſſum, an ob conſtantẽ in ſemel decretis perſeuerantiam? Ego equidẽ hoc poſterius puto. Illud enim eorũ qui proſpera uſi ſunt fortuna, hoc uerò conſtantiũ hominum eſt. Nondũ dico id quod maximũ eſt, quod neq; ex calũnia, ſed condẽnatione: neq; ex qualibet, ſed ex maxima cauſa, talẽ diſtributum honorẽ ſubuertere oporteat. Ob calumniã enim et Socrates eſſet adoleſcentiũ corruptor, omniumq; quę apud homines ſunt legitimorum ſubuerſor, initio à dijs facto. Quos enim nõ calumnijs agitarunt illi, qui omnia calumniantur? Nónne Socratem? Nónne Pythagorã? Nónne Platonem? Nónne ipſum Iouẽ & Neptunum & Apollinẽ, aliosq; deos? Attingunt aũt & fœminas, quas magis par erat quàm mares uenerari. Nunc auditis enim quæ dicant de Cerere, de Venere, & de Aurora. Neq; à Minerua abſtinent, neq; à Diana: ſed hanc quidem denudant corã Actęone, & cõiungunt Vulcano, & ex uirgine propemodum matrem faciunt. Hæc quũ ſciatis, admiramini, ſi quod iuxta hoc uituperiũ proditum eſt, quòd effugere nemini prorſus licuit eorum qui cum gloria uixerunt? Anſam aũt accepit ex ſermonũ, ſiue uenuſtatem eam, ſiue quid aliud uocare cõuenit. Hoccine & uos cum mulierib. & pueris approbabitis, neq; cõſiderabitis? Nõ recordabimini apud uoſmetipſos, nunquid tale ab illo apud uos factũ ſit? Quanq; ciuitatẽ habitatis inter omnes quæ ſunt, quæq; fuerunt, maximè uenercam, ſed tamẽ nihil audiſtis: cõfidẽter aũt dixerim, quòd neq; alius quiſpiã Gręcorũ. Itáne ergo eum qui in Gręcia cum maiori facultate indulgentiaq; uixit honeſtè, Romæ apud ipſum principem legesq; putatis immutatum? Cæterũ hoc eiuſmodi foret, ut ſi quis athletã diceret apud ſe rectè ſe gerere, in ſtadio autẽ & circa ludorum præfectum peccare. Libertate autem loquendi duplici utor: una, propter unum conſcium: altera, propter ludorum præfectum, cui creditum eſt omne ſumere ſupplicium à delinquente, & ſi quid audiret, inquirere quicquid ille feciſſet. Vos aũt fidem ſequimini hominum, de quibus ego nihil dicam, ut uincans: niſi quod iuſtius fuerat, ut illi uos ſequerentur, quàm ut uos illos. Vos enim iam eſtis, ut habet prouerbiũ, prora & puppis Gręcię, beati & diuites: & ſimilia habetis nomina ab antiquis temporibus, à poetis & dijs attributa. Fuerunt quidem & alij diuites & potentes: nunc autem ex quo diuitiæ defecerunt Orchomenon & Delphos, miſericordia quidẽ uobis poſſunt eſſe ſuperiores, felicitate aũt nemo. Et hæc quidem pro ciuitate dicta ſint, quam non oportet apud Gręcos turpitudinis condemnari: quando eum qui à uobis deiectus eſt, omnes libenter ſuſcipiant: ſed & uocẽt, &

Honores mortales, ignominiæ immortales.

Calumniæ uis.

Corinthus ciuitatum omnium maximè Venerea.

Corinthij prora & puppis Græciæ.

legatos mittant, & honoribus eum cum alijs honorent, tum etiam imagi-
num conſecratione. Pro me aũt, proq; imagine nũc eum dicam ſermo-
Anaxagoræ apophthegma.
nem, quem dixit Anaxagoras, quum filium amiſiſſet: Sciebam me morta-
lem genuiſſe. An non noueram, quòd quæq; harum ſtatuarum conſecre-
tur quidem ut futura æterna: corrumpatur autem alia alio fato, commu-
niſsimo quidem & iuſtiſsimo & rebus omnibus propoſito, nempe longin-
quitate temporis? Poeta autem fruſtra gloriatus eſt, qui illud epigramma
Midæ ſepulchri epigramma.
fecit, quòd Midæ ſepulchro aiunt inſcriptum eſſe:

Aerea ſum uirgo, monumenta Midæ ſuper aſto,
Ardua florebunt dum ligna, & flumina current,
Perdurans ſuper hoc perquàm lugubre ſepulchrum,
Hoſpitibus narrabo Midan hic eſſe ſepultum.

Sed ô uirgo nuncia, poetam quidẽ audimus: te aũt quęrẽtes, nõ inueni-
mus, neq; Midę ſepulchrũ. Flumina aũt illa & ligna adhuc qdẽ florẽt, cur-
runtq;: tẽpore uerò hęc cũ alijs defectura uident ut Midas, utq; uirgo. Eſt
epigrãma, ꝙ quatuor ſtatuas teſtaẽ eſſe poſitas, uiro cuidã, et equo, & ca-
Hippæmonis, Podargi, Lethargi & Babetis ſtatuæ.
ni, & famulo. uiro nomẽ erat Hippęmoni, equo aũt Podargo, cani Lethar-
go, famulo Babeti. Quis nũc Gręcorũ nouit, nedũ equũ, ſed ipſum Hippę-
monã? Imò ne Magnetũ quidẽ quenq; noſſe putamus, unde oriundus erat
Hippęmon. Hic igiẽ ex hominib. ſublatus eſt, unà cũ Babete & Podargo.
Alij aũt ſtant & cognoſcuntur, inſcriptionẽ aũt habent aliorũ. Et factũ eſt
eiuſmodi, cuiuſmodi in muſicis carminib. eſt antiſpaſticũ. Epigrãma qui-
dem ad Romanã linguã cõpoſitũ eſt: & quodãmodo uiciſsim docẽt poetę
mores quidẽ Gręcorũ, fortunas aũt Romanorũ. Spectaui & Alcibiaden
Alcibiadis ſtatue.
illũ pulchrũ Cliniæ gnatũ, haud ſcio ubi propè ſpectauerim, in loco hone-
ſto Græcię, inſcriptionẽ habentẽ Aenobarbi. Alterum aũt abſciſsis mani-
bus, qui dicebatur Polycleti artis eſſe. Spectaculũ acerbũ, ô terra & ſol, Al-
cibiades mutilatus. Scio ego & Harmodion & Ariſtogitonẽ ſeruiuiſſe in-
Harmodij & Ariſtogitonis.
ter Perſas, & Demetrij Phalerei mille & quingẽtas ſtatuas ab Athenienſi-
Demetrij Phalerei.
bus una eadẽq; die omnes deſtructas. Auſi ſunt & Philippi regis matulas
Philippi regis.
cõparare. Athenienſes igitur imaginẽ eius urina perfuderunt: ille aũt ci-
uitatẽ ſanguine & cinere & puluere. Quippe odioſum erat, eundẽ uirum
modò inter deos ponere, modò ne inter homines qdẽ pati. Ità ne ergo ego
qui hęc noui, quòd homines ne dijs quidẽ parcãt, ſtatuã uobis uideor cura-
re? Et alios quidẽ nũc ſilentio uolo p̃terire, ſed Iſthmiũ illũ ueſtrũ ludorũ
Mummius.
pręfectũ Mũmius ex fundamẽtis detraxit, cõſecrauitq; Ioui (heu ruditatẽ)
fratrem tanq; donariũ dicatũ. Homo ineruditus, nihilq; honeſti expertus,
qui Philippũ Amyntæ, illũ ex Theſpijs acceptum, inſcripſit: & iuuenes ex
Pheneo, unum Neſtorẽ, alterum Priamũ. Populus aũt Romanus ſe illius
gnatos uidere putabat, uidẽs Arcadas ex Pheneo. Hæc igiẽ & ridere licet.
Res autẽ ſeria mihi incidit, quòd Ageſilaũ Lacedęmoniorum regẽ, beatũ
Ageſilaus rex cur ſui corporis nullam fieri imaginem noluerit.
dicere ob ſententiã cõuenit, qui nunquam corporis ſui imaginẽ neq; fictã,
neq; expreſſam fieri uoluit: nõ quia claudus erat, ut aiũt, & paruæ ſtaturæ
(quid eñ prohibuit, quo minus ſtatua grãdis eſſet? qd quo minus integris
pedib. queãdmodũ Euphranoris Vulcanus?) ſed hoc ille accuratè uidit,
quòd nõ oporteat humanas fortunas extẽdere, neq; periculũ ſubire circa
corpus in lapide & ære. Vtinã enim etiã à corpore liberari poſſemus. Va-
leat aũt Dædalus, & Dædali expreſſæ ſimilitudines. Sufficiũt illæ Prome-
thei, ſufficit & lutũ. Atqui & corpus, generoſorũ quidam dicit alienũ eſſe,
quãdoquidem inter corpus & animã admodũ multa interſunt. Hoc enim
Cambyſes.
non adeſt, neq; curat, ſi corpus affligitur. Inſaniebat Cãbyſes, Amaſis Ae-
Amaſis.

 gyptiorum

gyptiorũ regis cadauer lancinãs, & uirgis cędẽs. Aegypti eñ dicũt, Amaſin ex multo tẽpore Cambyſis ſęuitiã habuiſſe ſuſpectã: ideoq́ſuũ corpus iuſsiſſe abſcõdi, aliudq́ pro illo ſubijcere: atq; illud eſſe, in q inciderit Cãbyſes. At ô Aegyptij & Cãbyſes, ſiue alterius cuiuſdã corpus fuit quod talia paſſum, ſiue ipſius Amaſis, forma fuit ſine ſanguine, ſine carne, ſine anima. Illã, ſi placet, trahe, & lacera, & lancina: Amaſin aũt nõ cõprehendiſti. Alius aũt quidã uiuens, ſpirans, ſentiensq́: Tunde tunde, inquit, Anaxarchi arculã: Anaxarchũ enim nõ tundis. Hic enim in mortariũ cõiectus, uerberatusq́ piſtillis, ſeſe ipſe dixit nõ tundi, ſed id quo erat amictus: quemadmodum aiunt Perſarũ nobiles, plagas accipere nõ in corpore, ſed ueſtimento. Perſæ igitur uſq; adeò plagas ægrè ferũt, Græcus aũt uir corpus ad uerberandũ præbuit tanquã ueſtimentũ. Et nos nõ præberemus ſtatuã ad tripudiandũ, ſi ſentiat? Nunc uerò ea melior eſt, quàm ut ſentiat. Ego uerò & Euripidis Laodamiam haud poſſem prodere, quanquã inanimum amicum. Volo eum igiť tanquã ſentientẽ conſolari: O meorum ſermonũ tacitum idolum, nõ appares? At neq; ille qui ante te fuit, Ariſteas. Sic enim et illius res habuit, qui mihi aſsimilatus eſt, ut erectus quidẽ ſit à Proconnenſibus, demolitus aũt ab inimicis: ſparſusq́ ſit ſermo ab illis ipſis, quòd neq; uiuus neq; mortuus appareret Ariſteas. Sed & tunc & nunc, & in omne tempus uiuebat Ariſteas. Quin etiam alium noſtri recordari aio. Prorſus enim bene dixit Sappho, multóque melius Heſiodus:

Anaxarchi apophthegma. *Euripidis Laodamia.* *Ariſteas.*

Nulla perit fama omnino, quam multus ubiq;
Diuulgat populus: ſiquidem quædam dea & ipſa eſt.

Fama bonorũ uirorum ſola immortalis.

Ego te erigã apud deã hanc, unde te nemo deturbabit: nõ terræmotus, nõ uentus, nõ nix deſcendens, non pluuia, nõ inuidia, nõ inimicus: imò & in præſentia te ſtantem deprehendo. Obliuio enim iam multos quidem alios decepit & fefellit, animus autem bonorum uirorum neminem.

AD NICOMEDIENSES, DE CONCORDIA *cum Nicæenſibus.* XXXVIII.

QVANDO expendo cauſas, uiri Nicomedičſes, cur me feceritis ciuẽ: non enim diuitias mihi uideo eſſe magnas, ut putẽ ob pecunias me à uobis fauore dignum iudicatũ: neq; mihi conſcius ſum, quòd ad colendas turbas ſim idoneus: neq; ad hoc me uſuri uidemini, ut appetitibus omnibus ueſtris promptè ſubſeruiam: quin etiam neq; cõpotator ſim, neq; frequens in talibus congreſsibus, ut uel ex hoc aliquã multitudini præbere poſsim uoluptatem: ſi autem à ueſtro propoſito non aberro, de me, hanc puto eſſe cauſam, ut in quibuſcunq; poſſem rebus, quáſque ſcirem, uobis eſſem utilitati. Reliquum ergo eſt, ut nihil aliud eum excitarit fauorem, quo ego apud uos factus ſum ciuis, quâm ut conſulere aliquid de communibus reipublicæ commodis, magis fortaſſe quàm alij, & uelim & poſsim. Quod ſi tale non eſt, ſanè uos circa fauorem erga me erraſtis, egóque uideor fruſtra uobis obſecutus ea ſpe, ut eſſem ciuitati utilis futurus, non indigentibus uobis ea re ad quam ſolam ſum idoneus. Si autem omnibus ciuitatibus, magis uerò magnis, opus eſt diuitibus ut & ſuppeditent, & prolixè iſtos legitimos ſumptus largiantur: opus eſt autem & uiris adulatoribus, ut illis concionantibus oblectentur: opus eſt poſtremò & conſiliarijs, ut ſaluentur res publicæ: & ego, quantum mihi poſsibile eſt, non cunctabor maximis de rebus conſilium adferens, prodeſſe ciuitati. Sunt quidem & alia quædam apud uos correctione digna: & pro uirili illis adferam medicinam, ſi uera dicens fidem conſecutus fuero de maioribus.

Quid

Quid autem mihi accidit, aut quid mihi uolo, quòd non prius conſiliũ do de minoribus? neq; in illos antea facio periculũ, quàm facilè populus perſuaderi queat: ſed ſtatim uolo periclitari, de re conſilium proponẽs maxima? Ideo, q; mihi multo uidetur facilius perſuadere de maximis, quàm minoribus & utilibus. Ea enim licet contemnere, damnumq; ab illis profectum. Qui autem ea ſine quibus ille ſaluus eſſe non poſsit cõtemnit, deq; ijs nõ uult perſuaderi, manifeſtum ſe facit, quòd de minoribus ne auditurus quidem ſit. Quod igitur, ſi conſultationem ſuſtinueritis, mihi obtemperaturi ſitis in his de quibus conſilium daturus adſum, ualde confido. Quàm enim hoc difficile ſit tandem uobis, ut ne graue putetis hac de re audire, neq; ſuperfluum, neq; intempeſtiuum? Vt igitur mihi non hæc à uobis obijciantur, Quid tu uerò das conſilium, de quibus nos principaliter non conſultamus? Quid tu tibi dicendi copiam tradis, quam nos non tradidimus? Cur autem, quum tot in republica noſtra uerſentur homines indigenæ, poetæ, rhetores, philoſophi, ſenes, iuuenes, nullus unquam tale nobis dare conſilium auſus eſt? Petitionem hãc à uobis impetrare cupio (uiri Nicomedienſes) & donate hoc mihi, & ſuſtinete ſermonem audire ſuperfluũ et intempeſtiuũ, eumq; qui uobis nõ ſit perſuaſurus. Neq; adeò magnum exiſtimo hoc donum. Siue enim perſuadebimini, audire dignum eſt cõducibilia dicentem: ſiue longè à uobis abeſt ut perſuadeamini, quàm graue & difficile hoc ſit ut uiro amico præſtetis dicendi poteſtatem, fruſtra dicere uolenti? Et quid autem tandem eſt, ſuper quo conſiliũ ſum daturus, cur id nominare cunctor? Nomen quidem rei non iniucundum eſt, ô uiri Nicomedienſes, neq; in domibus, neq; in cognationibus, neq; in amicitijs, neq; in ciuitatibus, neq; in gentibus. De cõcordia enim dicturus adſum. Nomen quidem honeſtum, & res honeſta. Si uerò ſtatim addam, quibus cum concordiam uos inire uelim, metuo ne cõcordia quidem per ſe honeſta uideatur: concordiam autem inire cum ijs hominibus, quibus cum ego uos oportere cenſeo, impoſsibile exiſtimetis. Hoc enim eſt, quòd uos hucuſq; in inimicitias inter uos conijcit, neq; amicitiam fieri permittit, quòd abſq; ratione perſuaſi eſtis, fieri nõ poſſe ut ciuitates inter ſe conſentiant. Ne tumultuemini aduerſus narrantem quæſo, ſed ſuſtinete. Aio uos, ô uiri Nicomedienſes, cõcordiam habere oportere cum Nicenſibus. Auſcultate uerò, & ne iraſcamini antè, quàm cauſas dixero. Neque enim ægrotans medico iraſcitur, mandanti medicinam: ſed auſcultat illum, iniucundè quidem dicentem, quòd ipſum ſecari aut uri oporteat: obedit aũt nihilominus, de ſalute enim periculum eſt. Atqui cur hoc dixi? Meum enim pharmacum, quòd ciuitatibus adfero, iucundiſsimum eſt, & ſine quo nemo qui ſapiat, uiuere uelit. Volo autẽ diuidere orationem, & primùm de ipſa concordia in uniuerſum dicere, qualis & res ſit, & quorũ cauſa: deinde e regionẽ ſeditionem & inimicitias componere contra amicitiam. Conſequens enim erit, quum concordia omnibus hominibus utilis eſſe demonſtrata fuerit, demonſtrare, etiam hanc harum ciuitatum concordiam, & maximè uobis neceſſariam eſſe, & utiliſsimam. Non deſiſtam autem, ſi facta ſit, quo pacto permanere queat oſtendere. nam hoc multis uideo moleſtum eſſe. Supplico autem dijs omnibus, & ueſtris & illorum, ſi hæc ego nunc dico, motus beneuolentia erga uos ſolos, nullamq; mihi propriam gloriam uenor, aut commodũ, ex ueſtra reconciliatione: & ante omnia, ſi utilia ciuitati futura ſunt, ut mihi orationem hoc negocio dignã præſtent: uos autem faciant, ut mihi obtemperetis, utiliaq; uelitis. Cõcordiam igitur omnes quidẽ ſemper laudauerunt, & uerbis & ſcriptis: cumq; eius

De maximis rebus, quàm de minoribus perſuadere facilius.

Propoſitio.

Diuiſio dicendorum.

Cõcordiæ laus in genere.

eius encomijs conſentiunt & poemata, commentariaq́ philoſophorum: & quicunq́ hiſtorias conſcripſerunt, in ipſorum geſtorum exemplis oſtenderunt, eam humanorum bonorum eſſe maximum. Et quum multi ſophiſtæ auſi ſint incredibiles dicere ſermones, haud tamen adeò fuerunt uecordes, ut hoc unum in publicum proferrent, quòd concordia honeſta res non eſſet, neq́ ſalutaris. Et qui eam in præſentia laudibus celebrare uolũt, ſemperq́ id facere, ijs copioſa ſermonum materia non deeſt. Nam & ſemper & plurima & optima de ea licet dicere. Siue enim unde gignatur, quis curioſius uelit inquirere, neceſſe eſt ut ipſius exordium ad diuinorum negociorum maxima reducat. Ipſa enim & amicitia eſt, & reconciliatio, & cognatio, & hęc omnia cõprehẽdit. Et rerũ elemẽta quid aliud ſunt, quàm cõcordia quædã? Hęc eſt, per quã cætera maxima ſeruãtur: & contrariũ, p quod omnia pereũt. Si quidẽ nõ mortale eſſet humanũ genus, neq́ ppterea multa quę nos corrũpunt, nulla prorſus eſſet inter homines ſeditio, quẽad modũ neq́ inter deos eſt. Hoc uno nõ aſſequimur diuinã felicitatẽ, eorũq́ incorruptibilem durationem. Hoc autem inde eſt, quòd non omnes concordiæ ſenſum percipimus: ſed ſunt qui & contrariam huic ament ſeditionem, cuius partes & officiã ſunt bella & pugnæ: & hæc inter populos uerſantur & gentes, quemadmodum in corporibus morbi. Nam licet & ſanitatem ſciamus humanorum bonorum eſſe maximum: nihilominus tamen ei frequenter contra nos ipſos inſidias ſtruimus, hi quidem uoluptatibus obedientes, illi autem labores ad ſanitatem cõducibiles fugientes, moderatamq́ uictus rationem. Si autem non hoc maximis malis ineſſet auxilium, continuò nempe inde ſequens uoluptas, omnino nihil poſſent nocere: nunc autẽ ipſis natura dedit, ut decipere poſsint, & oblectare eos quos iniuria afficiũt. Et propter quòd quis maximè illis inuideat, illud eſt, quòd omnia honeſta contriſtant homines, tametſi ſciant qualia ſint. Nam ſi quis interroget unum quempiam, aut multos ſimul, de nominibus ipſis, quænam in parte talia conſtituantur, bella, ſeditiones & morbi, & his ſimilia: nemo non, nihil etiam præmeditatus, reſponderet, hæc in malis conſtituta eſſe. atq́ ita res habet, legibusq́ ſancitum eſt, & uocantur mala. Contraria autem his, pax & concordia atq́ ſanitas, nemo dixerit bona non eſſe, atq́ dici. Quum autẽ adeò manifeſta ſit bonorum & malorum pugna, tamen ſunt quidam, immò multi, qui malis cõfeſsis gaudeamus. Et de naui ſanè omnes qui nauigant, ſciunt, quòd una illius ſalus eſt, ut nautæ cõſentiant, obediantq́ gubernatori. Orta autem in ea ſeditione, atq́ inobedientia, quis non intelligat, in maximo eam eſſe diſcrimine? quia & ſecũdi frequenter uenti in contrarium naui eueniunt, à portubusq́ repellunt, licet propinquis: tamen aliquando nautæ ob inſipientiam ſeditionem mouent, & hoc eos perdit, ſcientes interitus cauſam. Et quanquam domorum ſalus ſit in dominorum concordia, obedientiaq́ ſeruorum: multas tamẽ domos dominorũ perdidit ſeditio, ſeruorumq́ infidelitas. Nam currui quæ reliqua eſt ſalus, ſi equi ſimul nolint currere? Poſtquã enim cœperint diſsidentes diſtrahere alius aliò, planè neceſſe eſt aurigam magno in periculo uerſari. Nuptiæ autem bonæ quid aliud ſunt, quàm concordia uiri cum uxore? & malæ nuptiæ quid aliud ſunt, quàm horum diſcordia? Et liberorũ quæ eſt parentibus utilitas, quando ob inſipientiam aduerſus illos cœperint mouere ſeditionem? Germanitas autem quid aliud eſt, quàm fratrum concordia? & amicitia quid aliud, quàm amicorum concordia? Et hęc omnia non ſolum bona ſunt & honeſta, uerùm etiam iucundiſsima: his autem contraria non mala ſolum, ſed & iniucunda: attamen hæc nonnunquam

Seditionis malum. *Honeſta omnia contriſtare homines.* *Exẽpla de concordiæ bono. Nauigantiũ.* *Domorum.* *Currus.* *Nuptiarum.* *Liberorum.* *Fratrum.*

quàm pro iucundiſsimis bonis eligimus. Bella ſanè iam quidam pro pace receperunt, quum pro magnis rebus diſsiderent: non quia pugnare melius eſſet, aut ſuauius, aut iuſtius, quàm pacem agere: ſed hi quidem pro regno, illi autem pro libertate, alij uerò ut terram poſsiderēt, nullam habentes: alij autem, ut maris dominium acquirerent: & tantis tamen propoſitis in medio præmijs, permulti bellum depoſuerunt ut malum, neq; pro maximis etiam rebus eligendum. Bellum autem gerere abſque præmijs propoſitis, atque pugnare, quid aliud quàm perfecta eſt inſania, atque per hanc malorum deſiderium? Beſtias igitur propter hoc nos homines præcipuè odimus, quòd nobis bellum aduerſus eas irreconciliabile ſemper ſit. Multi autem, & noſtrûm quidam, etiam hominibus ut feris beſtijs utuntur, gaudentq; commiſſa contra ſuum genus pugna. Et ne diuina quidē ſentimus ſigna, quæ nos docent etiam laude propoſita, concordes eſſe. Etenim caduceatores à dijs miſsi dicuntur. Atq; ideo apud nos pax à caduceatoribus annunciatur: bella autem ferè pleraq; non denunciata geruntur. Et nudi legatione funguntur ad armatos pro pace, neq; illorum quenquā iniuria licet afficere, ut qui deorū ſint miniſtri, quicūq; amicitię nūcij ſunt. Et quum exercitus congreſsi fuerint ad prælium, ſi repentè deorum prodigia appareant, aut terræ fiat concuſsio, auertuntur ſtatim homines, atq; diſcedunt alteri ab alteris, tanquam dijs prohibentibus in pugnam congredi. Belli autem ſignum diuinitùs dari, nullum eſt deprehēſum. Et quę cunq; hominibus iucundiſsima ſunt, atq; felicitatis ſigna, ea omnia facimus poſtquam facta eſt pax: ſertis ornamur, ſacrificamus, dieſq; feſtos agimus. Contraria uerò omnia fiunt in bellis, quemadmodum in luctibus: concludimur intra portas, metuimuſq; omnia, immò & de nobis ipſis deſperamus: tuncq; mulieres pro maritis plorāt, & gnati pro patribus, ut in maximis calamitatibus. Quando ſanè peſtilentia aut terræmotus accidit, deos accuſamus, ut qui præbeant hominibus malorum cauſas: eoſq; dicimus non eſſe æquos, neq; hominum amantes, etiamſi maximè nos peccantes iurè meritoq; caſtigent. Tanto in odio ſunt mala, quæ diuinitùs accidunt. Bellum autem quod non minus perdit quàm terræmotus, ipſi eligimus, autoreſq; horum homines non accuſamus quicquam, quemadmodum deos illorum gratia: uerùm hoſce populi amātes eſſe putamus, eoſq; dicentes libentiſsimè audimus, cōſulentibuſq; obtemperamus, omneſq; illis pro malis exhibemus non retributiones (retributiones enim ex paribus illis malis fierent) ſed beneficia & honores & laudes: ut oppidò eſſent ſtolidi ſi illis parcerent, qui gratiam etiam habent pro inflictis malis. Primùm igitur, uiri Nicomedienſes, ſeditionis cauſas uideamus. Nam ſi tantæ ſunt ut dignum ſit bellum gerere, neq; id breue, quale in armis geſtum eſt, & conſolationem habuit diſceptationis uelocitas, ſed longum & perpetuum, ut id relinquatur gnatis & nepotibus, nullaq; reconciliationis reſtet ſpes: certemus ſanè, ſeditionemq; cieamus, & alteri alteris negocia exhibeamus, quæcunq; exhibere poſſunt qui ualde ſunt offenſi, ut plura nequeamus. Sin uerò præcipuè nullum eſt huius mali propoſitum præmium, quæ autem uidentur eſſe, et parua ſunt, & uilia: & ne priuatos quidem de illis ſeditionem mouere dignum eſt, nedum tantas ciuitates: ne patiamur quæſo ſimile quid pueris inſipiētibus, qui pudore pleni, ne uideātur fruſtra ſuccenſuiſſe patribus matribus'ue, nolunt facilè reconciliari. Pro terra quidem non pugnamus, pro mari autem ne contendunt quidem uobiſcum Nicenſes: ſed libenter, ut ne ullam pugnæ præbeant cauſam, uobis concedunt. Quinetiam neq; pro reditibus certamus, ſed utriſq; ſufficiunt propria:

Bellorū cauſæ.

Pax diuina.

Caduceatorū immunitas.

Belli ſignum diuinitus nullum dari.

Bellorum autores execrandi.

Seditionis cauſæ.

Nicenſes concordiæ ac pacis cupidi.

propria: & ſunt hæc definita & diſcreta, ſicut & alia omnia, tanquã in pace
atq; amicitia. Et fructuũ ſunt te tributiones, nuptiarumq; coniunctiones,
atq; ex his multæ iam affinitates factæ ſunt, & hoſpitia mutua habemus,
priuatasq; amicitias. Deos quoq; eoſdem colitis, dieſq; feſtos complures
ſimiliter agitis. Quinetiam neque pro conſuetudinibus ulla uobis pugna
eſt. Quum autem hæc omnia nullam uobis inimicitiarum cauſam præ-
beant, ſed è diuerſo amicitiæ concordieq;, pugnamus. Et ſi quis iam adue
niens uos interroget, quidnam uobis iniuriæ faciunt Nicenſes? nihil di-
cere habebitis. Et rurſum ſi illos roget, Quidnam Nicomedẽſes uobis in-
Belli cauſa, præmium. iuriæ faciunt? neque illi dicere habebunt, ne unam quidem cauſam. Sed
præmium eſt in medio poſitum, pro quo diſsidetis. Quod autem hoc eſt?
Quæ nominatu & confeſſu digna eſſent, quæq; pro ſe certantibus ueni-
am impetrare poſſent, horũ unum quod oporteat, ne dici quidem poteſt,
neq; confiteri, quòd rectè habeat. Talia ſunt, ita parua, ita quoque uulga-
ria, pro quibus ſtulti quidem fortaſſe contẽderent, nemo autem qui ſapi-
at. Qui enim uos exhortantur ad ſeditionem, & quas ob cauſas, non me-
um eſt fortaſſe redarguere: ſed qui ea gaudent, hoc ſolum loquuntur, Pro
Primæ partes. primis partibus decertamus. Hoſce ego uiciſsim interrogabo, pro quibus
primis partibus? & utrum opere & re traditis, an de nomine ſolum uobis
pugna eſt? Et antea quoque olim audio hoc ipſum Græcæ ſeditionis fuiſſe
cauſam, bellumq; geſsiſſe pro primis partibus Athenienſes & Lacedæmo
Athenienſium & Lacedæmoniorum interitus. nios. At neq; illis profuit ſeditio & bellum: ſed inter ſe decertantes de pri
mis partibus, perdiderunt ſe utriq;. Et uos omnes illa ſcitis, & ego fortaſ-
ſe paulo pòſt de illis dicam. Quid uerò hoc, tanquam illi ſimile, prætexen-
tes dicunt? Athenienſes pro tributis inſularium bellabant, & ut domi om
nes omnium cauſas iudicarent, aduerſus ſe mutuò decertabant: & breuli
ter, de regno illæ bellum gerebant ciuitates. Nos autem, ſi accipiamus pri
mas, traditas nobis à Nicenſibus abſque pugna. uerùm tributa accepturi
ſumus, quæ nunc illi accipiunt? an ciuitates, ad illorum conuenire ſolitas
iudicia, huc uocabimus? an mittemus illis prætores? an coria illis à Bithy
nis minus præbebimus? Aut quid tandem erit, quidq; inde nos plus con-
Contentio omnis de re aliqua. ſequemur? Ego ſanè pro omnibus quæ aguntur, non puto homines fru-
ſtra ſudare, neque temerè, ſed ſemper eſſe certamẽ pro re aliqua. Qui enim
bellum gerit, aut pro libertate certat, alijs eum ſeruituti ſubijcere uolenti-
bus: aut de principatu, alios in ſeruitutem uolens redigere. Qui autem ma
re nauigat, haud aliam uictoriam diſponit. periclitatur enim aut uiæ gra-
tia, aut negociationis. Ne uerò omnia ſimpliciter adferam exempla, om-
nia nos homines facimus propter bonum finem: fugimúſque contrarias
Finis bonus, omnium rerũ humanarum cauſa. actiones, propter malum finem. Porrò abſque cauſa rem ſeriò agere, aut
laborare, hoc eſt quod ſtultis duntaxat conuenit. Si enim ſeriò ſtudeat
appellari rex, qui ſit plebeius, atque hoc optimè ſciat ipſe apud ſe, con-
trarium ille quàm putat nanciſcetur: quippe erit deriſui, nomine utens fal
ſo abſq; re. Idem eueniet & in alijs omnibus. Et ſi quis tibicen uideri uelit,
tibia canere neſciens, & muſicus, nihil de muſica ſciens, & citharista, ne
tangere quidem doctè lyram uolens: tales quidem nihil prohibet, quo mi
nus mente capti uideantur. Nos autem putamus, ſicubi nos inſcribamus
primos, primas habituros partes? Quales, uiri Nicomedenſes, primas par
tes? Etenim uos iterùm atque tertiùm percunctabor, quarum quæ eſt utili
tas? quarum quod eſt officium? Ex quibus an ditiores reddemur? an ma-
Inanis gloriæ ſtudium. iores? an potentiores? Inanis ſtudium gloriæ, etiam in plebeijs fatuum e-
xiſtimatum eſt: eoſq; maximè deridemus & reſpuimus, & deniq; illorum
no

nos miſeret, quòd neſciant qua in re gloria falſa à uera differat. Et nemo ex eruditis ita erga eam affectus eſt, ut rem fatuam concupiſcat. Et ciuitatibus aliquis audet dicere publicè conuenire, quæ ne plebeijs quidē, ingenuis & eruditis. In uniuerſum autem, ſi quis uos roget, uiri Nicomedenſes, utrum uultis primi eſſe reuera, an ſolum uocari, & non eſſe? confitebimini utiq, uos uelle primos eſſe potius, quàm fruſtra uocari. Neq enim nomina rerum uim obtinent. Quæcunq autem uerè talia ſunt, ſic etiam neceſſariò nominantur. Tentate igitur primas habere inter ciuitates, primùm quidem ut illarum curam geratis: hoc enim tanquam primariæ ciuitatis, ueſtrum peculiare eſt officium: deinde ut uos exhibeatis omnibus æquos & moderatos, neq ulla in re plura appetatis, neq uim inferatis. Hæc enim neceſſariò inimicitias conciliant, & diſsidia. Natura quidem ita comparatum eſt, ut minores de maioribus ſuſpicentur, ut qui in omnibus plura ſint appetituri: quando uerò hoc facto comprobatur, tum ſanè iuſtiores fiunt inimicitiæ irritatæ. Facultas aūt uobis eſt, ciuitatibus benefaciendi & amplior & maior, quàm illis. Et primùm & maximè ꝓpter mare, ex quo omnia etiamnū exportantur. Oportet aūt ciuitatē ipſam publicè gratificari, non quoſdā priuatim. Nunc aut uicini partim ſuffurantur ipſi, partim uerò ſingula flagitāt: & uos quidē flagitantibus cōtradicitis nunquam. hoc ipſum tamen moleſtum eſt, quòd flagitandi illis incumbit neceſsitas. Si uerò horum omnium participes eſſe permittatis populis, ſingulis diebus quod uſus exigit, flagitantibus: quomodo par non ſit, uos maiores apud eos fore, quum beneficia à uobis percipiant? Et ſimul magnam facietis concordiam, quæ ad omnes eſt peruentura Conemini autem & præſidibus reuerentiam exhibere ſemper: hoc planum facientes, non ſufficere uobis, quòd bene ſoli gubernemini, ſed quòd curam geratis totius Bithynici generis. Neque minus ægrè ferte illatas alijs iniurias, quàm uobis ipſis: & ſi qui confugerint ad uos auxilio indigentes, promptè ſuppeditate. Hæc & his ſimilia primas uobis partes tradent ueras: non illa de nominibus aduerſus Nicenſes pugna. Vellem autem & illos eadem facere: & facient, ſi reconciliemini. Et maior ueſtra fiet potentia, ſi fueritis coniuncti. Nam ciuitatibus in concordiam pariter redactis, omnium uos habebitis imperium, & præſidibus maior inerit erga uos reuerentia & metus, ſi uos uelint iniuria afficere. Vt autem nunc res habet, aliæ quidem ciuitates propter ueſtram ſeditionem ſunt claræ. Videmini enim illarum opera indigere, & uerè indigetis ob mutuum inter uos certamē: & accidit uobis, quale accidere ſolet, quando illuſtres ſimiliter duo uiri in republica gerēda diſſentiūt. Neceſſariò enim omnes colunt: atque eos præcipuè, quorum auxilio opus habent. Itaque dum uos de primis partibus pugnatis, periculum eſt ne illæ apud eos ſint, qui à uobis coluntur. Neque enim fieri poteſt, ut non habere uideantur illi, à quibus uos cupitis recipere. Præterea ciuitates neceſſe erit ſuum ipſarum ordinem recipere: &, quemadmodum par eſt & æquum, illæ ueſtra opera indigebunt, non uos illarum. At non propterea uelim uos cum illis tyrannicè agere, ſed manſuetè & moderatè, ſicut expoſui paulo antea, ne moleſtæ fiant ueſtræ primæ illæ partes, ſed & primæ partes ſint, & amentur. Quomodo autem res præſidum habeant, quid uobis ſcientibus opus eſt dicto? An enim non ſentitis tyrannidem, quam ſeditio ueſtra ueſtris principibus ſuppeditat? Statim enim quum præſes gētem uult afficere iniuria, nouit ſe, quæcunque fecerit, pœnas non daturum. Aut enim Nicenſium ſocietati adhæret, eosq quantum poſſunt, habet adiuto-

Primas habere inter ciuitates quid: & quomodo eadem Nicomedenſibus amplectēda.

Præſides qualiter affecti in ſeditione.

lorum, & ægritudines ex aliorũ bonis: & contraria pro his ſubire in ciuita
tes, bonorum communionem, concordiam, & propter hæc utraq; gaudiũ,
nónne hæc omnia publico diei feſto ſimilia uidentur? Expendite autem
hoc modo. Si quis deorum uobis (uiri Nicomedenſes) optionem daret,
ſi uelletis, ut nõ ſolum ueſtram haberetis ciuitatem, ſed & Nicenſiũ, nón-
ne incredibile quidem ob magnitudinẽ uobis uideretur bonum? effunde
retis aũt omnes preces, ut id cõſequeremini? Atqui hoc incredibile uiſum,
nunc fieri licet, ut & Nicæa ueſtra ſit: & quæ apud uos ſunt, ſint illorum. *Fratrum concordia.*

An non fratres admiramur, qui ad omnia communem habitant domũ,
quiq; præcipua ob tenacitatem nõ diuiſerunt: & illorũ diuitiæ magis eti-
am ſunt admirationi maiores, eo quòd non ſunt diuiſæ, neq; dimidia re
rum omniũ pars cuiq; eſt attributa, ſed uniuerſa ſubſtantia utrorumq; eſſe
uidetur: præterea omnes illos aſpiciunt ut bonos, & æquos, & reuera ger-
manos. in ciuitatibus autem talis facta germanitas, nónne & maius bonũ
erit, & honeſtius, opulentiusq;? Hanc aũt fieri æquum eſt & propter pro-
genitores, qui communes ſunt ciuitatibus utriſq;: & propter deos, quorũ
& apud illos & apud uos ſimiles ſunt honores. Hoc enim eſt, ꝓpter quod
maximè quis doleat: quòd quum omnia habeamus cõmunia, & progeni-
tores, deosq;, & cõſuetudines, feſtosq; dies, multi quoq; priuatas cogna-
tiones & amicitias, tanquã Græci aduerſus barbaros pugnemus: aut, qđ
ueſtris factis ſimilius eſt, tanquã homines aduerſus feras. Nõ uos tãdẽ mu
tuò aſpicietis? Nõ alteri alteros audietis? Nõ ſibi inter ſe ciuitates dexte-
ras porrigẽt, uobis auſpicãtibus? Nõ omnia quæ apud utroſq; bona ſunt,
poſsidebitis recõciliati? Nõ illis utemini uolentes? Vtinã liceret & Ephe
ſiorum populũ nobis fieri germanũ. Vtinã & Smyrnæorũ ædificia cõmu-
nia nobis fierẽt. Hęc aũt omnia & tãta bona unius nominis gratia pereũt.
heu quale cõmodũ, heu qualis uoluptas. Cæterũ, quod ciuitatibus profu
tura ſit reconciliatio facta, quodq; hactenus uobis nõ profuerit ſeditio, &
bona ex cõcordia oritura, malaq; ex inimicitijs ꝓuenientia, mediocriter à
me dicta ſunt. Supereſt, ut dicã hęc etiã manſura eſſe, ſi recõciliemini. Iam *Bonã ex concordia etiã perpetua futura.*
enim quidã ſunt, qui de hoc metuãt: quorũ ego iuſtũ metũ approbo, ſi qui
dem hoc dicũt, ipſi ex animo cõcordiã deſiderãtes, atq; metuẽtes ne diſſol
uatur: et nõ ė diuerſo huius gratia, ut ea omnino nõ fiat, hoc ꝑtendunt. Ma
ximum igiť uobis & fideliſsimũ, quòd cõcordia mãſura ſit, pignus eſto, ꝙ
ea utilis eſt. Nã ſi demonſtrata uobis oratione ſolũ quòd ſint utilia, uobis
iam perſuaſa uidentur: quomodo nõ cõueniret, perſuaſionẽ ex factis ipſis
fore firmiorẽ? Præterea etiam in bona ſpe ſum, & propter conſuetudinem
haud facile uos à cõcordia receſſuros. Seditio enim tanto tẽpore, propter
conſuetudinẽ duntaxat apud uos durauit, tantũ exiſtens malũ: quomodo
non ueriſimile eſſet, reconciliationes, quæ & iucundæ ſunt, & iuſtiores,
propter conſuetudinem longiſsimũ tempus duraturos? Cauere aũt par-
ua oportebit, & in primis homines nullius autoritatis, ſi quando uos calũ-
nijs uelint cõmittere. Ne audiatis eos, proprium quoddam uenantes com
modum, uolentesq; ſibi rurſus ueſtra ex diſſenſione gaudium præberi.
Deniq; propter parua nolite eos irritare. Porrò deos ipſos ueriſimile eſt,
plus quàm omnes, eam curam gerere, ut concordia fiat. Puto enim & hoc
ipſum principium ab illis introductum: neq; aliunde mihi ueniſſe in men-
tem, ut auderem tanta de re inter uos dicere, qua de nemo antea neq; iu-
uenis neque ſenex dixit. Eſt autem dignum, rurſum eos precari. Igitur in
principio eos precatus ſum, ut uos mihi præberent obſequentes: quoni-
am autem hoc iam facere uidemini, ſupereſt ut precer eos, perpetuò
ea conſeruent, quæ honeſtè à uobis fuerint decreta.

DE CONCORDIA NICAEAE, QVVM *ceſſaſſet ſeditio.* XXXIX.

GAVDEO equidē, à uobis honore affectus: ſicuti par eſt gau-
dere hominē modeſtū, qui honore affectus ſit à bona & præ-
ſtanti ciuitate, qualis ueſtra eſt: quæ & iuxta fortitudinē ma-
gnitudinemꝗ nulla inferior eſt, quæcunꝗ ubiꝗ gentiū ha-
bentur celebres. Præſtat etiā generis ingenuitate, & multitu
Nicææ urbis præſtantia. dinis cohabitatione clariſsimarū familiarum: non aliunde alijs cōuenien-
tibus, & uilibus & paucis, ſed Græcis præcipuis, & Macedonib. Et quod
maximū eſt, Heroas deosꝗ habet conditores. Decet aūt eos qui à dijs ſint
huc deducti, pax & concordia, amicitiaꝗ inter ſe. Turpe enim, ſi nō uehe
menter felices fuerint, & deorū amantes, præſtiterintꝗ alijs rebus ſecun-
dis, qui uerū ſuum genus uolunt oſtendere, & non mendacē inanemꝗ ſer
monem. Dij enim cōditores & cognati, generisꝗ principes, nihil ita ſuos
habere uolunt, neꝗ regionis pulchritudinē, neꝗ fructuum copiam, neꝗ
hominum multitudinem, ut modeſtiam & uirtutem, ſtabilemꝗ rempubli
cam: & bonorum quidē ciuiū honorem, malorum autem ignominiam. Vt
Ciuitatis ſummum bonum concordia. ego ſanè nunc læter, uos uidens unū habere cultum, unamꝗ emittere uo
cem, eademꝗ uelle. Quod enim ſpectaculum pulchrius ciuitate conſen-
tiente? quæ auditio grauior? Quæ ciuitas melius conſultat, quàm quæ ſi-
mul cōſultat? Quæ facilius agit, quàm quæ ſimul agit? Quę minus fruſtra
tur, ꝗ quæ eadē conſulit? Quibus iucundiora ſunt bona, ꝗ cōcordibus?
Quibus triſtia ſunt leuiora, quàm communiter ferentibus? Quibus ra-
rius accidunt dura, quàm mutuò ſeruantibus? quę ciuitas ciuibus eſt ama
bilior? quæ honorabilior hoſpitibus? quæ commodior amicis? quæ ini-
micis formidoloſior? A' quibus laus uidetur credibilior? à quibus uitupe
rium uerius? Quinam apud eos qui rerū potiuntur, maiorē nanciſcuntur
reuerentiā? quinam apud imperātes magis parē obtinent honorē? Quos
magis imperantes reuerentur? quósnam ita diligunt benigni principes?
Concordiæ bona. Quósnā minus cōtemnunt praui homines? Nónne enim cōſtat, quod cō-
cordibus non ſolum imperium gerentes, ſed etiam dij attendant? At ue-
rò ſeditionem mouentes, neꝗ ſemetipſos audiunt. Neꝗ enim diſſonantes
choros facilè quis exaudit quid dicāt, neque diſcordantes ciuitates. Quæ
ędificia, quanta regio, quanta hominū multitudo fortiorem facit populū,
quàm mutua concordia? Quot enim ſunt ciues in conſentiente ciuitate,
tot oculi illius uident commodum, tot aures audiunt, tot linguæ admo-
nent, tot cogitationes cogitant: nihilꝗ tam præclarū eſt, quàm ſi quis deo
rum ita magnæ & populoſæ ciuitati unam animam fecit. Vti e regionè ni-
hil neꝗ pecuniarum neꝗ hominū multitudo, neꝗ alia potentia utilitatē
adferre diſsidentibus poteſt: ſed in contrarium hęc omnia, magisꝗ ad de-
trimentū ſunt: & quo plura adfuerint, ad tāto maius & difficilius. Quem-
Simile. admodum (opinor) & res habet in corporibus. Sano enim utilis eſt magni
tudo, carniumque copia: ægroto autem & malè affecto, periculoſiſsimus
eſt talis habitus, & acutiſsimum periculum adducit. Similiter autem &
nauis, quæ ſi cum concordia gubernatoris & nautarum nauiget, & ipſa
ſaluatur, ſaluatꝗ pariter uectores: ſin minus, quāto plura fuerint uela, tan
to uehementiorem tempeſtatem, perturbationemꝗ maiorem accidere ne
ceſſe eſt. Idipſum etiā fit circa currū, ſi quidē auriga rectè imperare ſciat, &
equi cōſentiant, dictoꝗ ſint audientes, ſpes eſt in certamine talē currū ui-
ctorē euadere, in bello aūt ſaluari. Præſente autē ſeditione, turbationeꝗ,
tanto maius periculum eſt, quanto equi ſunt fortiores atque uelociores.

Simili ferè modo & concordi ciuitati omnia talia utilia ſunt, abundantia pecuniarum, atq; hominum multitudo, & honores, & gloria, & potentia: ſin non concordet, inutilia & grauia. Vt ſi eodem loci uerſentur multæ feræ, aut pecora, uno incluſa ſepto, atq; ſe mutuò cornibus inuadant & conculcent, inſultentq́;. Porrò ſi ſanus eſſem, non deſiſterem ab oratione nondum ſufficienter expoſita, iuxta meam ipſius potentiam: nunc uos autem fortaſſe alijs intenti magis eſtis: ut et ego multo ſim inferior, quàm certaminis poſtulet magnitudo. Reliqum eſt ergo, ut breuiſſimum atq; expeditiſsimum dicamus ſermonem, qui eſt ad deos. Hi enim, etiamſi qui patua utantur uoce, eorum tamen norunt cogitationes. Fortaſsis enim & hoc ualde beneuolentis eſt: ſicut benigni patres, quę poſſunt, filios admonent: in quibus autem non pareant, deos pro illis rogant. Rogo igitur & ego Dionyſium, autorē huius ciuitatis, & Herculem conditorē, & Iouem ciuilem, & Mineruam, & Venerem, & Amicitiam, Concordiamq́;, & Nemeſin, aliosq́; deos, ut ab hac die huic ciuitati deſiderium ſui inijciant, & amorem, unamq́; ſententiam, utq́; eadem uelit atq; ſentiat: ſeditionem autem & litem & contentionem eijciant, ut inter felicisſimas optimasq́; ciuitates in poſterum numeretur.

Deos, implorantium cogitationes reſpicere magis, quàm uerba.

IN PATRIA, DE CONCORDIA CVM *Apamenſibus.* XL.

STATVERAM ô ciues, nunc ſanè, & ſi numquam antea, omne me acturum ſilentium, poſtquam huc redij: neq; attacturum ſpōte uel inuitè, ullum publicum negocium. Propter unum quidem, quòd multos uideam deorum benignitate ſemper & ſenes & iuuenes, qui uelint & poſsint ciuitatis negocia procurare, rebusq́; ueſtris rectè præeſſe: quibus neq; in dicendo neq; in agendo quicquam deeſt, præterea qui experientiam habeant reipublicę ueſtræ, meq́; habeant ſuſpectum. (Verū enim dicetur, quòd me quidam moleſtè ferant, tanquam hoſpitem & ſuperfluum.) Deinde puto & corporis aliquam curam eſſe habēdam, ex multa cōtinuaq́; miſeria defatigati: & rerum domeſticarum oppidò malè diſpoſitarum, quæ tanto perditæ tempore, nullam nactæ ſunt correctionem. Vbi enim peregrinatio domini pauliſper modò abſentis, magnā etiam ſubſtantiam corrumpere poteſt: quid expectandum in tot exilij annis? Vnde nemo me ſperauit ſeruari poſſe, præter uos, propter excellentem beneuolentiam. Quanquam donec paupertatis ſuberat periculum nobis, nihil erat intolerandum. Non enim ſum ad hoc inexercitatus ferè, quum tantū temporis errauerim, non ſolum ædibus carens; & penatibus, ſed nec miniſtrū ullum mecum ducēs. Neq; filium ſperaui grauiter laturum paupertatem, qui natura me nihil eſt deterior. Quoniam autem ſermo uobis eſt de eo, ut ne quis patriam fruſtretur, neq; uos pollicitatione fraudet, quam polliciti ſumus nemine cogente, haudquaquam facilem, neq; paucarum pecuniarum: hoc durum arbitror, plurimaq́; cura dignum. Nihil enim grauius eſt, neq; maiori uſura fœneratum, quam gratia. Et hoc eſt impudens illud & acerbum fœnus, quando (opinor) tarditate gratia in debitum mutatur: quod omni modo acerbius exigūt, qui ſilent, quàm qui clamant. Nihil enī ita poteſt debitoribus ueſtris talia in memoriam reuocare, ut noſtra obliuio. Propter hæc igitur neceſſarium putaueram, meis rebus operam dare, ad nullamq́; rem accedere publicam, ne ſermone quidem: uſq; dum intelligerem illud, quod à poeta dictum eſt,

Gratia uſura.

Aedibus in noſtris quæ ſint bene facta, ſecusúe.

Antea quidem neq; modicũ tempus ocium egi, fortaſsis ob meam curioſitatem, quòd oporteret uos conuenire, & beneuolè compellare: atque hoc dũtaxat, & ſacrificare dijs, atq; herclè Imperatoris literas legere, quia neceſſe erat: deinde aũt ſtatim ſecedere debui, resq; meas agere. Sermonẽ quendam feci pro opere quodam, nec me ipſo tantum, ſed etiam præſidibus operam adhibẽtibus, forſitan quidem uobis, forſitan autem & mihi gratificari uolentibus, ciuitatemq; melius inſtruere, totamq; facere honeſtiorem. Antea enim, ut ſcitis uidelicet, in talibus inferiores fuimus uicinis. Hunc me faciente tunc ſermonem, animos ſumpſit ex eo populus, (neque enim degeneres eſtis, neq; natura ſtupidi) multiq; ciuiũ permoti ſunt ut in publicum largirentur. Poſtea uerò me rurſus rem uobis permittente, cùm ſæpe in ſenatu, tum ſæpe etiam in theatro, ut ſi non probaretis, neque uelletis, nemini eſſem moleſtus (nam negociũ futurũ mihi circa hæc timebam) ſæpe rata habita eſt à uobis, ſæpe etiã à præſidibus, nemine contradicente. Poſtquam autem magiſtratum inij, quæcunq; ipſe pertulerim metiens & remetiens, & ſedulò expendens, ut ne res fieret indecẽs & incommoda, qualia opera apud alios multa facta ſunt, utq; abſq; cauſa perierimus, & ut denique extra terminos turpiter ſim eiectus, quum nullius talium eſſem inexpertus, neq; mihi deeſſet quod facerem, ſed alia potius facere poſſem, fortaſſe magis ſeria, ex quibus non apud uos ſolos nomen conſecuturus eram, omitto in præſentia recitare. Nihil enim mihi erat graue, ueſtri cauſa perferenti. Sermones autem facti ſunt multi, non à multis uerò, & ualde iucundi, quòd ſuffoderem ciuitatem, quòd uaſtam reddidiſſem, propè expellens ciues, quòd omnia eſſent ſubuerſa confuſaq;, quodq; nihil reliquum eſſet. Et erant quidam, qui ualde dolebant caſum illius, ægrè ferentes ſi non manerent ueteris felicitatis monimenta: tanquam loco mouerentur Athenis ueſtibula Mineruæ, aut Parthenonẽ aut Sameiũ aut Heræũ nos ſubuerteremus, aut tanquam Mileſiorũ Didymium, aut templũ Dianæ Epheſiæ. At nónne turpes atq; ridiculæ ſunt ruinæ, multo humiliores caſis quas ſubeũt oues: paſtorum autem nullus poſſet ingredi, neq; generoſiores canes? Super quibus uos quidem pudore eſtis ſuffuſi, erubuiſtisq; præſidibus ingredientibus. at illi nõ iucundè erga uos affecti, inſultabant, ridebantq;, ubi fabris non licebat oculos attollere, ſed operabantur cernui, uidentes ea cadere & impelli, quæ ad mallei ictum tremebant & diuellebantur: attamen erant qui difficulter aſpiciebant deſtructa prioris paupertatis ignobilitatisq; ſigna, non quòd illis curæ eſſent ſtantes columnæ atq; ſuggrundia, ædificatæq; officinæ alioqui: ſed ut nunquã uos maiores gereretis animos, quàm illi. Bene enim noſtis, quòd & ædificijs & diebus feſtis, atq; proprij poteſtate fori, eoq; quòd nõ cogantur apud alios pati inquiſitionem, neq; contribuere, ſicuti opinor, uici: his omnibus efferri ſoleant animi ciuitatum, maiorq; fieri populi autoritas, atq; plus nanciſci honoris & à peregrinãtibus hoſpitibus, & à præſidibus. Porrò hæc amantibus quidem ſuam ipſorum patriam, neq; metuentibus nequando illa uideantur inferiores, admirabilem præbent uoluptatem: eos uerò qui contrariè ſunt affecti, uoluntq; inter infirmos multũ ualere, ciuitatisq; gloriam ſuum contemptum exiſtimant, neceſſe eſt ęgrè ferre, & inuidioſè. Atqui calceum quidem oportet cõgruere pedi, & ſi uideatur maior, circumcidere: ciuitatem autem nunquam prohibere oportet maiorem fieri, nec quenquam ad ſe eam applicare, neq; metiri iuxta ſuum ipſius animum, ſi paruo ſit atque illiberali præditus: præſertim quum exempla

Ciuitatis qualis habenda ratio.

exempla præſtò ſint. Dico autem Smyrnæorum & Epheſiorum, Tarſen-
ſiumq; illorũ, atq; Antiochenſium. Atq; ego hæc manifeſtè ſcio, quòd eti
am antea quidam audientes rumpebantur, moleſteq; ferebant, quòd tales
aſſuefieretis audire ſermones, atq; cum tantis ciuitatibus quis auderet &
ueſtram nominare. Atq; ita ſuper his indignabantur, taliaq; dicebant, &
neminem quicquam ſinebant dare, atque ipſis factis impediebant: ut ego
inde animum habuerim, propemodum meipſum multare exilio. Namq;
ridiculum erat, poſt exiliũ ita longum, & tanta negocia, & tyrannum ini
micum huc redeuntem, ut requieſcerem, deq; cætero priorum malorũ ob-
liuiſcerer: tanquam ex uehementi & immani pelago & tempeſtate inopi-
na uix in terram eiectum, ob dei cuiuſdam beneuolentiam, deinde hîc tan
quam in portu nauali bello confligere. Vehementer autem demiror ho-
minum quorundam maliciam, immò dementiam, in memoriam reuocans
qualia ſermonibus ſparſerint. Et primùm quidem de legatione, quam mi-
ſiſtis, ut gratias ageretis. Nõ enim libenter eum ſuſcepiſſe legatos, ſed ma-
gis ægrè tuliſſe, quòd oporteret eum in urbem occurrere, & amplecti ne-
ceſſarios, aut nondũ præſentes nominare, aut percunctari de hoc et de illo
quid agerent, aut quamobrem non omnes ueniſſent. Alij autem ſermoni
bus ſpargebãt, quòd Smyrnęis q; plurima dona daret, pecuniasq; innu-
merabiles mitteret, unà cũ fœdere: atq; hercle tanquã alius quiſpiam uer-
ba feciſſet, innumerabiles illi conceſſerat ſenatores: auri quoq; iuſſerat flu
men in ciuitatem deriuari, et innumera quędam drachmarum millia dede
rat: quorum nullum erat uerum, ut ego ſanè uolebam. Multos enim felici «
ter agere, & magna conſequi, nunquam ægritudine affecerit eum qui ſa- «
piat: maximè quum & ipſe præcipua nanciſcatur, & fortaſsis etiã illis nan «
ciſcendi præbeat anſam. Simile enim foret, ut ſi quis uni ſibi uellet ſplen- «
dere ſolem, aut Iouem pluere, aut uentos flare, aut nullum alium de fonte
bibere poſſe. Attamen humaniſsimus imperator, omniumq; prudentiſsi-
mus, mihi conceſsit pro quibus rogaueram, atq; alijs itidem pro quibus il
li. Ob quam rem igitur omnem hunc feci ſermonem, quũ uos de alijs de-
liberetis? Quia & hanc rem ego primus attigi, multosq; hic feci ſermo-
nes de concordia, putans hoc utile eſſe ciuitati, & melius eſſe quàm diſsi-
dere cum ullo hominũ: maximè uerò cum ſic propinquis, urbiq; uicinis.
Non ego ſanè ad illos ueni, neq; dixi humani quicquam antè, quàm ciui-
tas publicè reconciliaretur, uosq; inter uos amici fieretis. Quanquam de-
cretum miſerunt ſtatim in principio, amicè compellantes, obſecrantesq;
ad ſe uenirem: & mihi multa cum illis iura intercedebant, ut alij cuilibet
huius ciuitatis: attamen non ſuſtinui pro me cum illis humaniter congre-
di, ſed communiter uobiſcum illis uolebã fieri amicus. Vnde me ſuſpecta-
bant, ferebantq; grauiter. Et nunc auditis cõpoſitionibus, amicitiaq; hac
inita, decretoq; à uobis facto, ut uocarer fortaſsis & huius operæ gratia
(forſan enim ſperatis & me conſorte omnia & faciliora & ſecuriora fore:
quanquam etiam nunc fortaſſe non ſolum præſentibus, uerùm etiam mi-
hi honorem tribuatis, perpendentes & me cum alijs ueſtrum eſſe ciuem)
fortè alacriores facti ſunt erga uos. Tamen haud ualde feſtinaui, accedere
metuens, ne hoc impedimentum foret nõ illis, ſed quibuſdam in hac ciui-
tate. Ferè enim ſolent pleriq; homines non actis, ſed agentibus inuidere: «
poſtq; & ſuperiore anno hoſce ad me ſermones fecerũt illorum præfecti.
Et tunc licebat uobis à negocijs liberari: ſed ego metuebam, ne huius ciui
tatis quidam difficulter & moroſè ferrent, ut ego ea conficerem: ideo &
nunc quodammodo uolens fui tardior. Quæcunq; igitur & per me & per

alios confici poſſunt ciuitati, ea ego illis malo committi: ut ne quis aduerſetur, neq; contriſtetur tortus inuidia. Quæcunq; autem difficulter ab alio huius ciuitatis confici poſſunt, fortè uerò & nimis difficilia ſunt, ad ea me ſemper exiſtimate intento fore animo, dum ſpirauero. Quin etiã quiſquis ad negocia ciuitatis alacris fuerit, atq; aliquid uobis commodi adferre poterit, me primum habebit teſtimonium perhibentem, & cooperantem. Atq; idipſum negocium quod rectè adminiſtratur, multo libentius laudauero, promptiusq;, alio agẽte, quàm ſi ipſe conſuluiſſem. Neq; enim magni fieri cupiens, neq; laudantibus indigens, neque cupiditate gloriæ, ſed beneuolentia erga uos, uolo fieri aliquid quod cõueniat. Et deos precor omnes, ſeneſcens ut quamplurimos uideam, me longè magis idoneos ut commodent ciuitati. Et nunc pro his laudo & magiſtratum, & qui hoc conſilium dedit. Omnes enim (ut breuiter dicam) inimicitiæ, omnéque diſsidium, cum quolibet ſuſceptum, operoſum eſt et difficile, tam ciuitati quàm priuato, quoquo modo etiam ſint affecti. Imbecilles enim multa eſt occaſio redarguere atq; humiliare, ad ea quæ prius habent mala: bea-

Diſsidiũ omne & ciuitati & priuato operoſum.

» tis autem moleſtiam exhibere, perturbareq; illorum animum. Vnde qui
» ſapiunt, malunt mediocribus potiri, aliqua concedentes: quàm ualde ac-
» curatè adhærere iuribus, & pro re quauis contendentes, nulliq; nihil ce-
» dentes, ſemper quoſdam habere inſidiantes, bellumq; inferentes, atq; nſe
» quidem felicitatibus inuidentes, quantumq; facere poſſunt ſeſe impedi-
» mento obijcientes: nũc uerò, ſi quod accidat detrimentum (multa autem,

ut inter homines, accidunt) gaudentes & aggredientes. Nõ enim homo ullus eſt ita imbecillis aut inualidus natura, qui nõ nanciſcat opportunitatẽ ad inimicitias odiumq; demõſtrandũ, uel per ſe, uel cũ alijs, uel ſermonẽ aliquem dicendum qui prorſus ægritudine afficiat, negociumq; concinnandum damnoſum. Neq; enim morbus ullus ita non ab habentibus ſentitur, ut nunquam obſit, neq; ulli impedimento ſit actioni, ſed uel uigilanti uel ambulanti obſtat: & tametſi nõ uehementer corporis fatigat robur, in lectum tamen eum comitatur, & diſtrahit atque corrumpit ſomnum. Sic ego aio nunquã prodeſſe, odio haberi et contendere, ne maximæ quidem ciuitati cum minimo uico: nedum cum hominibus paruam inhabitantibus ciuitatem, remq; publicam habentibus peculiarem, & apud præſides honorem quendam aut potentiam, ſi ſe gerant moderatè. (Oportet enim uos audire uera, & nõ moleſtè ferre, ſi quis alios laudans uobis proſit) & quod maximum eſt, cum finitimis & uicinis, & tantum non ſingulis diebus inter uos uerſantibus: cum quòd plurimis nuptiarum uobiſcũ commertia ſint, tum quòd ciues quidam & ferè potentiſsimi apud uos, apud illos honorem ſunt conſecuti. Quomodo credendum eſt, haſce inimicitias iucundas & innoxias eſſe? Et nemo me hoc dicere ſuſpicetur, quòd prorſus ſuccumbere oporteat, atq; illis nihil æqui decernentibus, neque moderati, eos rogare et obſecrare: uerùm quum ipſi decernant, promptiq; ſint ad amicitiam, ut uos ad eam feramini promptiores, quodq; cõtentionem ex diſsidio ortam ad hoc trãsferre multo honeſtius ſit, quo nos quàm illi æquiore mente præditi uideamur, magisq; pecuniam pluraq; haben-

» di cupiditatem contemnere. Non enim ita turpe eſt in operibus odioſis
» ſuperari, atq; herclè in factis inimicis, ut in mediocritatis humanitatisq;
» officijs. Qui enim in illis ſuperatur, in opinionem uenire ſolet quòd ſit in-
» firmior: qui uerò in his, quòd ſit improbus & contentioſus. Quanto ergo
» melius eſt infirmum uideri, quàm prauum: tanto etiam melius eſt, poſte-

riores eſſe ad pugnandum, quàm ad reconciliandum. Meritò autem mihi

attenderetis

attẽderetis animum magis quàm aliȷs, fortè quidem & aliud, illud autem præcipuè conſiderantes, quòd mea priuatim nihil referat: neque uexatio-nem aliquam, neq; ſumptum mei ipſius recuſans, propterea negligam id quod uos deceat. Quod me enim non ſitis turbaturi nolentem, neq; iuſſu-ri ut peregrinationem ſuſcipiam, ut qui iam multum temporis apud uos uerſatus ſim, perſpicuè noui. Quumq; alioqui minimè ſim ocioſus, uobis conducere puto, ut neq; hoc modo peregrinationem ſuſcipiam. Sed quod dixi, ſatius puto omnibus hominibus, non uobis ſolum, neq; ſuſcipere fa-cilè inimicitias nõ admodũ neceſſarias: & ſi quę prius exiſtunt, deponere quouis pacto ſi fieri poſsit: damnũ ex diſsidio maius exiſtimãtes, detrimẽ-to ob cõpoſitionẽ accepto. Omnis enim (ut aiunt) pax melior bello: atq; o-mnis amicitia lõgè melior utiliorq; mente præditis ꝙ inimicitiæ, & priua-tim domibus, & publicè ciuitatibus. Quippe pax atq; cõcordia utentib. ſe

Pax omnis bello melior.

nihil unquã nocuerunt: inimicitiæ uerò & contentio, mirum ſi non irrecu- “
perabilia & maxima dederunt dãna. Et concordiæ quidẽ & nomen plauſi- “
bile, & experiẽtia optima iuxtà & utiliſsima eſt omnibus: ſeditionis aũt et “
diſsidiȷ, tetrica quidem & moleſta appellàtio eſt. multo autem peiora ſunt “
facta, magiſq; tetrica. Etenim dicere contingit & audire multa moleſta, “
& multa quæ nolis & facere & pati. Diſsidium autem tam propinquorũ, “
atq; tam finitimorum odium, nihil aliud eſſe uidetur quàm unius ſeditio “
ciuitatis, ubi & nuptiarum multis eſt & commerciorum ſocietas, atq; alte- “
ri ueniunt ad alteros propemodum ſingulis diebus, & ſunt cognati inter ſe & familiares, hoſpitesq; quodammodo omnes. Propè autem habitans ciuitas hoſtilis atq; inimica, triſtis omnino res eſt, & inſociabilis: quem-admodum beneuola & amica, commoda atq; chara res eſt. Cogitate autẽ, quanto iucundius ſit peregrinari ad in propinquo habitantes, familiari-ter & non hoſtiliter affectos: quantoq; melius hoſpites aduenientes ſuſci-pere, abſq; ſuſpicione. Atq; in communibus conuentibus, & deorum fe-riȷs & ſpectaculis, quanto melius modeſtiusq; ſit inter ſe miſceri ſacrificã-tes, ſimulq; precari, quam è diuerſo deuouere atq; malè dicere. Acclama-tiones autem utriuſq; multitudinis in ſtadiȷs & theatris, quantum diffe-rant cum laude factæ, multoq; fauore, ab iȷs quæ cum odio atq; conuiciȷs? Non enim hoc eſt moderatorum hominum, neq; ciuitatum honeſtarum: ſed magis inhoneſtarum meretricum, quas ex utriuſq; ędibus nihil pudet quodlibet uerbum ſcurrile dicere, ut ait Homerus:

Vrbium inter ſe uicinarum diſsidia cuiuſmodi.

Quæ lite incenſæ magna pectusq; uorante,
Mutuò iurgantur ſæuè, ad mediumq; feruntur
Vſq; forum celeres, iactantes plurima uera,
Falſaq; multa ſimul: iubet autem hoc feruida bilis.

Iliad. v.

Quanti autem æſtimandum, hæc non pati? Quanto uerò pluris, non facere? Quæ autem tanta eſſe queat pecuniarũ copia, aut regionis magni-tudo, pro qua non conueniat hominibus mente prędîtis, comparare quo-tidianum fauorem, ut decenter quidem ludi ſpectarentur, promptè uerò peregrinatio ſuſciperetur? Quin etiã ea quæ ſunt in regione, & quæ ſunt in mari, quęq; ſunt in montibus, ſemper uos in idem loci congregant, atq; nolentes etiam cogunt mutua habere cõmercia. Illi enim indigẽt materia quæ apud nos eſt, aliȷſq; multis: & nos haud quimus per aliũ portum nec inferre nec efferre, quæ apud nos proueniunt. Quo pacto igitur non o-mnium infortunatiſsimum ſit, emere unumquemq; ab hominibus non a-micis, uenundareq; oſoribus, naues applicare apud grauatè excipientes, ſuſcipere conuiciantes, conuiuia; interdum agere cum alieniſsimis: & ſi

quis nauē inſcendat, manifeſte ſcire, quòd & à gubernatore et nautis deuoueatur? Quòd autem omnium iniucundiſsimum eſt, ſemper inimicos uidere præ oculis, & nauigantes, & iter facientes: atque hos ſemper plurimos in uijs occurrere, prauum & moleſtum ſignum eſt: ut prorſus neceſſe ſit prætereuntes uel dicere, uel audire quòd mordeat. Itaque ſæpenumero mecum cogitaui hominum ruditatem, corruptionemq́;, quòd peioribus ſint animis quàm ignobiliſsima uiliſsimaq́; animalia. Homines enim frequenter, quum mutuò ſe conueniunt, pugnantes conuiciantéſque recedunt. Formicæ autem ita denſæ ambulantes, nunquam uexant ſe mutuò, ſed ualde manſuetè conueniunt, prætereuntq́;, & ſuccurrunt inuicem. Et quidem, quod nunc accidit circa noſtram ciuitatem, reuera ſanè multos tangit, uellicatq́; alios omnes: quòd cauſas uos ſuſcipiatis, eáſque apud uos neceſſe ſit iudicari: oportet autem propter hóc magis humaniter agere, neque facere uoſmetipſos inuidioſos. Deinde legati ad hoc delecti negocium, unde diſcedent, nónne illinc? Nónne ab inimiciſsimis huc appellent nauigantes? portúque utentur inimicæ ciuitatis? An illis circumeundum erit, quaſi ſæuum ſit & inuium mare nobis propinquum? Ego enim, ut & antea dixi, diſsidentibus cum uicinis hæc difficiliora grauioráque puto, quàm auferre arma, & incurrere in regionem, aut machinas mœnibus admouere, aut excindere arbores, aut fructibus ignem immittere. Hæc enim quum (ut opinor) acerba ſint, omni tamen ex parte acerbius eſt id quod ex inimicitijs atque odijs prouenit. Neque enim apparet, hac ex re quicquam utile aut bonum unquam proueniſſe. Inimicitiarum ſiquidem fructus ab omni parte amariſsimus & acerbiſsimus eſt: ſicuti opinor è diuerſo, beneuolentiæ iucundiſsimus atque utiliſsimus.

Hominū inter ſe immanitas atq; ferocia.

Inimicitiarum fructus, & cōtrà beneuolentiæ.

„ Nunquam enim cedere, neq; locum dare proximo (dico autem, abſq; tur„ pitudine: neq; eò, ut quę nanciſcaris ipſe, alijs dimittas) non uirile eſt, ſicu„ ti putant quidam: neq; magni animi, ſed ſtultum & agreſte. Non uidetis „ uniuerſi cœli, & quæ in eo ſunt diuinorum beatorumq; ſempiternum ordinem atq; concordiam, moderationemq́;, qua neq; pulchrius neq; grauius quicquam excogitari poteſt? Ad hæc, elementorum quæ dicuntur, aeris & terræ, aquæ & ignis tutam atq; æquam per ſecula harmoniam, qua eum beneuolentia & mediocritate perdurare ſoleant ſalua, ſaluentq́; omnem mundum? Animaduertite enim, etiamſi quibuſdam hæc oratio de ſublimibus eſſe uideatur, neq; omnino ad ueſtrum affectum compoſita, quòd ea quum ſint incorruptibilia & diuina, & primi maximiq́; Dei conſilio & potentia omne tempus gubernentur, ex mutua amicitia cōcordiaq́; ſaluari ament: tametſi partim ſint fortiora maioraq́;, partim uerò minora uideantur. Hac autem ſocietate conuulſa, ſuperuenienteq́; ſeditione, non ita interitus corruptioniſq́; expers illorum eſt natura, ut non conturbentur, & immenſam atque incredibilem (ut aiunt) ſuſtineant corruptionem, ab exiſtente in non exiſtens. Quæ enim apud ſapientes nominatur uiolentia ætheris, in quo regia maximéque propria animæ & potentiæ uis eſt, quem non fugiunt ignem nominare, frequenter terminóque definito & leniter naſcentē in quibuſdam conſtitutis temporibus cum omni amicitia concordiaq́; uidemus. Aliorum autem cupiditas & diſsidium iniquè exortum, in extremo interitus periculo eſt: qui uniuerſis nunquam continget, eo quòd inter ea ſumma pax et iuſticia exiſtat, omniaq́; ubique ſeruiant correſpondeatq́; ſibi, æquiſsimæ obedientia legi, cedentiaq́;. Nō uidetis, nunc quidem ſolem nocti excedere, dareq́; oriendi locum obſcurioribus aſtris: nunc autem lunæ permittere, ut omnem terram illuminet,

Cœleſtium corporum & elementorum inter ſe harmonia.

Aſtrorū inter ſe mutuò concordia.

in defe.

ſin defectu luminis melioris? Nūc uerò ſidera locum dare ſoli, neq; arbitra
ri ſe quicquā pati, aut perdi, propter illius Dei potentiā? Nūc aūt ſolē me
dio interdū die tenebris obſcurari, luna intercedēte, cui ipſe lumen mini-
ſtrat: quin etiā ſæpe ab infirmiſsimis nubeculis abſcondi, aut aliqua rara
circa lacus & flumina nebula ſtāte, interdū omnino excludi, interdū uerò
infirmū tenuemq; radium tranſmittere? Ad hæc nō uidetis errantes ſtel- *Planetæ.*
las irrequieta incedere chorea, & nūquam ſibi inuicē eſſe impedimento?
Rurſus ad hæc, terra quidem infimam ſortita regionem, ſubtus manet, tan
quam nauis ſuſtentaculum. aqua uerò circa hanc diffuſa eſt: ſuper autem *Terra.* *Aqua.*
ambabus aer mollis tacitusq; uehitur: æther autem ſupremum obtinet *Aer.*
locum, omniaq; complectitur, diuino igne in circuitu ſuper ea circumcur *Aether.*
rente? Et hæc quidem ita robuſta & magna, ſocietatem inter ſe mutuam
habent, aguntq; ſine inimicitijs: parua uerò ita oppidula, uilium hominū,
gentesq; imbecilles in terræ particula habitantes, non poſſunt quieſcere,
neq; citra tumultum ſibi eſſe uicinæ? At uolucres prope inter ſe nidos con
ſtruentes, non mutuò inſidiantur, neq; diſsident pro eſca: neq; formi-
cæ foramina inter ſe propinqua habentes, ex eademq; area ſæpe frumenta
inferentes, inter ſe pugnant, ſed cedunt mutuò, eq; uijs diuertunt, ſimulq;
operantur frequenter. Neq; plura apum examina unum et idem depaſcen
tia pratum, neglectis operibus, pro florum rore diſsident. Quinetiam ar-
menta boum equorumq; permixta ſæpe, abſq; tumultu & manſuetè pa-
ſcuntur, ut unum ex ambobus armentum uideatur. Præterea caprarum
& ouium commixtæ greges in paſcuis, totumq; paſti diem, facilè & man-
ſuetè à paſtoribus diſcernūtur. Porrò homines pecoribus & beſtijs, ut ap-
paret, peiores ſunt, quòd ad amicitiam attinet, mutuamq; ſocietatē. Quæ
enim natura fecit beneuolentiæ cauſa, ea uidere licet inimicitiarū odijq;
facta eſſe ſeminaria.

AD APAMENSES, DE CONCORDIA. XLI.

QVOD uos quidem (ô ſenatores, alijq; qui adeſtis mo-
deſtiſsimi uiri) manſuetè erga me & amicè affecti ſitis,
ſatis mihi uideor intelligere. Nam & mihi ipſi conſci-
us ſum, quòd ueſtram magni fecerim beneuolentiam,
& nunquam quicquam contrarium neque dixerim ne-
que fecerim: & uos, ſimulac adueni, me publicè decre-
to honoraſtis, legatis miſsis qui reditum gratularen-
tur, obſecrarentque peregrinari ad uos. Et fortaſſe nihil feciſtis admirabi-
le. Non enim ſolum reliquæ ciuitates, uerùm etiam plurimæ ferè eiuſdem
uobiſcum dignitatis, in quibus fui, & ciuitates & ſenatus primorûmque
me nihil rogantem honorum fecerunt participem: non inutilem forſan
exiſtimantes, neque honore indignum. Veſtrum autem factum non eſt
alienum, ſed quaſi ex patriæ beneuolentia gratiáque profectum, ſuum ho
norantis ciuem. Quòd autem quidam ſunt apud uos, ſicut & in huius ci-
uitatis populo, qui non ualde propter me lætentur: non admiror, propter
ciuitatum ſimultatem. Proinde liquidè noui, quòd neque illic omnes ci-
ues placare poſsim: ſed quoſdam propter hoc ipſum mihi iratos, quòd ni-
mis uidear ciuitatis amans, propenſiq; in eam animi. Oportet autem hu
manum & modeſtum hominem, & hanc ſuis ciuibus concedere pote-
ſtatem. Non licere enim in ciuitate cuiquam uni contradicere, neque
reprehendere, etiamſi omnia bene gerere uideatur, non popularis eſt
gubernationis, neque humanum: ſed magis ſolet hoc accidere tyrannis,

quàm benefactoribus. Si igitur aliqui ſunt erga me moroſè affecti, illis
ego maximè credo. Manifeſtum enim, quòd ideo ita ſint affecti, quòd
me exiſtiment meam ipſius patriam amare, omníque pacto auctam uelle.
Si ergo fuerint perſuaſi, quòd & iſtam meam putem patriam, próque ea
facere quicquid poſſum, propenſus ſim, facilè mutabuntur: méque a-
Patriæ amor. mabunt, ſicut & alios. Quòd patriam ſanè plus quàm alij omnes amem,
non eo inficias. Quæro autem illud, an hòc iniqui prauiꝗ uiri eſſe putent,
talémque ciuem apud ipſos eſſe nolint? Quapropter licet uobis & me
habere ciuem abſque ſuſpicione, alioſꝗ quicunque optimi ſunt. Et pro-
pter hoc ipſum mihi iuſtius credere poſſetis. Quicunque enim ingra-
tus eſt erga naturales parentes, pius eſſe non poterit erga adoptantes
ipſum. Qui uerò diligunt eos ex quibus ſunt procreati, nunquam illi gra
tiam rependere negligent parentibus adoptantibus. Naturæ enim benefi
cium, abſꝗ præmeditatione datur: gratiæ autem, eſt uoluntarium. Sum e-
quidem ciuis utrorumꝗ, ſed illis me quidem gratiam habere non oportet
hanc ob rem, uobis aũt ut benefactoribus gratiam referre æquum eſt. Nã
ueſtrã propter beneuolentiã atꝗ donum ciuitatis ſum particeps. Cæterũ
quicunꝗ ciuitatem ipſi ſunt adepti, humanitatẽ tantũ perceperunt dono:
neceſſarium aũt illud à natura illis non adeſt. Mihi aũt utraꝗ adſunt. Auus
enĩ meus cũ matre mea, ab hoc imperatore cuius erat amicus, ſimul Roma
nam ciuitatẽ & ueſtrã adeptus eſt, pater aũt à uobis: ita & beneficio & ge-
nere ueſter ſum ciuis. Lõgius aũt ꝙ duobus gradibus genus quęrere, ne-
quaquã humanũ eſt. Nemo enim ita uerum ex ulla reperturus eſt ciuitate.
Quinetiam meorũ liberorum hęc patria magis eſt. Neceſſarium igitur eſt,
ut liberi patrem ſequantur: multo uerò iucundius, ut pater liberos ſequa-
tur. Ob hæc ergo uobis beneuolus ſum, ciuiſꝗ animũ gero: idꝗ clarè iam
demonſtraui. Quũ enim ciuitatibus inſtaret contentio, & patria admodũ
quidẽ uereretur inuitum me perturbare, ualde autẽ cuperet ut negociũ
ſuſciperem, hucꝗ me honoribus prouocaret, in hoc uno nõ obediui, nihil
alioqui illius gratia nõ facturus: neꝗ minus fortaſſe ꝙ alij ualẽs efficere,
quũ & amici mihi ſint nõ pauci, neꝗ impotẽtes (ne quid inuidioſum dicã,
& qđ quoſdã cõtriſtet) præterea neꝗ iter fugiẽs facere, quãdo me oporte
ret etiam aliò proficiſci. Quũ ergo hæc ita ſint, abſtinui à negocio, nõ illos
deſtituẽs, ſed ueritus uos, meꝗ putãs utiliorẽ fore et illis & uobis, ſi poſ-
ſem ciuitates facere amicas, liberarẽꝗ priorib. à quæſtionibus, inꝗ poſte-
rum exhortarer ad cõcordiã. Hoc enim in primis optimũ & cõmodiſsimũ
eſt, non ſolũ æqualib. inter ipſos, ſed & ſuperioribus erga inferiores. No-
ui equidẽ quàm difficile ſit cõtentionẽ ex hominib. auferre, pręſertim lon
go tẽpore nutritã: quemadmodũ à longo tẽpore agnatum morbũ haud fa
cile eſt à corpore repellere, maximè ſi quis abſꝗ dolorib. curare uelit. Atta
men ciuitatis morib. credo, exiſtimans minimè eſſe duros & agreſtes, ſed
uerè germanos, dignoſꝗ humaniſsimis uiris, beataꝗ ciuitate, à qua huc
miſsi eſtis, amici iã ad amicos hac in ciuitate habitãtes: quæ tantũ felicita
te potẽtiaꝗ alios ſuperat homines, & plus etiam excellit ęquitate humani
tateꝗ, cùm quòd largiter impertit & ciuitatẽ & leges & magiſtratus, ni-
hil alienum exiſtimans in dignitatibus, tum quòd ſimiliter omnibus ius
cuſtodit ſuum. Eam conuenit ut uos imitemini, manſuetiꝗ atque magna-
Propinquarũ nimi appareatis, & id erga tam propè habitantes, & contubernales ferè,
inter ſe urbiũ non ſæuos neque ſuperbos uicinos, quibus cum uobis & nuptiæ ſunt
amicitia. cõmunes & liberi, & res publicæ, deorumꝗ ſacrificia, & conuentus & ſpe
ctacula, ſimúlque in eodem ludo docemini priuatim, & conuiuia agitis,
uoſꝗ

uosꝗ inuicem ſuſcipitis, plurimumꝗ temporis inuicem conuerſamini, & propemodũ unus eſtis populus, unaꝗ ciuitas, in nõ lõgo interuallo. Hęc igitur plures iſthinc & ciues fecit, ſenatusꝗ fecit participes, adꝗ gerẽdos apud nos magiſtratus non eſtis excluſi, nec non ad illorum honeſtorum quæ ciuitatis ſunt Romanæ ſocietatem eſtis admiſsi. Quomodo ergo par foret, priuatim quidem unumquenꝗ putare amicum, atꝗ honoribus affi cere: communiter autem ciuitatem inimicam exiſtimare, et uos illã, et illas ueſtram? Qui enim homines diligunt, cumꝗ his conuerſantur, ciuesꝗ fa ciunt, quid reſtat, niſi ut uel hunc oderint locum, aut (quod ne dicere qui dem fas eſt) à dijs odio habeantur? Atqui omnes inimicitiæ ad omnes, la borioſæ ſunt & difficiles. Nullus enim tam infirmus eſt inimicus, qui non contriſtarit nacta opportunitate etiam eum qui ualde uiſus eſt fortis, odiumꝗ oſtenderit aut ſermone moleſto, aut incommodo facto. Non enim eſt (ut ita dicam) unquam iucundus aut utilis odij fructus, ſed è diuerſo omnium triſtiſsimus atque acerbiſsimus: neque ullum onus ita graue nec laborioſum, ut inimicitias ferre. Felicitates enim perturbant, quum ſem per adſint: calamitates autem augent: eiꝗ qui alia re quapiã contriſtatus eſt, triſticiam duplicant: eosꝗ q ſunt felices, nõ ſinunt gaudere pro dignitate. Neceſſe eſt enim plebem à ſe inuicem quidem incendi, apud alios ue rò contemni, & authoritate nihil ualere, tum quòd illis ſint aduerſarij, tum quòd imprudentes & contentioſos putent. Amicitia autem & concordia nihil pulchrius, neꝗ diuinius, et uiro erga uirum, et ciuitati erga priuatũ. Qui enim decentius poſsident bona, quàm amici, qui una opera ſimul ſibi acquirunt? Qui uerò effugiunt mala facilius, quàm quibus amici ferũt auxilium? Quos minus attingunt moleſta, quàm qui habẽt condolentes, unaꝗ cum illis ſufferentes? Quibus iucundius eſt felicitate frui, quàm qui non modò ſemetipſos, uerùm etiam alios ſua felicitate lætificant? Itaque ego illum hominem ne felicem quidem dixerim, qui neminem habe at unà uoluptate fruentem. Quis cooperarius, quiſue conſiliarius indigentibus melior, quàm amicus fortunatus? Hic enim conſiliarius ferè non ſolum optimi nominis eſt, ſed & utiliſsimus, & quem libenter con ueniat homo beneuolus. Quæ autem ſunt odij atꝗ inimicitiarum, ubiꝗ moleſta ſunt, & grauia. Grauis eſt in rebus ſerijs, grauis & in lætícia, præ ſens inimicus, moleſtus uidentibus, moleſtus quoꝗ recordantibus, expe rientibus uerò longè omnium damnoſiſsimus.

Inimicitia omnes inter ſe laborioſe.

Odij fructus ſemper iniucundus.

Amicitia et cõcordia nihil pulchrius.

DISPVTATIO IN PATRIA. XLII.

QVID'NAM uos cogitetis de me, deꝗ mea ſiue ſapiẽtia, ſiue inſcitia, conijcere non poſſum: utrum reuera concupiſcatis orationes, tanquam audituri quiddam admirandum, & quale haud ab alio huius ſeculi audiatur: an è di uerſo, tanquam redarguturi, & oſtenſuri me nihil magnum neꝗ ſtudio dignum nouiſſe. Si quidem ita affecti eſtis, confidenter memet uobis præbeo, ut deſideriũ expleatis: ſin minus, contrariam pertimeſco opinionem, ne fortè audito me, deinde non iurè me contemnatis, quòd non ipſi in recta de me fueritis opi nione. Nũquam enim ego hoc cuiquam pollicitus ſum, quòd facultatem habeam dicendi aut ſapiendi, aut plus aliquid cognoſcam quàm uulgus: ſed pro hoc ipſo depugnantem, rogantibusꝗ contradicentem, deinde me ad dicendum impellunt, & multi hoc ipſum eloquentiæ oſtenſionem exiſtimarunt.

ſtimarunt. Attamen & ipſe aliorum, atq; aliam ſumo uiam. Quando enim
in meipſum reſpicio, meamq; ipſius in omnibus quidem ſimpliciter inſci-
tiam, maximè uerò circa facultatem dicendi, animaduerto me plebeium
eſſe, & in poſterũ plebeiã uitam uicturum ſtatuo: quando autem frequen
tantes & obſecrantes intueor, ſuſpicari cogor, num quid in meis oratio-
Elegans ſimi- nibus ſtudio ſit dignũ, q̃ me lateat: idemq; mihi accidat quod quibuſdam
ludo. animalibus, quę hominibus quũ ſint uſui, & quandã habeant in ſe uirtutẽ
ad morborũ medelã, ſiue ex felle, aut ſanguine, aut adipe, aut pilis, neſciũt:
homines aũt qui ſciunt, ea perſequũtur, omniq; conant̃ pacto cõprehende
re, non carnium, ſed illius uirtutis gratia. Num ergo & me interdum dice-
re cogant, non indigentes oratione, ſed alia re quapiam. Non enim illud
ſuſpicari poſſum, quòd ideo me frequentent, quòd orationes meas igno-
rent, & nunquã audierint: quemadmodum, uerbi gratia, multi multa pro-
pter ignorationem concupiſcunt. Omnes enim (ut ita dicam) meas ora-
tiones ſciunt, ſecumq; in diuerſas partes ferunt, alius aliò: quemadmodũ
uilia cantica pueri in ciuitatibus ad ueſperam canũt, measq; orationes fe-
rè omnes inuicem recitant, non ut habitæ ſunt, ſed faciunt etiam meliores
pro ſua uirtute, partim data opera corrigẽtes: manifeſtumq; eſt, quòd eru
beſcentes taliũ meminiſſe, mutant, trãſponuntq; multa et meliora: partim
uerò fortaſſe inuiti, eo quòd nõ perfectè meminerint: ita ut nec obolo am
plius, ſicut quidam dixit locuples, ex foro mea ſapientia emeretur, ſed in-
clinantes ſe hunc tollant. Propemodum igitur tale quid meis orationibus
Tegula Tene- accidit, quale tegulæ Tenediæ. Nam & illinc quicũq; præternauigat, in-
dia. ijcit tegulam. nemo autem integram facilè adfert: ſed multi debilem factã,
aut confractam: fugitq; eos, quòd teſtam duntaxat habeant.

POLITICA, IN PATRIA. XLIIII.

LYDO (aiunt) negocia non erant: is uerò egrediens emit.
Proinde Lydus quidem iure negocia habebat, quum ipſe
concupiuiſſet. Ego uerò non cõcupiſcens negocia habeo,
ab hominibus inualidis & inuidis, ob nihil aliud, quàm
quòd uideor amare uos. Et partim quidem beneficijs affe-
ci patriam, primisq; eam æqualẽ effeci, honoris gratia: par
tim autem poſtea afficiam, Deo dante. Atq; hoc dixi, nõ alioqui arrogan
tiæ ſtudens (ipſi enim ſcitis, me horum in tot orationibus quas habui a-
pud uos, nunquam meminiſſe) ſed ulciſcens eos qui pariter mihi uobisq;
inuident: ut ſi fieri poſsit, dirimpantur, quod toti ciuitati commodiſsimũ
eſt: ſin minus, ut magis doleant. Quòd autem illi malè erga me ſint affecti,
ergaq; ciuitatem, ipſi teſtes eſtis, ſi uolueritis meminiſſe & eorum qui uos
amant, & qui oderunt: quanquam humanius mecum agunt, quàm uobi-
ſcum. Me enim hic accuſant, uos autem pro tribunali. Quare ſi Græcani-
cis, ut ſolitus, uidear uti exemplis, nolite me deridere. Non enim deſpicio
patriam, neque puto uos talia intelligere nõ poſſe: neq; ineruditum puto
populum, neq; ſenatum. maximè autem uos mores habere uolo Græcani-
cos, & neq; ingratos, neq; imprudentes. Sin minus, haud malum erit hu-
iuſcemodi audire orationes, ex quibus meliores reddi poſſe uideamini.
Quod igitur illud eſt exemplum? Fuit quidam homo Thebis, dictus Epa
Epaminonda minondas. Is diligebat patriam maximè præ cæteris: acceptisq; opportu-
Thebani in pa nitatibus, quales tunc erant, multis magnisq; eam affecit beneficijs. Pro ti
triam amor. midis enim & inualidis, aliorumq; imperio ſubiectis, primos effecit inter.
Græcos,

Græcos, utꝗ pro principatu concertarent. Tunc enim ea erant poſsibi-
lia. nunc autem alia ſunt tempora: niſi quòd ad beneuolentiam proditio-
nemꝗ attinet, ſemper ſunt eadẽ. Similes enim proditores & ſycophantæ,
& qui omnia facerent contra ciues, etiã tunc erant in ciuitatibus. Et nunc
ſunt amantes patriæ, & qui ciues ſuos nihil mali uelint ſuſtinere, quiꝗ pa
trias augere ſuas contendant: tunc quidem multa et magna facientes, nũc
uerò minora ualẽtes facere bona. Ille igitur Epaminondas à diſsimilibus
odio habebatur, erãtꝗ qui eũ calumnijs onerarent. Populus autem, ut po
pulus, ignorabat, et perſuadebatur. Et aliquando deſperatorum et ignobi
lium quidam, qui, dum ſeruiebat ciuitas, ſubꝗ tyranno erat, omnia cõtra
eam fecerat, in cõcione Epaminondã conuicijs inceſſebat, et multa & atro
cia dicebat. Omnis enim qui mentitur, non ut uerum dicat, quærit, quum
nihil ueri poſsit dicere, ſed ut atrox quiddam. Et ille ſurgẽs, de alijs qui-
dem nihil dixit, neꝗ defenſionem oppoſuit pro ulla re: tantũ uerò ad illũ,
(loquebatur aũt Bœoticè) At tibi quidem Ceres (inquit) irata ſit. Quo au
dito, Thebani lætati ſunt, riſeruntꝗ. Meritò uidelicet recordãtes, opinor,
illius erga populum beneuolentiã, & conuiciatoris calumnias. Ego ergo,
ſi quis dicat ad me quod me ſit indignũ, ſiuè palàm ſiuè figuratè, ut uideat
eſſe rhetor præſertim quũ nõ ſit, honeſtè & ipſe reſpondebo ei Epaminon
dæ reſponſionem. Bene aũt ſcitis, quòd hæc faciant, dicantꝗ, grauiter fe-
rentes meam peregrinationẽ, & propter nihil aliud. Neꝗ enim ulli ciuiũ
ſtruo inſidias, neꝗ argentũ à quoꝗ accipio, neꝗ tributa colligere prom-
ptus ſum in ueſtra regione, neꝗ in foro cuiꝗ appareo moleſtus: nõ enim
ſum rhetor. neꝗ dixi pro ullo, quàm pro uno homine infelici, quem prohi
bui à cognatis & tutoribus diſcerpi, qui literas ei antea ſubtraxerant, mul
taꝗ facultatum diripuerant, nouiſsimè etiam falſis opprimebant teſtimo-
nijs. Aliã autem nullam egi cauſam, ut ob nullam rem ulli ſim grauis. Ve-
rùm ut, ſi quando ſe tempus offerat, (quale quidam optant ſimiliter ut an-
tea, quale tamẽ nõ erit) ſed ſi ſe offerat, ne adſim populo, neúe à ſycophan
tis impetiti habeant qui excuſet, aut largè neceſſaria ſuppeditet. Et pro-
pter hoc grauiter me quidam fert, peregrè reuerſum. Nã et ſi plures eſſent,
quàm ſunt, nemo tamẽ magis contra me dicet. At ego loquendi libertatẽ
apud uos habeo, quantã nullus. Meam enim felicitatẽ uobis cõceſsi, infeli
citatis aũt ueſtræ factus ſum particeps. Et nũc oportet me peregrinari, nõ
ut prius, abſꝗ triſticia, quũ omnes me diligerẽt atꝗ admirarentur: ſed cũ
inimicitijs quorundã quãdoquidẽ ipſe nihil mali paſſus ſum: neꝗ eñ un-
quã meas boues abegerunt, neꝗ equos. Cæterũ nihil admiror præſentia
negocia: poſtꝗ & Socrates ille, cuius ſæpe facio mentionẽ, ſub imperio
quidẽ triginta tyrannorũ, egit omnia pro populo, et nullius mali fuit par-
ticeps: ſed etiã miſſus ab illis ad Leontem Salaminiũ, non obediuit. & ty
rannos palàm conuicijs impetebat, dicens eos ſimiles eſſe malis bubulcis,
qui acceptas fortes boues & multas, paucas & infirmiores redderent: atta
men à populo poſtea feliciter agẽte, ob quẽ ille periclitatus erat, ſycophan
tis quibuſdã eum calumniantib. morte dãnatus eſt. Erat aũt accuſator Me
litus, ſtolidus homo & ſycophãta. Iniuriã facit (inquit) Socrates, iuuenes
corrũpens, deosꝗ quos ciuitas colit nõ colens, alia aũt noua introducens
dæmonia. Propemodum ea ipſa, quibus contraria faciebat Socrates. Co-
luit enim Deos ut nemo alius, carmenꝗ laudatorium fecit in Apollinem
& Dianam, hoc nempe quod ego nunc cano: & iuuenes uetabat corrum-
pi. neꝗ hoc ſolum, ſed & ſeniores uituperabat, obijciebatꝗ illis, ſi quis in-
explebilis & libidinioſus erat: aut res ciuitatis precio adminiſtrabat, hos

Epaminondæ benignũ ad calumniatorem reſponſum.

Socratis damnatio.

quidem abſoluens pro argento, illos autem calumnijs onerans, quiq; miſeros inſulares prædæ habebat prætextu tributorum, aut militũ recenſiones, quemadmodũ apud uos faciunt quidã. Propterea odio eũ habentes, dixerũt iuuenes corrumpere. Mea aũt accuſatio maior, & generoſior ferè eſt, & coryphæa quædã, ut uidetur. Iniuriã facit Dion, quòd deos quidem non colit, neq; ſacrificijs neq; hymnis, ſoluitq; dies feſtos patriæ: quodq; perſuaſit prauo præſidi, ut populũ tormentis afficeret, eijceretq; quàm plurimos: quoſdã uerò etiam occideret, præbens illis neceſsitatẽ, ut ſibi mortem ipſi conſciſcerent, eo quòd nõ poſſent iam ſenes fugere, neq; ſuſtinere ut patriam relinquerent: quodq; colludit & nunc in omnibus cũ tyrannidem agente in deos, & ut ille bene certet, ſummisq; uiribus recipiat ciuitates: & quòd populares gubernationes confirmat, quantũ ſuæ facultatis eſt confirmare: & quòd etiam populum corrumpit, ipſeq; urget accuſator, & ſuis uerbis & lingua iniquè aduerſus ciues agit, & tribules: multaq; alia facit, quæ erubeſco ſingula dicere, prauũ uerò exemplum ſemetipſum præbet, & iunioribus & ſenioribus, egeſtatis & cibi & incredulitatis: & quòd decimat multitudinem, ut nemo ipſi obijciat quæ tunc facta ſunt, ſed odij & inſidiarum obliuiſcantur. Age iam ad hæc reſpondebo, uiri Prytaneis: & poſtquam audieritis, ſi uobis uidetur, condemnate me: nã & Socratem antea auditum, Athenienſes condemnauerunt.

Dion calũnijs à ſuis impetitus, Socraticis grauioribus.

ORATIO BENEVOLENTIAE DEMONSTRATIVA *erga patriam, honores ſibi decernentem.* XLIIII.

MIHI, ô ciues, neq; conſpectus iucundior eſt ueſtro, neq; uox acceptior: neq; maiores uſquã honores mihi uelim, quàm qui hîc ſunt: neq; ulla mihi laus ſplẽdidior, quàm quæ à uobis proficiſcitur: atq; etiamſi me Græci uniuerſi, & cum his Romanorũ populus admirarentur atq; laudarent, nõ ita animus lætificaretur meus. Nam quũ reuera multa ſapiẽter & diuinè dixerit Homerus, nihil tamẽ dixit ſapientius hac ſententia, neq; uerius, quòd nihil patria dulcius ſit. Bene ſiquidem noſtis, quòd honores habeo omnes, & quos nunc introduxiſtis, & ſi qui alij ſunt in ueſtra ſiti beneuolentia, amicitiaq;: & ego nulla re alia indigeo. Hoc enim homini ſufficit humano, ut diligatur à ſuis ciuib. Et qui hoc obtinet, quid ille ultra indigeret imaginib. aut præconijs, aut primæ honore ſedis, aut ut auro compactus ſtet in illuſtriſsimis templis? Vnum enim uerbũ ex beneuolẽtia dictũ, atq; amicitia, pluris eſt, quàm uniuerſum inter homines aurũ & coronæ, & alia omnia quæ ſplendida habentur. Quare aſcultate mihi, atq; ita facite. Si uerò prorſus & tales me quoſdam honores habere oportet, multi mihi et alij ſunt apud uos: partim quidem patris mei, quibus eum ut bonũ uirũ honoraſtis, quiq; quoad uixit iuſtè præfuit huic ciuitati: partim aũt matris, cui uos ſtatuam erexiſtis, & templũ: partim quoq; auorum & aliorum maiorũ, præterea & fratrum, aliorumq; cognatorum. Quippe multæ ſtatuæ & publicæ ſepulturę, et certamina ſepulchralia, aliaq; multa honorabilia illis ab hac ciuitate obtigerunt: quorũ nullius ego oblitus ſum, ſed in memoria quantũ fieri poteſt, maximè habeo, meq; pro ijs ipſe uobis gratiã debere puto: deosq; rogo, ut ſoluendo ſiam. Multis quidẽ ſcio & illos fuiſſe dignos, & iure omnia eſſe nactos: attamen ciuitas in omnibus modũ exceſsit. Etenim quæcunq; non potuerũt, licet uellent, efficere, propter fortunã aliquã, pro ijs tamen gratiã illis patria retulit. Auus ſanè meus, ſi pluſculũ temporis fruitus eſſet amicitia huius Imperatoris, & non omnino breue illud fuiſſet tempus, cogitabat

Patria nihil dulcius.

Hominum „ erga ſe be „ neuolentia „ omni auro præſtantior.

gitabat, ut aiunt, libertatẽ ciuitati impetrare: & iam de hoc fecerat orationem. Non aũt deſperandum eſt, donec bonos munificosq; ciuitas uiros feret, quales & nunc ſunt. Ego enim, quũ in multis fuerim ciuitatibus, haud uiros ſcio meliores, quàm apud uos. Dicerem aũt amplius de ſingulis, niſi ferè omnes mei eſſent cognati, eosq; laudib. cunctarer euehere, & tanquã conuiuiũ illis pro honoribus in me collatis repẽdere. Audiui enim & hoſce, licet admodũ pudore perfuſus: attamẽ propter illorum uituperatores, admiror uirorũ animos inuidia uacuos, meiq; ſtudioſos: præterea etiã ſummam dicendi facultatem. Non mirũ, ſi patriam ego talem uehementer dilexi: ut neq; Athenas, neq; Argos, neq; Lacedæmonẽ (quæ quidem ſunt primę, celeberrimęq; Græciæ ciuitates) patrias mihi eſſe uellem pro hac, atq; hoc factis planum feci. Multis enim paſsim obſecrantibus me ut manerem, rebusq; publicis præeſſem, non modò nunc, ſed etiam antea, quando eram exul: & quibuſdam plebiſcita ad imperatorem mittentibus, quibus gratias agerent pro honoribus mihi exhibitis, nunquã ego ne ſermone quidẽ tale quid pollicitus ſum, neq; domũ neq; prædiũ apud alios ullũ poſſedi: ut nullũ ſit ſignum, me alibi patriã elegiſſe. Namq; intolerandũ foret, ſi homines fierent apibus iniuſtiores. Nulla enim illarũ, ſuo relicto alueo in alium ſe confert, aut maiorem aut fortiorem: ſed proprium alueum implet, augetq;, etiãſi regio ſit frigidior, & paſcua deteriora, & res minor: etiamſi opus fiat ea in regione maiori cũ difficultate, etiã ſi ſit agricola negligentior. Ita nimis aũt ſeſe mutuò eas aiunt amare, & quamq; ſuũ alueũ, ut ſi quando foris relinquãtur hyeme, aut multo uento ingruente, lapidẽ quæq; pedibus comprendat tanquam ſuſtentaculum, ſicq; uolant ne præteruehantur à ſpiritu, néue ab alueo aberrent. Quando aũt quis patriã habet ita ſui ſtudioſam, atq; ita benignã, quomodo nõ conueniret alia omnia contemnere præ illa? Quæ ego mecum expendens, gaudeo, uidens & filium meum, & patruelem, aliosq; adoleſcentes, (multos aũt uideo diuina gratia, & omnes ex bonis prognatos parẽtibus, bonisq; forma ſimiles) ſic affectos, ut certaturi ſint inuicem abſq; inuidia & ęmulatione, cumq; alijs hominibus, de uirtute & gloria tã ſua ipſorũ quàm patrię: & ut quiſq; primas gerat in patria, iuſticię ſtudio ciuitatisq; amore, potentiaq; bene quid faciendi patriæ, eamq; augendi. Nequaquã enim uos latet, quòd quũ non maxima eſſet ciuitatũ, neq; lõgiſsimũ tempus habitata, multis iam notior eſt & apud alios homines, ſuosq; iam olim tales exhibet ciues, ut qui ferè cum omnibus Gręcis cõtendere poſsint, neq; inter nouiſsimos, neq; inter tertios, neq; inter ſecũdos numerentur. Dico aũt pro me ipſo hũc ſermonẽ, ſed pro alijs, quorũ partim hinc peregrè profecti, multisq; noti facti, clarã ſibi gloriã compararũt: partim uerò hîc rempublicã gerentes, manentesq;, in nullo ſunt illis deteriores, neq; in dicendi facultate, neq; in rebus agendis. Cerno aũt non ſolũ ab eloquentia, uerùm etiã à philoſophia bonos & ſpectabiles exoriri uiros in ciuitate: de quibus ego & priuatim iuuenes, & publicè, quũ fuerit opportunũ, hortari nõ cunctabor. Et uos populũ rogo, ut ea quidem quæ ab ijs qui rerum potiuntur, præſtari ſolent, ſperetis tanquam futura: optetisq; obtingere uobis aut honorẽ aliquem, aut gloriã, aut pecuniarũ facultatem: quæ aũt uobis ipſis pręſtare poteſtis, ea interim præſtare ne negligatis, diſciplina longè ab alijs populis differente, pudore, atq; obediẽdo uiris bonis, operationũ aſsiduitate, modeſtia circa quotidianum uictũ, nullaq; rerum ultro obtingentiũ negligentia, neq; animi: quantũ unicuiq; ſuę occupationes ocij tribuunt, promptè educando liberos, & erudiendo, faciendoq; ciuitatem reuera Græcanicã, tumultuq; ua-

Apum ingenium erga natalem locum.

A philoſophia aquè, ut ab eloquẽtia, ſpectabiles in repub. uiros fieri.

cuam, moribusꝗ cōpoſitam: & aſperitatē fortitudinemꝗ naturæ atꝗ intellectum ad maiora honeſtioraꝗ uertendo, diſſenſionē uerò et turbas mutuasꝗ offenſiones quantū fieri poteſt excludēdo. Eſt enim, ô uiri, & populi diſciplina: ſunt quoꝗ ciuitatis mores philoſophici & humani. Neꝗ ſolum Lacedemonijs, neꝗ Athenienſibus, atꝗ alijs quibuſdā antiquitus cōtigit, quū honeſtè uiuerent in republica, ut ſuas ciuitates ex admodū paruis & infirmis magnas & illuſtres redderent: uerùm etiam nunc licet idem uolētibus. His enim quū operā dabitis, magis uobis proderit, quàm ſenatorū multitudo, quàm quòd cauſæ apud uos diſcutiunt, quamꝗ ut extrinſecus reditus uobis aliquis pecuniarū exiſtat, cum ipſa libertate, ſi quādo & hanc cōſequemini. Bene enim ſcitis, quòd libertatem, quæ dicitur, atꝗ illud nomen, quod ab ijs qui rerū potiunt, multaꝗ poſſunt, interdum contingit, poſsidere nō liceat: ueram aūt libertatem, & quæ facto hominibus adeſſe ſolet, & uir & unaqueꝗ ciuitas ex ſe accipit, magno & non abiecto animo, neꝗ ſegniter ſua gubernās. Porrò, ut etiā aliunde ſententiā ſciatis meam, legā uobis epiſtolā, quā ipſe miſi Imperatori, quādo uocabar: quandoꝗ in ea ſupplicabam ut dimitterer ad uos, & quam ille mihi reſcripſit.

Ciuitates quomodo ex paruis & infirmis magnæ & illuſtres fiant.

Libertas uera cuiꝗ ex ſeipſo.

DEFENSIO, QVI AFFECTVS FVERIT *erga patriam.* XLV.

RATIONEM uobis, ô ciues, reddere uolo peregrinationis huius: quandoquidē non multum mihi in poſterū tempus ſuperfuturū uideo. Nam exiliū quidē quomodo pertulerim, nō amicorū ſolitudini ſuccumbēs, neꝗ pecuniarū egeſtati, neꝗ corporis infirmitati: atꝗ ad hæc, eū qui omniū inimicus erat, ſuſtinens, nō illū aut illū, ęqualiū quendā, & ſimiliter loquentiū, ſed fortiſsimū grauiſsimūꝗ, atꝗ dominū deūꝗ nominatū apud omnes Græcos & barbaros, reuera aūt malum exiſtentē Genium, pręſertim nō illi adulās, neꝗ recuſans inimicitias, ſed palàm prouocans, quanquā malus eſſet: nō hercle nūc dicturus ſum, aut ſcripturus, ſed dixi iampridem, ſcripſiꝗ, atꝗ illæ orationes ſcriptionesꝗ ubiꝗ ſunt: haud ob inſaniā aut arrogantiam ea facere conatus, ſed meliore fretus potētia, & auxilio, nempe à dijs, quod aſpernant pleriꝗ, & inutile exiſtimāt. De his aūt ſingulatim dicere, ſuperfluū eſſe reor. Apud alios enim hæc magis nota ſunt, gloriamꝗ aſſequuntur & honorem erga uos. Apud uos aūt ſi recitem exilij tempus, nō me forſan lamentari quis dixerit, ſed magis arrogantem eſſe. Mortuo aūt illo, & rerū mutatione facta, aſcēdi ad optimū Neruam. Morbo uerò difficili correptus, totum illud tempus perdidi: ſpoliatus imperatore humaniſsimo, meꝗ diligente, & iam olim amico. Et deos omnes uobis iuro, quòd non pro ijs contriſter, quæ nō in me ipſum, aut meorum collata ſunt quempiam, quodꝗ ſim ijs fruſtratus: ſed pro ijs, quæ uobis & publicè ciuitati præſtare ualebam. Hoc ego maximum numero damnum, & iacturam. Quæ enim in præſentia nacti ſumus, ea etiā tunc habere licuerat, atꝗ hac præſenti opportunitate ad alia uti dona. Poſtquā igitur huius uigebat humanitas, ſtudiumꝗ tale circa nos quātum norunt ſoli illi familiares, & ego ſi nunc dicam, ualde quoſdam contriſtaturus ſim: et fortaſſe ne credibilis quidem uidebitur oratio, quòd tantum nactus ſim honorem & familiaritatem, amicitiamꝗ, ut ne quid ultra dicam: quare omnia hæc mittere & præterire uolo, omnē hîc perturbationem fugiens, deſideransꝗ ocium: haud tamen in ullum proprium commodum repoſui illud tempus, neꝗ imperatoris beneuolentiam, ne pro parte quidem, ut uel

Nerua Imp. opt.

perditas

perditas facultates recuperarē, aut acquirerem magiſtratum mihi quendā, aut potentiam: ſed omne, quicquid tandē potui, ad uos conuerti, ſolumq́; ciuitatis reſpexi cōmodum. Hæc aūt, ſi quidem ſunt uſui, magna ſunt, aut non omnibus alijs collata, ſed uel uni ciuitati, quæ etiam ſit inter præſtantiſsimas in Aſia: tantumq́; ad obtinendum ius habeat apud imperatorem, quòd Deus diuinauerit apud eos, prędixeritq́; illi imperium, primusq́; omnium ille apertè illum deſignauerit uniuerſorū dominum fore. Nō dico tale quicquā, quòd uos hoc maximè deſideraueritis: tempusq́; præterierit multum, quo uos promiſsis fruſtrari timuiſtis, ijsq́; præſidium ſolum, (nō enim priuatorum quiſquā ad hoc unquā fœnerauit, neq; promiſit) quib. excellētiſsimos multo antea ciuitatis dediſtis honores, uniuerſi uulgò ea expectantes, ſicut & in alijs hiſce ciuitatib. factum eſt. Itaq; animaduertere dignū eſt, licet parua fuerint, & nullius precij, an uirū generoſum, neq; odio atq; inuidia laborantē tunc dicere oportebat, quòd inſaniretis, delirauetisq́;, talib. ita uehemēter inhærētes, colētesq́; homines ita ſubmiſſè, p rebus neq; neceſſarijs neq; magnis, p̄ſertim incertis adhuc, nihilq́; firmitatis habentib. Sed opinor graue illi ſi erat, ſi uel quocūq; modo horū quid fieret. Quin ſimiliter cōtriſtauit quendā, quòd ex pręſidib. eſſet, qui efficeret præſtaretq́;, & nō ueſtrorū aliquis ciuium. Præterea ſpes ſuberat, demulcebatq́; eos, quaſi nunquā ea fierent. Quanquā ego & hoc ex multis audiui, quod mitius quodā p̄ſide reſcribente de gubernatione, req́; negata, multi deriſerint ciuitatē, nō uicini (minus enim hoc graue foret) ſed ciues: quaſi maiora q̄ eam deceret, appeteret, nihilq́; differret inſipiētia à liberis regum. Et hæc dicētes, nō erubeſcebāt carpere ſuā ipſorū patriā, eiq́; tam ſtolidè ſermonib. detrahere. Siue enim inter primos in ea numerent, atq; honoratos, ſibimetipſis detrahūt, infirmæ ignobiliq́; ciuitati præſidentibus: ſiue ſunt ex abiectis & nouiſsimis, adhuc maiorē ſibi grauioremq́; faciunt ignominiā, quòd nouiſsimæ ciuitatis nouiſsimi ſint. Cæterū ne propter incidentes ſermones à propoſito repellar, his quomodocūq; tandē acceptis & allatis, nunc conſiderate, num cui grauis fuerim ciuium, aut priuatim pro me ipſo dicens, aut publicè proferens uituperansq́; beneficia, aut producēs quoſdā quos uellē plus ualere, aut aduerſarios minus. Nónne quū centū ſenatores deligerent, alij quidē ſuos introduxerūt amicos, effecerūtq́; ut habeant fautores adiutoresq́; ad quæcūq; uellent: ego aūt horum nihil feci, neq; collocutus ſum tale quid ut ſe mihi adiungerēt, ſi uoluiſſem, aut alteri alicui? Maximè enim uolebā, ut neq; alius quiſpiam talem introduceret conſuetudinē, néue reſpublica per factiones gereretur, néue ciuitas diſtraheretur in partes. Si ergo ipſe abſtinui ab his delictis, ſicq́; minus quā omnes ualiturus fui, nullamq́; mei cupiui haberi rationē, quid in his peccaui, & quid à me prætermiſſum eſt? Ius meū me hortatur ut uobis confitear, quòd neq; ipſe quicquā fecerim iniqui & p̄ter leges, neq; alios prohibuerim, quum uno uerbo liceret prohibere, remq́; in rectū reducere ſtatum, factumq́; illud notū facere ſcientib. uobis atq; pręſidibus. Quod ſi uerò neq; uos cauiſſetis, neq; res præſides mouiſſet, nō difficile erat imperatori exequi. Hoc ergo fuit, quod ſilentiū me fecit agere, ne uiderer accuſare quoſdam, atq; criminari ciuitatē, néue moleſtior eſſem ulli hic ciuium. Quod quidē ad ſenatū attinet, ita eſt adminiſtratum: alia aūt rectè. Neq; enim malos, neq; indignos uiros elegiſtis: niſi quòd omnes parē nacti honorem (quanquā iure nacti, & propter ſe) tamen ſicut qui ſacris initiant, myſtagogis opus habuerūt. Ego uerò neq; calculū pro ullo interpoſui ſolus, ne momentū quoddā tale præbere uiderer atq; teſtimoniū, & aliorum

Senatus electio.

quidam cunctaretur mihi contraria ſcribere & demonſtrare. Quid igitur à me actum in duobus diebus aut tribus, poſtquam facta eſt electio? Exiui, neq; quicquã magis rebus uolui adeſſe geſtis, nullum habẽs debitorẽ, neq; cõiuratum, neq; qui mihi illius rei gratiam deberet. Vobis enim, nõ mihi ipſi, ſenatores petij. Proinde adminiſtratione nũc primũ habita, quũ magna à multis eſſem affectus iniuria (quemadmodum uerîſimile eſt affici, poſt tot exilij annos redeuntem) & aduerſus quoſdam ne iudicijs quidem opus haberem, ſed tantum dicto & mentione, de occupatis tamen apud neminem neq; mentionẽ neq; ſermonem feci ullum. Quanquam tot ſerui in libertatẽ deſciuiſſent, totq; pecuniæ eſſent ablatæ, tot deniq; prædia detinerent. Porrò etiã Vlyſsi, patrem domi relinquenti, & uxorẽ probam, & amicos, contigit ut contemneret ob peregrinationẽ. Atq; ita quũ domum reliquiſſet ſuam, quidam conuiuabantur, exhauriebantq; potantes ſingulis diebus uinum, mactabantq; pecora: deniq; neq; ab uxore abſtinebant, ſed inuitam compellebãt nubere, relicto uiro atq; domo. Et me non uerîſimile erat à multis huiuſmodi multa paſſum eſſe, quũ omnes me deſperaſſent, nemoq; amplius ſaluum fore expectaret? Sed circa hæc fortaſſe non me ſimiliter geſsi ut cæteri, (non dico autem de priuatis ſolum: ſed etiam de multis qui philoſophi appellantur) ſed multo fui modeſtior. At ciuitatem operibus cõtriſtaui. De his uerò ut facta ſint, ſæpius audiuiſtis. Oportet autem & nunc fortaſſe in memoriã reuocare. Ego enim, ô uiri, quòd ciuitatem uelim ornatam & inſtructam, non porticibus ſolum & aquis, uerùm etiam, ſi fieri potuiſſet, mœnibus & portubus, naualibusq;, confiteor: atq; hunc eſſe ita apud me amorem, ſiue eum puerilem ſiue ſtultum quis dicat, haud nego. Et, quod nunc quoq; uelim à multis habitari ciuitatem, hominumq; multitudinem in eam quantã poſſem deducere, non ſolum indigenarum, ſed ſi fieri poſsit, etiam alias huc ciuitates conuenire. Quemadmodum Epaminondas olim Bœotiã deduxit in Thebas, & Theſeus Atticam in Athenas: & Mileſij olim dicuntur, quum Aeolidem obtinerent, & loca circa Helleſpontum & Troada, omnemq; Lesbon, in unã ipſorum congregati eſſe ciuitatem. Enimuero ſciebam ſanè, animos hominum hîc habitantium, meamq; ipſius uirtutem & negocia, tempusq; peregrinationis, quod non omnino breue fuiſſet: neq; attigi idcirco ullum maius negocium, neq; ſperaui. animum dũtaxat haud potui retinere meum: ſed queadmodũ amantes, de talibus ea recitant, quæ & cõcupiſcunt: ita et ego ſæpe eorum memini, putabamq; ciuitati utilia fore apparatus et cohabitationis gratia, redituumq; & multorum aliorum. Quæ, ſi quãdo fiet occaſio, ut perficiantur, deorumq; quiſpiã ita fecerit, tum uidebitis inimicitiarum quorundam magnitudinẽ, atq; odij in me. Vt ne hoc quoq; ad uos dicam, quòd iam non ambiguẽ, neq; mãſuetẽ dicent, aut conuiciabuntur, ſed apertè atq; palàm: & ſi non prohibere potuerint, ſe antẽ ſtrangulabũt, quàm ut ciuitatem uideant, qualem dijs uolentibus non impoſsibile eſt fieri. Tunc igitur præſide ſuſcipiente mandatum, forſan & propter uos & propter me, & congregante concionem, me non præſciente, deq; his legente, non potui ſilentium agere: ſed ſurrexi, & conſului, remq; demonſtraui ignorantibus. Et poſt hæc, nónne uos, populus, ea concupiuiſtis opera? Eorum autem qui erant in magiſtratu, quis contradixit? Neque contradixit quiſquam, neque qui non exultaret inuentus eſt, quiq; non adiuuaret: ſed omnes ut in rebus bonis & utilibus, non ſermone tantum adiuuabant, ſed & contribuebant: atque ita res, ut honeſta atq; magnifica, ciuitatiq; commoda, confecta eſt.

Vlyſſes etiam propter peregrinationes contemptus.

Epaminondas Theſeus. Mileſij.

DE TVMVLTV EXORTO IN PA-
tria. XLVI.

NON ego ita conſternatus ſum propter ea quæ feciſtis, ô
uiri, quanquam huiuſmodi ſunt: ſed quando nullam iræ
aduerſum me ueſtræ uideo cauſam, hoc eſt quod me du
bium mentis facit. Iram enim iuſtam deprecari hominũ
eſt, odium autem iniuſtum quis ſanare poſsit? Rogo aũt
uos ut me audiatis, nõ mei magis quàm ueſtri cauſa. Nã
ſi nullam facio iniuriam, neq; uos uoletis utiq; abſque
cauſa odiſſe ciuium aliquem ueſtrorum. Sin uerò iniuriam facio, aduerſus
me oratio erit, non pro me: atque ita maius uobis ſuſtinebo ſupplicium,
quàm ipſi quæritis. Conuinci enim aliquem quòd prauis ſit, omni ex par-
te acerbius eſt quàm lapidari, aut cõburi. Et primum quidẽ diſcite, quòd
quæ uobis terribilia uidẽtur, lapides et ignis, ea nulli terribilia ſunt: neq;
his eſtis fortes, ſed omnium infirmiſsimi, præterq; ſi quis numerare uelit
latronũ atq; inſanientiũ potentiã. Ciuitatis aũt & populi robur in aliĳs cõ- *Ciuitatis ro-*
ſiſtit, & primũ quidem in prudentia & iuſtis factis. De patre enim meo ni *bur in pruden-*
hil opus eſt dicere, an probus fuerit. Semper enim laudaſtis eum & publi- *tia & iuſtitia.*
cè & priuatim, quotieſcũq; eius uobis uenit in mentẽ, tanquã ciuẽ nõ ma-
lum. Scire autem uos oportet, quòd nullam ille ex his laudibus capiat uti-
litatẽ: ſed quando nos ex eo genitos amplectimini, tunc & illius memine-
ritis. Et de auo noſtro nemo dixerit, quòd dedecori fuerit ciuitati, quodq;
in eam nihil ex ſuis bonis inſumpſerit. Facultates enim quas habuit pater
nas & auitas, omnes in publicas erogationes quum expendiſſet, ita ut ni-
hil ſupereſſet, deinde alias acquiſiuit ab eruditione, & ab Imperatoribus.
Quanquam in tanta amicitia, ſuiq; ſtudio, nullum ſibi uidetur petĳſſe be-
neficium: ſed uobis id ſeruauit, repoſuitq; Imperatoris in ſe propenſum
animum. Si cui uerò nugæ uidentur, ueſtrorum uobis ciuium beneuo-
lentiam & uirtutem in mentem reuocare: is neſcit, quomodo ab aliquo be
neficium percipere uelit. Ex talibus ergo quum ſimus prognati, etiam ſi
oppidò praui eſſemus, attamen propter eos reuerentia quadam eſſemus di
gni: non ut lapidibus obrueremur à uobis, aut concremaremur. Conſide
rate autem & ueſtrum factum, ô uiri, an non ingratum ſit. Nobis enim pa
ter facultates reliquit, opinione quidẽ magnas, uiribus uerò paruas, mul-
toq; minores quàm aliĳ habent. Non enim minus quàm quadraginta my-
riades erãt æris alieni: talesq; res extrinſecus, ut multo eſſent difficiliores
illæ, quàm æs alienũ. Nulla enim ullius poſſeſsionis nobis erat ſecuritas,
ut ita dicam: ſed ſuæ ipſius potentiæ ille confiſus, omnia poſſedit, quaſi ne-
mine controuerſiam moturo. In his uerò relictus ego, nondum huc uſque
pertinentem ad me debitorum partem diſſolui. Publica autem onera admi
niſtraui maxima, & nemo in ciuitate maiora quàm ego. Locupletiores me
uerò multos eſſe, & ipſi ſcitis. Quid igitur eſt quamobrẽ mihi iraſcimini,
meq; ex omnib. ignominioſum magis atq; illũ deſignatis, lapidesq; ignẽq;
in nos fertis? Et nullus me pro illo dicere putet. Fortaſſe enim in nemine,
in eos etiam qui uobis iniuriam faciunt, ita oportebat exacerbari. Verùm
mihi pro me conuenit dicere. Et conſiderate quoq; alia, qualis ego ſim ci-
uis: meq; cum quouis horum uno cõparate, quos non concrematis. Sunt
enim mihi prædia, & omnia hæc in ueſtro territorio: meorum autem uici-
norum nullus unquam neq; diues neq; pauper (multi enim & horũ mihi
uicini ſunt) quicquam de me queſtus eſt, quòd aliquid illi abſtulerim, aut
eiecerim,

eiecerim, uel iure uel iniuria. Sum ego quidem non ſupra modū eloquēs, neque etiam fortaſſe omniū poſtremus in dicendo. eſt ergo aliquis quē oratione contriſtaui, negocium faceſſens alicui quieto, aut apparās calumniam? an de facultatibus aliquem adduxi in periculum, tanquam ad Cæſarem pertinentibus? An in aduocatione prodidi quenquam? Atqui præſentis huius penuriæ nemo minus cauſam præbuit quàm ego. An ego plura frumenta quàm omnes metens concluſi, eorum augens precium? At ipſi ſcitis meorum feracitatem prædiorum, quòd admodum rarò uendiderim frumentum: atq; duntaxat, quando multitudine abundabat. In his autem talibus annis ne ſufficiēs quidem habeo, ſed omnis mihi quæſtus eſt ex uino & pecoribus. At quum argentum dem ad uſuram, conferre nolo ad frumētorum emptionem. Ne de hoc quidem opus eſt ut dicam. Noſtis enim uos, & eos qui fœnerant in ciuitate, quiq; fœnerantur. Quid igitur eſt, quod ego facere poſsim, ut liberemini ab penuria, & nolim? Aut quamobrem uos ita erga me affecti eſtis? Quod hercle porticus ſub thermis ædificarim, & officinas. Hoc enim eſt, in quo me nonnulli aiunt iniuria affeciſſe ciuitatem. Et quem unquam aut uos, aut alius hominum reprehendit, qui ipſius uillam aut domum ædificaſſet? An propter hoc frumentum pluris uenit? Atqui quinq; myriadibus emi aream, longè maiore quàm iuſto precio. At ego erubeſco, per Iouem atq; deos, ſi quis ciuiū, (neq; enim ciuitas adeò flagitioſa eſt) contriſtatur & inuidet, ſi quem uideat porticum aut officinam ædificaſſe. Sanè res ipſa, cur irritati eſtis, indiget quidem cura quadam uerè: ſed non eſt immedicabilis, neq; ob quam uos talia facere conueniat. Frumenti enim precium plus ſolito apud uos creuit, nec eſt ut negetur. Cæterum ſunt ciuitates, in quibus ſemper tanti eſt, quando optimè habet. Iterum tumultuamini: quaſi dicam, etiam apud uos tanti eſſe oportere, & nunquam minoris. Ego uerò oportere aio curā adhibere, ut minoris fiat: & nō tam amaro eſſe animo, ob id quod accidit, neque mente alienari. nam ea quæ nunc facta ſunt, non ſunt eiuſmodi, ut quæ in tali re fieri debeant: ſed ſi liberos ueſtros & coniuges interfeciſſemus, nihil ſæuius facere poſſetis Nam quòd ciuibus ueſtris indignamini, iure an iniuria, omitto: ſed ciuibus, atque ijs diuitibus, & nullo inferioribus, non reddere rationem, neque accipere, ſed confeſtim lapidare & cremare ædes, ut, ſi potuiſſetis, ipſos cum liberis & uxoribus combuſiſſetis, quorum hoc hominum eſt? Mihi quidem, per Iouem deoſq;, etiam ſi grauiter ſitis audituri, non hæc uidentur eſſe penuria laborantium, neq; non habentium neceſſaria. Penuria enim modeſtiam facit. Et hæc ſi non putatis pro uobis dici, plurimùm aberratis. Nam ſi tales fueritis, ut ſi cui iraſcamini (multa autem in ciuitate contingere ſolent & æqua & iniqua) tantum uobis ſumendum eſſe uideatur ſupplicium, ut ſtatim aliquem cum liberis concremetis, hominumq; liberorum uxores cogatis ſciſsis uideri ueſtibus, uobiſq; ſupplicare tanquam in bello: quis ita ſtultus atq; infortunatus homo eſt, qui in tali ciuitate uiuere uolet unam diē? Multo enim ſatius ſit exulem eſſe, & aduenam apud ignotos, quàm talia perpeti. Deinde nunc etiam prætextum, qui adfertur, propter quem uos aiunt à meis ædibus dehortatos, nempe uos ſuſpectam habuiſſe angiporti profunditatem, uidete qualis ſit. Nam ſi me hoc ſeruauit, tempus eſt iam tanquam in caſtris, ut quiſq; deinde in ciuitate loca occupet difficilia, & excelſa & abrupta. Atqui, per deos, neq; in caſtris quærunt, quìnam alius alio ſecurius habitet: ſed aduerſus hoſtes illis cuſtodia eſt. Fortunæ ſanè ago gratias, qua eſtis dehortati, ſiue id cogitaſtis, ſiue aliud quodcunq;: ſed non uerè

Penuria homines reddi modeſtiores.

eſtis ſu-

eſtis ſuſpicati. Nõ enim ego uobis repugnaſſem. Atq; huius rei cauſa multa uobis eſt ſecuritas, quandocunq; domum comburere uolueritis. Sufficiebat enim mihi, accepta uxore & puero, recedere. Et nemo exiſtimet, quòd ego pto me indignans hæc uobis dixerim, magis quàm pro uobis, metuens, ne quando criminemini, quaſi uiolenti & iniqui. Nihil enim eorum quæ fiunt in ciuitatibus, præſides latet (maiores autem præſides dico, quam hîc ſunt) ſed quemadmodum pueros domi diſſolutiores apud magiſtros accuſant neceſſarij; ita etiam populorum delicta illis annũciantur. Hęc igitur neq; honeſtè, neq; uobis utiliter facitis. Velle autem, ut fori cura geratur, utq; munera publica obeant qui poſſiint, quiq; nondum obierunt, aut ij quoſcunq; uultis: modeſtorum hominum eſt, & in his ſanè nemo uobis aduerſabitur.

CONCIO IN PATRIA. XLVII.

PRIMVM quidẽ, ô uiri, quũ ſurgo ad dicẽdum, ne putetis planè ſermones uos audituros admirãdos, neq; inſignes ad uoluptatẽ aliquã aut uenuſtatẽ ſapientiamúe cõpoſitos. Fortaſsis enim neq; alioqui tali eramus præditi facultate: ſed fortuna quadam & uulgus omnesq; ciuitates decepimus, ſin fuimus: at nunc tamen talium ſermonum multam nobis inopiam atq; obliuionem obrepſiſſe uerisimile eſt. Vt quiſq; enim uixerit, atque in quibuſcunq; fuerit « fortunis, ijs neceſſe eſt & ſermones eſſe conſimiles. Nos autem iam multo « tempore abiectè atq; ſine gloria uiximus, atq; hoc neceſsitate cogente: ut ego antea quidem philoſophos admirabar, qui relicta ſua ipſorum patria, nemine cogente, apud alios uitam agere elegiſſent: præſertim quũ ipſi docerent, patriam eſſe honorandam, maximiq; faciẽdam, & quod rempublicam gerere homini eſſet naturale. Dico autem Zenonem, Chryſippum & Cleanthem, quorum nullus domi manſit. Hæc ergo quum dicerent, num non ſentiebant ea quæ dicebant? Maximè, ut mihi quidem uidetur. Et honeſtum quidem exiſtimabant, & reuera beatum, ſapientibusq; uiris addecens negocium illud, ſuęq; ciuitatis cura: quę autem inerant difficultates grauitatesq;, metuebant: ſimul & horũ quidem ignorantiam, illorum autem inuidiam, aliorum uerò ingratitudinem. Porrò ſi quis ſimul ſit ſapiẽs, poſsitq; obtinere Herculis robur atq; potentiam, illum rectè facturum, ſi rempublicam gerat. At hoc putabant fieri non poſſe. Quanquam & Herculem ipſum audimus Aegyptum obtinuiſſe, & Libyam, eosq; qui circa Euxinum pontum habitabãt, & Thraces & Scythas, & Ilium cæpiſſe parua claſſe appellentem, omnibusq; his gentibus imperaſſe, regesq; ipſum conſtituiſſe: quum autem ueniſſet Argos, Augææ ſtercus exportaſſe, aut ſerpentes occidiſſe, aut uolucres perſecutum, ne moleſtæ eſſent agricolis in Stymphalo, aut alia huiuſmodi feciſſe uilia & humilia ex mandato: deniq; ad inferos aiunt eſſe miſſum, atq; ita ualde humaniter eo uſam eſſe ciuitatem. Audimus quoq;, quòd Argiui quidem & Thebani laudarint, dilexerintq; Herculem, iniurijs autem affectum contempſerint. Quæ mihi animaduertiſſe uidetur Homerus, quum nõ ſolum bonus poeta eſſet, ſed & moribus Philoſophus: atq; ideo omne uitæ tempus peregrè exegiſſe, ut nemo illius patriam cognoſcat: maluiſſeq;, ut uerisimile eſt, quinq; & uiginti drachmas mendicando accipere, atque hoc ut mente captus, quàm domi degere. Proinde omnes poſtea de illo dubitarunt. Et nomen quidẽ illius apud omnes Græcos & barbaros notum eſt: Ion autem ne audierũt

Philoſophi omnes fermè peregrinationum ſtudioſi.

Herculis res geſta.

Homerus & poeta & philoſophus.

quidem multi propè: ſi modò fuit ex Io: deꝗ Chij ciuitate haud multus eſt
Pythagoras. ſermo, neꝗ de Colophone. Pythagoras quoꝗ ex Samo ſpõtè fugit, tyran
nidem patiente: apud alios autem omnes homines, præcipuè uerò cir-
ca Italiam, ut deus cultus eſt. Quid igitur? (iam olim aliquis hîc ſedens di
cit) tu temetipſum ad Homerum & Pythagoram & Zenonem cõparas?
Non ego, per Iouem. Verùm hoc oſtendere uolui, quòd omnibus philoſo
Philoſophis omnib. fermè uita in patria difficilis uiſa. phis, difficilis in patria uiſa ſit uita. Nam quid putatis? Non amauerint illi
ſuam patriam? An Homerum pro Vlyſſe quidem lamentari, atꝗ dicere,
quòd ille uiſo ex Ithaca fumo confeſtim uellet defungi uita, ipſum uerò ſu
am ipſius non amaſſe ciuitatem? An non potius ſuum proprium patriæ a-
morem, deſideriumꝗ, ſub nomine confiteri Vlyſsis? Socrates autẽ, qui o-
mnem ætatem egit in patria, id agens quod ciuibus legibusꝗ uideretur,
Socrates. an ualde profuerit Athenienſibus, dicere non poſſum. Iacturam autẽ quę
illis facta eſt, ſcio. Adhuc enim uituperãtur propter Socratẽ, quòd neꝗ iu
ſtè neꝗ piè cum homine egerint: atꝗ omnium quæ poſtea illis contigerũt
malorum, eius condemnatio fuerit horrenda cauſa. Hæc quidem audiui-
ſtis & aliàs, ab homine errone & nugatore. Quod igit᷑ dixi, deprecor uos
nullam ut à me in præſentia orationem poſtuletis excelſi animi & ſapien-
tem: ſed plebeiam, quales etiam meæ res ſunt. Optimè autẽ noſtis, quòd,
quemadmodum mihi propoſui ſilere, ex quo nunc redij: nullum feciſſem
uerbum in præſentia, niſi quæ res neceſſaria contigiſſet. Ego enim negoci
um attigi, quod mihi multorum reipſa negociorum cauſa factũ eſt, triſti-
Theſſalarum incantationes. ciꝗ admirandæ: ut ego antea non nouerim, quid illud Theſſalarum faci
nus eſſet, quod ſuper ſe Lunam deducerent: nunc autem diligenter didi-
ci. Atꝗ Ariſtotelem aliquando beatum eſſe dicebam, qui quum Stagirita
Stagira. eſſet (Stagira autem uicus erat agri Olynthiaci) captaꝗ Olyntho uerſa
retur apud Alexãdrum & Philippum, impetrauit uicũ reædificari: eumꝗ
Ariſtoteles patriæ conditor. unum dicebant hanc nactum eſſe felicitatem, ut patriæ eſſet conditor. In-
terim autem nuper incidi in epiſtolam quandam, in qua eum eius rei cæ-
pit pœnitentia, & lamentatur: diciꝗ, quòd illorũ quidam & regem & ad-
uenientes Satrapas corrumperẽt, ut nihil boni poſsit effici: neꝗ omnino
rem eò perduci poſſe, ut ciuitas inhabitaretur, nedum ut inhabitaretur ab
eiectis. Et hoc cõtriſtare quoſdã, quòd quũ eſſent exules & ciuitate priua
ti, patriam eſſent habituri, & rempublicam gubernaturi ſecundum leges
in libertate: malebantꝗ gubernari uicorum more, ut barbari, quàm for-
mam habere & nomen ciuitatis. Nuncubi conuenit admirari, ſi quos &
aliud cõtriſtet? Ariſtoteles igitur in ea epiſtola ita ſcripſit, ut qui de rebus
deſperaſſet. ait enim, ſe tollere Idæos dactylos: id quod & me putare, & ſi
qui ſunt alij. Namꝗ plus illorum hominum obtinuit infelicitas, quàm A-
riſtotelis illud ſtudium. Quare non ſinebant uiculum progredi ad ciuita-
tis dignitatem, atque etiamnum non eſt habitatum. Cæterùm ut ne quis
ob hoc mihi ſtruat calumniam, quòd ego Stagira uocem hanc ciuitatem:
poſſum ego iuratus dicere, nullam aliam mihi ciuitatem meliorem uiſam,
etiamſi ſolum fabri illius haberet officinam, quam ego deſtruxi, is uideli-
cet qui ciuitates arcesꝗ populor. Ne igitur id obliuiſcar, cuius gratia ſur-
rexi, peccatum fortaſſe peccaui humanum. Nunc igitur quam me uultis
ſoluere mulctam pro hoc peccato? aut quid facere? Rogo uos conſulatis,
utrum me uelitis opus deſtruere factum meis expenſis, atꝗ omnia facere
ſicut prius erant? At fortaſſe non potero. Aut quidnam uultis? per deos
dicite mihi. Ego enim putabã, uidens in talibus alias ciuitates ſibi decus
quærere, non ſolum autem eas dico quæ ſunt in Aſia & Syria & Cilicia,

ſed

ſed & has uicinas & propinquas, Nicomedenſium, Nicenſium, atq; ho-
ſce Cæſarienſes, nobiles quidem homines, & ualde Græcos, multo autem
minorem ueſtra ciuitatem habitantes: ut interim rempublicam in una-
quaq; gerentes omittam, (nam & ſi in alijs diſsident, in his tamē idem ſen
tiunt) atque ipſum imperatorem talia huc fortuna quadam ſcribentem,
quòd uelit omni modo ueſtram augeri ciuitatem. Permittite autem ut epi
ſtola legatur, quandoquidem Ariſtotelis legi longum & ſuperuacuum e-
rat: putabam, inquam, & apud uos ita fore, atq; ob inſtructam ciuitatem
neminem contriſtatum iri. Atq; hoc ſanè tale euaſit. nam & uobis ita pla-
cucrat, & multa & ſæpius ipſi contribuiſtis, & erogaſtis. Quid igitur uul-
tis? Ego enim iuro omnes uobis deos, quòd pro eo ut uos contriſtem,
aut ueſtrûm quoſdam, aut ut uidear grauis, non accipere uellem Darij re
gis opes, aut Crœſi, aut domum priorem meam, auream reuera, & non *Neronis domus aurea.*
nomine duntaxat, ut Neronis uocant. Nulla enim aureæ domus eſt utili-
tas, non magis quàm ollæ aureæ, aut platani apud Perſas. Ciuitatis autem *Ciuitatis decenter exornatæ magna utilitas.*
magna eſt utilitas decenter exornatæ, pluſq; aeris recipientis propter la-
titudinem: atq; æſtate umbram, hyeme uerò ſolem poſsidentis: procq; ui-
libus & humilibus ruderibus, domicilia excelſa magnaq; ciuitate digna
habentis: ut quemadmodum in generoſis pullis atq; catulis futuram con-
ijciunt magnitudinē, qui uident, in quibus membra ſunt excelſa & ma-
gna: ſi uerò fuerint humilia & parua, ſemper ea aiunt talia manſura: ita ha-
bet & circa ueſtram ciuitatem. Sed quid ad me, ut de his nunc dicam? Be
ne me luſciniam ſophiſtarum quidam dixit, uituperare uolens, propterea *Luſcinia tardilingua.*
(ut mihi uidetur) quòd luſciniam poetæ tardilinguam appellent. Fortaſ-
ſe autem potius ſimilis eſſem cicadarum: nam & illæ ſub ſole ſitientes ca- *Cicadæ.*
nunt, ob dementiam, quum nihil proſint. Verùm tamen hoc ſolum for
taſſe indignum eſſet tranſire ſilentio, nēpe de monumentis ſacriſq; rebus,
Nam apud Antiochēſes horum nihil attingere fas eſt. Multo enim mino
rem locum fecerunt, quàm apud nos eſt. Quorum ſcilicet ciuitas ſex & *Antiochiæ longitudo.*
triginta ſtadia habet longitudinis, & porticus utrinque fecerunt. Neque
Tarſenſes, neque nunc Nicomedenſes, qui decreuerant ut monumenta
tranſferrentur. At Macarinus, quem benefactorem ſcripſiſtis ciuitatis, *Macarinus.*
Pruſiæ regis monumentum ex foro tranſtulit, & ſtatuam. Nemo enim eſt
apud eos ciuitatis amans, neq; uir qui circa deos ſit ſolicitus. At apud uos
utiq; multi erant. Verùm hæc quidem fiant, utcūq; uidebitur. Quid enim *Porticus.*
mihi cum huius porticu ciuitatis, quaſi non habeam, ſi quando deambu-
lare uolo, Pœcilen Athenis, & Perſicam in Lacedæmone, eaſq; quæ ſunt
Romæ, & aureas Antiochenſium atq; Tarſenſium, cum maiore honore?
An ut ſolus ingrediar & deambulem, aliorumq; ciuium nullus? At
gymnaſium in ciuitate ſolus nemo habet, ubi ſe exerceat, neq; porticum,
neq; balneum, neq; aliud ullum publicum ædificium. An ego inflatus &
fatuus ſum? Verumtamen quod rogaui, date mihi conſilium: nam ego uo
bis placitū facere uolens, hæſito. Nunc enim ſi tangam negocium, ſtudi-
umq; adhibeam ut opus perficiatur, tyrannidem me exercere dicent qui-
dam, & diruere ciuitatem, & omnia ſacra. Manifeſtum enim, quòd incen-
derint Iouis templum, & ſtatuas ex Mydone ego liberauerim, & nunc in
maximè conſpicuo ciuitatis loco poſitæ ſint. Sin autem quieſco, uolens
ut nemo ſuſpiret, néue quiſquam offendatur, uociferamini uos: perficia-
tur opus, aut diruatur quòd factum eſt: tanquam mihi hoc obijcientes &
exprobrantes. Quid ergo uultis ut faciam? Quicquid dixeritis enim, id
faciam & de hoc, & de alijs omnibus. Neq; ſi quis opus fecit de quo ratio-

nem nõ reddidit, neq; ſi quis nunc facit, pecuniaſq; ſemper ab annuis accipit magiſtratibus, tanquã in doliũ inexplebile accepturus: neq; ſi quid aliud fiat, ego cuiquam ero moleſtus. Quid enim mihi cum his? Nam propter porticũ (chare ſcitis) non ſum ea perſecuturus: ſed facere uolo opus, & accedere & obſecrare proconſulẽ, ut manſuetè & pro uiribus promiſſa exigat ab ijs qui promiſerunt. Atq; hoc facere paratus ſum: neq; hoc ſolum, ſed etiam ipſe pollicitationis partem conferre, aliosq; releuare. Tantum unum quippiàm mãdate: ſin minus, quieſcam, etiamſi uociferemini, imò abeo potius. Non enim, quemadmodum uulpes deuoratis carnibus exire de quercu non poterat; quòd impleta eſſet: ita etiam mihi propterea hinc exire difficile eſt. Multo enim factus ſum macrior, quàm quum ingreſſus ſum. Et, per deos, nolite putare quòd mihi gratificemini, de porticu ita proclamantes. Eſt enim unus uir in ciuitate ferè qui mihi gratificetur, ut ego audio, maximeq; meorum commodorum curam gerat: & neq; amicus neq; cognatus, ita pro me eſt ſollicitus. Cõſiderate aũt, an uobis bene pro me res expendere uideri poſsit, meq; diligere. Primùm enim me putat, multis exhauſtis periculis & laborib. hic quieſcere oportere, mearũq; rerum curã gerere: & neq; præſides colere, neq; aliud ullũ negociũ ſuſcipere. Deinde, quũ modicã partẽ inuenerim facultatũ, atq; ad alia detrimenta, mors acceſſerit ſororis, unde nihil cõmodi perceperim, ſed omnia amiſerim quę illa rerũ mearũ habuerat, æsq; inſuper alienũ conflauerim, ut & prædia uendi neceſſe ſit: id ęs alienũ perſoluere, et priora debita, & nõ porticum ædificare, neq; expendere ſupra uires. Pręterea quũ familiaritas mihi ſit cum Imperatore, fortaſsis uerò & amicitia, cumq; alijs multis, & Romanorũ ferè potẽtiſsimis, cũ illis conuerſari, ubi eſſem in honore & admiratione: & nõ apud uos mihi neceſſe eſſet, apud illũ & illũ examinari. Atq; ſi prorſus peregrinatiõe delectarer, in maximas ꝓficiſci ciuitates, ubi multo eum amore & publicis erogationibus deducerer, gratiã habentibus mihi omnibus ad quoſcunq; uenirẽ: & ut dicerẽ obſeruantibus, atq; conſulerem, atq; ad meas fores primo mane uenientibus, nihil interim me expendente, neq; adijciente: ita ut admirarentur omnes, & forſan nonnulli dicerent, Dij boni, quàm hic omnib. amicus & charus eſt hominibus, in quorumcunq; tandẽ ciuitatẽ populũq; ueniat: & nõ expẽdere de paucis facultatibus, negociaq; obire inutilia: corpusq; iam cura multaq; attẽtione indigens, negligentia perdere: atq; animũ tanto tẽpore philoſophicis & huiuſmodi orbatũ diſciplinis, ad illius & illius examinationẽ uocari, & malè audire interdũ, & morderi. Et, per deos, qui hæc pro me cogitat, diſputatq;, nonne hic omniũ mihi hominũ eſt beneuolẽtiſsimus, dignusq; qui maximè à me ametur? Quum autem audio quendam dicere ut de tyranno, inopinabile mihi eſt, & ridiculum. Ego enim noui tyrannorum facta eſſe talia: adulterio alienas polluere uxores, & corrumpere pueros, homineſq; liberos uerberare, flagrisq; omnibus uidentibus cędere: atq; hos quidem tormentis ſubijcere, atq; in ahenum feruentem deijcere, alios autem pice comburere: quorum ego nullũ facio. Noui autem & mulierem tyrannidem exercentem, nempe Semiramim: quæ iam prouectæ ætatis quum eſſet, & ſcortum, quoſdam cogit ſecum coire. Tyrannorum uerò audiui neminem talia feciſſe, licet cõfidentem ſenem. Quid horum ad me pertinet? An quia domũ ſumptuoſè ædifico, & cadere non ſino? An quia ipſe purpura ſum ueſtitus, & non uili palliolo? An quia comam nutrio, barbamq; geſto? At hoc fortaſſe non tyrannicum eſt, ſed regium. Dixit autem quidam, quòd & malè audire, quum bene feceris, regium ſit.

Apologus de uulpe.

Tyrannorũ facta cuiuſmodi.

Semiramidis tyrannis.

Malè audire, cum bene feceris, regium.

POLITICA,

PRIMVM quidẽ, ô uiri, optimo Varino gratiæ agendæ ſunt, cùm propter aliam alacritatem, quam erga ciuitatem oſtendit: tum quòd uolentibus uobis ad concionem cõuenire, rurſus permiſit non ſolum promptè, uerùm etiam libenter. Hoc enim eius erat qui uobis crederet, ſciretq; ad nihil abſurdum uos uſuros eſſe hac poteſtate. Neq; enim ligna uidelicet uiridia quiſquam cõponit ad comburendum, quum præſciat neceſſe eſſe multum & abſurdũ fumũ exoriri: neq; perturbatũ populũ in idem congregat prudẽs præſes, niſi ſi qua maior neceſsitas incumbat. Nunc ergo ueſtrum officiũ eſt, non illius conſiliũ fallere: uerùm oſtẽdere, quòd modeſtè & honeſtè uos in cõcione geratis. Et primũ mihi uidetur, ornamentũ nobis eſſe quęrendũ in mutua amicitia, cõcordiaq;: & ſi huc ueniat accerſitus, de alijs quæ clamauiſtis ſuperſedendum. Ipſe enim quęret publica negocia, etiamſi uos prohibere uelitis. In præſentia aũt gratias agite, & dexteras inijcite, cũq; laude & honore ſuſcipite: ut non quemadmodum medicus ad ægrotos, timidè & illibenter, curæ cauſa, ſed tanquam ad benę ualentes libenter & alacriter accedat. Etenim nunc quidem diſcedit, poſt hodiernum fortaſſe diem, rediturus eſt autem paulo pòſt: & tunc, ſi non ipſi antea uobis perſuadere poterimus, ſi quis quid publicarũ rerum habet, iudicibus & arbitris inuicem uſi, licebit & dicere & clamare. Quippe antea eos loco pellere, neq; audire & rem exquirere uelle, ualde ingratorum eſt. Nuncubi enim rem tentaſtis? aut quando petijſtis ab illis? aut quis uobis non obtemperauit? Tum laudes quibus me honoraſtis, etiã in eos rogo uertite omnes. Quemadmodum enim in conuiuio ualde turpe eſt, ſi unus ſolus multis diſcumbentibus bibat: atq; ideo alij non ſolum pocillatori, ſed etiam bibenti indignentur: hoc ipſum & in ciuilibus laudibus eſt. Atq; hęc facientes, uos ipſos ornabitis: ſicuti ciuitatis ornatus maximus eſt, ciuium laus. Ob quam rem enim aliam magnificè de uobis ſentitis? Nónne magnitudine quidem aliæ præſtant ciuitates? Et, per Iouem, diuitijs, abundantiaq;, & publicis ædificijs. Vnum autem hoc eſt, quo nobis placemus ferè apud omnes homines, quòd uiros habemus idoneos & ad agẽdum, & ad dicendum: & quòd maximum eſt, qui patriam diligant. Si quis uerò hoc uobis auferat, qua ciuitate etiam minima uidebimini meliores? Nunc enim, ſi quod uobis incidat diſsidium cùm aliqua ciuitate (quod dij auertant) deinde illi ueſtros ciues conuicijs inceſſant, dicentes eſſe raptores & infideles, quomodo feretis? Nónne grauiter? Nónne ſtatim clamabitis, & conuicia iactabitis, atq; ad manus forſan uenietis, quod antea factum eſt frequenter? Itàne quæ alijs dicentibus audire nõ ſuſtinetis, ea dicetis ipſi aduerſum uoſmetipſos? Si quando incidat diſsidium, & illi uobis obijciant, hanc ciuitatem malos habere ciues, & eſſe ſeditioſos, nõ erubeſcitis? Ego ſanè, deos uobis iuro omnes, uehementer moleſtè tuli, dicẽte ad me quodam, Reconciliare ciuitatem: illiq; indignatus ſum. Abſit enim ut illã uideam diem, in qua uobis reconciliationibus opus ſit: ſed in inimicorũ (ut aiunt) capita, talia uertantur: hòc eſt, in execratos Getas, in neminem autem aliorum populorum. Quæ enim foret noſtræ peregrinationis utilitas, niſi uos ad talia perducere poſſemus obedientes, concordiæ ſemper orationem congregantes, & amicitias contrahentes in quantum poſſumus, inimicitias autem & lites & contentiones irrationabiles fatuaſq; auferentes omni pacto? Honeſtum enim & utile omnibus ſimiliter eſt, ci-

Varinus.

Elegans comparatio.

Simile.

Ciuitatis ornatus max. quis.

Getæ.

Ciuium inter ſe conſenſus, fe licißima omniũ poſſeßio.

uitatem uideri ciuſdem eſſe ſententiæ, & amicam ſibi, & compatientem.:
Pulcherrimum ſpectaculum eſt, & feliciſsima omnium poſſeſsio, una a om
nibus de rebus inter ciues ſententia apparẽs: ſicqꝫ ciues uituperium & lau
dem in idem conferant, tam bonis quàm malis certum utriſque teſtimoni
um. Pulchrum eſt enim, quemadmodum in choro ordinato concinere u-
num idemqꝫ canticum, & non praui more inſtrumenti diſsidere, duplici-
bus uocibus & ſonis reſonantibus, tanquã ex confracta tibia: in quo ferè
ſita eſt cõtemptio & infelicitas, & ut ciuitas nihil ualeat neqꝫ apud præſi-
des, neqꝫ apud alias ciuitates. Neqꝫ enim à diſſonantibus choris quiſquã
facilè exaudit quid dicant, neque a diſsidentibus ciuitatibus. Quemad-
modum una naui uectis, non eſt poſsibile ut quiſque ſeparatim ſalutem
conſequatur, ſed ſimul omnes: ita neque una in ciuitate uerſantibus. De-
cet autem uos, quandoquidem eruditione præſtatis & natura, & uerè pu
reqꝫ Græci eſtis, in hoc ipſo generoſitatem oſtentare. Multa autem de his
dixiſſem opinor, pro argumenti magnitudine, niſi corpore oppidò malè
affectus fuiſſem, uosqꝫ (ut dixi) non uidiſſem diſsidere. Neqꝫ enim quic-
quam factum eſt, neque naſcitur apud uos hic morbus: ſed fortaſſe breuis
quædam fuit ſuſpicio quaſi ophthalmiæ, eamqꝫ à uicinis habuimus. Con-
ſueuit autem hoc & mari ſæpius accidere, quum profundũ fortiter inun-
dat, tempeſtasqꝫ exorta eſt, ut eam extrà quoqꝫ nonnunquam, & in portu
bus, licet incertè, ſignificet. Num putatis fori & theatri, & gymnaſiorum
& porticuum, pecuniarúmque aliquam eſſe utilitatem ſeditioſis? Non

Ciuitatis boneſtas & ornatus in quo potiß. ſita.

hæc ſunt quæ honeſtam faciunt ciuitatem, ſed modeſtia & amicitia, & ut
inuicem ſibi credant. Quando autem ſenatum uituperatis, eos qui uo-
bis præſunt, eos qui ex omnibus ſunt delecti, nónne uoſmetipſos uitupe
ratis? Nam ſi optimi inter uos praui ſunt, quid de alijs credendum eſt?
Nos ergo noſtra perdemus? Nemo hoc dicit: ſed bene noſtis, quòd in o-
mnibus ciuitatibus ſunt publicæ pecuniæ, atque has habent aliqui, qui-
dam per ignorantiam, quidam autem alio modo: & prouidendum eſt ut
ſint ſaluę, at non cum inimicitijs, neque cum diſsidio. Hi publicas faciunt
erogationes, & frequẽter uobis de ſuo contulerunt: perſuadete eos, atqꝫ
rogate. Quòd ſi repugnent, iurè agite aduerſus ſolos, omni excluſo extra
neo. Nónne uos eſtis qui ſæpenumero nos laudaſtis tota die, hos uocan-
tes optimates, illos Olympios, alios ſeruatores, alios deniqꝫ educatores?
Itáne, per Iouem atqꝫ deos, uoſmet falſi teſtimonij condemnatis? Et utrũ
nunc hæc irati dicitis, an tũc illa adulantes? & nũc decepti magis, an tũc
decipiẽtes. Nõ quieſcetis ab hoc principio, & cognoſcetis, uos ualde gra
tioſos habere ciues, ciuitatẽqꝫ quæ poſsit eſſe beata? Ego multa poſſum,

Vnus uir, nullus uir.

dijs uolẽtib. bene facere, hoſce habẽs auxiliatores: dicoqꝫ illud quod pro-
uerbio fert, Vnus uir, nullus uir. At fortaſſe indignati eſtis, qđ opus nõ
eſt perfectũ. Perficitur, & ualde citò abſoluet, maximè his incũbentibus,
ſtudiumqꝫ adhibentibus, ut uoluntariè quid conferant. neque enim inui-
ti uobis ſunt polliciti. Quamobrem autem ab his exigitis, à me uerò non
exigitis? An quia uideor uobis præſtitiſſe? Itáne putatis me hoc imputa
re, quòd meam patriam fecerim honorabiliorem, quandã pecuniarum oc
caſionem exhibens: quemadmodum à Buleuticis, atqꝫ hercle à reditibus
auctis, propter gubernationẽ? Porrò hæc ſimilia ſunt, ut ſi precatus eſ-
ſem pro uobis, dij aũt præſtitiſſent. Et quũ iterũ potero, iterũ faciã. Potero
aũt, ſi fuero animo trãquillo, hoſce habẽs amicos: & nihil uobis horũ im-
puto. Neqꝫ eñ liberi parẽtib. pro expẽſis uota imputãt. Nũ exiſtimatis me
de porticu aut alia re quadã uerba fuiſſe facturũ, ſi uos uidiſſem diſſidere?

At

At hoc perinde eſſet, ac ſi quis ægrotum hominem & phrenitide laborantem, cui opinor emplaſtrum eſſet imponendum, reclinatoq; nulla irritamina adhibenda, unguento ungeret, eiq; coronam imponeret: quæ etiā bene ualentibus, nihiloq; mali habentibus, ſummo in ocio adhiberi ſolēt. Non putaris, Athenienſes, quādo mouebant ſeditiones, hoſteſq; inducebant, ſeq; mutuò prodebant miſeri, & Propylæa habuiſſe, & Parthenonē, & porticus, & Piræum? At plorantibus illis, maius quiddam reſonuerūt Propylæa, & naualia, & ipſe Piræus. Quanquam magna & populoſa ciuitas, ſeditionibus uexata & deſipiens, poteſt aliquantum temporis calamitatem ferre: ſed tamen & hæc uidetis, qualia ſint. Non ſe inuicem accuſant, nō expellunt, non hos quidem in ſenatum introducunt, illos autem educunt: non quemadmodum in terræ motu, omnia mouentur, omniaq; ſunt ſuſpenſa, & nihil firmum. huc tamen rerum uenerunt, ut non ſufficiant illis ſui ipſorum præſides: ſed quemadmodū in inſanabilibus morbis, peregrinis medicis opus habent. Atq; hoc eſt quòd ferocioribus equis fieri ſolet, quando frenū eos retinere nō poteſt, armilla illis extrinſecus inijcitur. Mihi ſanè in his & rerū cura ueſtrarū eſt, non minus tamē & mearum. Nam ſi philoſophus, qui ad rempub. acceſsit, non potuit efficere, quo ciuitas cōcordiam haberet: hoc intolerandū iam, atq; indeclinabile malum eſt. Vt ſi nauium fabricator nauigans, non efficiat ut nauis cat: aut ſi quis ſeſe gubernatorem dicens, ad ipſum fluctum declinet: aut domum accipiens ædium conſtructor quiſpiam, uidenſq; cadentem, atq; hoc negligens, dealbando & pingendo ſe aliquid putet efficere. Si mihi propoſitum eſſet in præſentia de concordia dicere, dixiſſem utiq; multa et de humanis & de cœleſtibus rebus, quod hæc diuina & magna concordia opus habeant, amicitiaq;: quæ ſi abſint, in diſcrimine eſt pulchrum hoc ædificium, mundus ne pereat, & corrumpatur. Sed fortaſſe longior ſum quàm cōuenit, quum iam eundum ſit, et aduocandus præſes. Hoc unum tantum dicam. Non turpe eſt, quum apes inter ſe concordent: & nemo unquam uidit examē mouere ſeditionem, aut inter ſe pugnare: ſimul autem opus faciunt, ſimulq; uiuunt, atq; ſibi ipſę præbent eſcam, eaq; fruuntur: homines concordare non uelle? Quid ergo? Nóne & illic naſcuntur fuci quidam ſæui, & mel deuorantes? Ita per Iouem, naſcuntur quidē: attamen & hos frequenter ſinunt agricolæ, nolentes totum perturbare examen: & ſatius putant, mellis aliquid abſumi, quàm omnibus apibus inferre tumultum. Forſan apud uos nullus eſt fucus agreſtis, confractū quiddam ſonās, guſtanſq; de melle. Quin etiam & formicas ualde iucundè uidere licet, quomodo facilè conuerſentur inter ſe, quomodo egrediantur, quomodo onera ſuſcipiant, quomodo mutuò cedant in uijs. Nón, ne turpe eſt, homines eſſe imprudentiores beſtiolis ita paruis, & mente carentibus? At hæc aliàs quodam modo dicta ſunt. Seditionem autem ne nominari quidem apud uos æquum eſt, neq; quiſquam de ea dicat: ſed mihi uidetur, expiata ciuitate, non ſcilla, neq; aqua, uerùm re multo mundiore, nempe oratione: cætera communiter eſſe facienda, deq; ædilibus alijsq; cogitandum: aduocandumq; ad hæc ſenatum, ut quemadmodum conſueuit, prouideat ciuitati. Erunt enim uobis omnia perquàm facilia.

Athenienſium proditio mutua.

Simile.

Apum inter ſe concordia.

Fuci.

Formicarum conuerſatio.

Oratione expiāda ciuitas.

Atq; hæc ut diligenter faciatis, uobis dignum eſt, & propter prætorem quē feciſtis: ne hominem accipientēs in expertum, poſtea in undis & procella relinquatis.

RECVSA.

RECVSATIO MAGISTRATVS IN SEnatu. XLIX.

Magiſtratū gerere quatenus bonis tolerabile.

HVMANIS & eruditis hominibus neque iniucūdum eſt magiſtratū gerere, neq; difficile. Delectantur enim nulla re magis, quàm ut bene faciant. Magiſtratui autem ciuitatis, aut gentis, aut etiam plurium hominum, non ſolum facultas maxima eſt ad bene faciendum, ſed ferè etiā neceſſitas. Quod ſi ita non ſit animatus, nō perferunt damnoſum magiſtratum, non ſolum homines, quod ſanè uidetur aſperrimū eſſe, ſed neq; ſtolidiſsimæ beſtiæ. Neq; enim boues facile tolerant bubulcorū negligentiam: neq; caprarum ouiumq; greges paſtores ad perdēdum ſtudioſos. Partim enim aufugiunt, neq; obediunt: partim uerò ulciſcuntur malos præfectos. Porrò equi indoctos aurigas deijcientes, multo peius puniunt, quàm illi cædentes ſcutica. Omnium autem horum animalium homo uehementiſsimum eſt, & plurimam habens intelligētiam. Ideoq; malo præſidi eſt inimiciſsimum, bono autem omnium beneuolentiſsimum. Iucundum igitur ita eſt magiſtratū gerere, ſcientibus. Difficilis autē nulla res fuerit, ab initio eam meditanti, ſeq; ad eam apparanti.

Philoſophi cogitatio præcipua quæ.

Qui autem uerè philoſophus eſt, is nihil aliud uidetur cogitaſſe, quàm quomodo bene poſsit imperare, & ſibi & domui, & uel maximæ ciuitati, breuiterq; omnibus hominibus, ſi committant: & ipſe quidem nullo indigebit imperatore, niſi ratione atque Deo. Aliorum autem ſollicitudinem atque curam gerere, idoneus erit. Atque hoc ne reges quidem latuit, neque omnes poteſtate præditos, qui non planè fuere inſipientes.

Principibus max. eruditorum hominum uſus.

Eruditis enim opus habent maximis in rebus, ut ſibi ſint à conſilijs: quumq; alijs mandata dent, ipſi ab illis mandata accipiunt, quæ facere & à quibus abſtinere conueniat. Quemadmodum Homerus Agamemnonem ait indiguiſſe Neſtoris conſilio: & quoties illi conſulenti non obtemperauit, lamentaſſe, confeſtimque pœnituiſſe.

Ariſtoteles à Philippo, Alex. filio magiſter accerſitus.

Philippus autem, qui uidetur callidiſsimus fuiſſe regum, Ariſtotelem aſciuit filio Alexandro magiſtrum & principem, eo quòd ipſe ad docendam regiam artem idoneus nō eſſet: ſed alijs quidem Macedonibus & Thracibus & Illyrijs, omnibusq; Græcis uolebat imperare, filium autem alterius tradidit imperio erudiendum: & quum tot hominum millibus mandata daret, ſoli illi mandata dare non ſuſtinuit. Neq; enim æquale ſibi diſcrimē putauit eſſe, ſi circa alios delinqueret, atq; ſi quis circa filium.

Pelopidas. Epaminōdas.

Et ipſe quidem antea Thebis quum eſſet obſes, uerſatus erat apud Pelopidam, hominem eruditum, ita ut & illius amatorē fuiſſe Pelopidā dicant: & Epaminondæ facta uiderat, audieratq; ſermones, unde & intellexit eū non abſq; cauſa tantū ualuiſſe inter Græcos, tantamq; rerum feciſſe mutationem, ut Lacedæmoniorum deſtrueret imperium, quod tanto tempore durauerat: ſed cum Lyſide conſuetudinem habuiſſe, Pythagoræ diſcipulo. Vnde opinor, multum præſtitit Philippus prioribus in Macedonia regibus. Attamen talem nactus eruditionem, non auſus fuit Alexandrū ipſe docere.

Philoſophos rarò principatū tenuiſſe inter homines.

Inuenias aūt rarò Philoſophos principatum quidē obtinuiſſe inter homines: dico aūt inſignes principatus, nempe duces exercituum, aut ſatrapas aut reges conſtitutos: ſubiectos autem plurimum & maximum ab illis fructū percepiſſe: à Solone quidem & Ariſtide Athenienſes, & à Pericle Anaxagoræ diſcipulo: Thebanos autem ab Epaminōda, Romanos quoq; à Numa, quem aiunt quidam Pythagoricæ ſapientiæ fuiſſe participem. Italos autem, nónne omnes

mnes à Pythagoricis? Atq; etiã tantiſper felicitate uſi ſunt, maximaq; concordia & pace reſpublicas rexerunt, dum illi in ciuitatibus uerſati ſunt. Et communiter fortiſsimæ gentes, quandoquidem non poſſunt ſemper à philoſophis regi, regibus hoſce aſſeſſores & principes inſtituerũt. Et Perſas quidem puto eos inſtituiſſe qui appellantur Magi, quia naturæ habebant experientiam, noueranq; quo pacto dij eſſent colendi. Aegyptij uerò inſtituere ſacerdotes, eadem qua magi diſciplina eruditos, qui deorum gerebant curam, norantq; uniuerſa, quã & quomodo haberent. Indi aũt Brachmanas, continentia iuſticiaq; excellentes, atq; erga diuinitatem amicitia: unde magis futura ſciũt, quàm alij homines ipſis præſentia. Celtę uerò, quos appellant Druidas, & hoſce diuinationis ſtudioſos, atq; alius ſapientiæ, ſine quibus nihil regibus licitum eſt facere aut conſulere: ut ita ſi quis uerum dicat, illi regnẽt: reges autem illorum ſententiæ ſint miniſtri & ſerui, licet in thronis aureis ſedeant, magnasq; domos habitent, & ſumptuoſè cõuiuentur. Nam et illum uериſimile eſt omnem principatum commodiſsimè gubernare poſſe, qui difficilimũ prius tractauit principatum, poteſtq; ſemetipſum abſq; delicto exhibere. Philoſophus igitur ſemper ſibi imperat, quod longè difficilius, quàm omnium Græcorũ uniuerſorumq; barbarorum regnum obtinere. Quod enim tam immane hominum genus eſt, ut ſunt iræ & inuidiæ & cõtentiones, quas illum ſibi ſubiugare oportet? Quod etiam tam aſtutum & inſidioſum, proditoriumq;, ut uoluptates atq; concupiſcentiæ, à quibus eum nunquam uinci oportet? Quod deniq; tam uiolentum ac formidoloſum, animosq; humilians, ut timores & triſticiæ, quibus nunquam eum cedere decet? Quæ autem arma, quæ munitiones, aduerſum hæc oppoſitæ ſunt? Qualia nempe neq; reges neq; prætores ciuitatis aduerſus hoſtes habent. Quibus autem auxilijs aut ſatellitibus aduerſus hæc uti quis poſsit, niſi ſapiẽtibus prudentibusq; ſermonibus? Quibus autem alijs mandare cuſtodiam, aut committere præſidium conuenit, uel quibus uti miniſtris, niſi illis? Nonne & illi, qui ſemper dies nocteſq; ſollicitus eſt, uigilatq; eam uigiliã, ne quando ipſe uideatur aut permotus à uoluptatibus, aut perterritus à timore, aut ſeductus à concupiſcentia, aut abiectus ab ægritudine, deſiſtere ab optimis & iuſtiſsimis factis, ſui factus ipſius proditor? Hinc autẽ qui hoc imperium fortiter & moderatè regit, non difficile iam eſt omnium hominum fieri ſupremum. Quando uerò hæc narro de philoſophis, nemo me putet ad externum reſpicientem cultum dicere, adq; nomen. Neq; enim uinũ ex dolio iudicãt prudentes. Sæpius enim inuenias in cõcinno dolio uinũ ex cauponis in uappam degeneraſſe. Neq; etiam uirum eruditum ex corporis cultu iudicare conuenit. Vulgus quidem non admiror hac in re decipi. Nam & Vlyſſem atq; Irum commiſerunt proci, propter eundem corporis cultum, tanquam nihil inter ſe differentes. Dixit autem paulo ante hæc tempora philoſophorum quidam non malus, Iſmenum ob hoc maximè indignari ſolitum, quòd ſiticines appellarentur tibicines. At nequaquam res eſt indignatione digna, ut mihi quidẽ uidetur. Nihil enim mortuis detrimenti adferunt ſiticines, neq; illis ſunt moleſti. Quidã uerò qui ſe philoſophos ſimulant, multa prorſus mala operantur. At hoc uerè philoſophi officium eſt, & non aliud, quàm hominibus imperare. Quiſquis autem cunctatur ſuam ipſius ciuitatem, uolentem, & ad hoc uocantem, gubernare: ſimilis eſt, ut ſi quis ſe medicũ profeſſus, ſuum ipſius corpus curare nolit, alios autem homines ſanet, argẽtum promptè aut honores accipiens: tanquam mercede alia minor ſit merces, propria ualetudo.

Perſarũ Magi.

Aegyptiorum ſacerdotes.

Indorũ Brachmanes.

Celtarũ Druidæ.

Philoſophi imperiũ cuiuſmodi.

Vir bonus et eruditus nõ ex corporis cultu iudicandus.

Tibicines, ſiticines.

Philoſophi officium.

Magiſtratũ in patria recuſant, qualis.

aut, ut ſi quis ſe idoneum ferat pædagogum, aut literarum doctorem, atque alienos quidẽ pueros uelit docere, ſuos autẽ ableget ad alium quendam longè inferiorem: aut ſi quis ſuos negligat parentes, alienosq; uelit fouere, ſi eos diuitiores celebrioresue eſſe ſentiat. Neq; enim iuſtius, neq; iucũdius, eſt neceſſarijs præteritis, prodeſſe nihil ad ſe pertinẽtibus. Proinde conſequens iam his ſermonibus illud eſt, ut ſibi ipſi imperet, qui uobis uelit imperare. At bene ſcitis, quòd niſi hoc eſſet impoſsibile, non expectaſſem ut uos rogaretis: ſed ipſe rogaſſem, obſecraſſemq;. Vnum enim & hoc eſt honeſtorum modeſtorumq; hominum, ut petentem, & pro electione gratias habiturum, magiſtratum inter ciues gerere ſinant: non reijcientem, neq; eam rem ingloriam exiſtimantem. Quid igitur eſt, quod fieri non poſsit in præſentia? Mihi & in alijs quæ dico apud uos fides eſt, nunquam enim uos decepi (ut ego arbitror) ulla in re: neq; antea aliter dixi ac ſenſi, ſed ſemper in hanc uſq; diem in animo habui plura negocia relinquere, ſed ea me inuitum retinuerũt. Nunc autem id non amplius ferè fieri poteſt. Neque enim mihi, neq; etiam fortaſſe uobis bonum eſt, ut hic uerſer. Proinde recuſo ſuffragium. Noui enim, quòd non indiguerim inquiſitione: ſed quemadmodũ antea in propatulo omnes tuliſtis ſuffragia, quando ſuſpicabamini me id uelle, ita etiam nunc feceritis. Sed non is mihi animus eſt. Verùm, ut magiſtratum quidem geram, ſcio me non fuiſſe obſecrandum: ut autem dimittar, obſecrare ego non erubeſco.

Ad magiſtratum qualis eligendus.

Magiſtratum deprecatur.

DE ADMINISTRATIONIBVS IN SENATV. L.

EGO & antea uos diligebam, ô uiri, quemadmodum hominem decet humanum, & non fatuum, neq; imprudentem, amare patriã, eumq; qui recti tenacisſimus ſit. Vobis autem alios præferre, perinde eſſet, ac ſi quis ſe ciuitatis dicat amantem, & domibus quidem delectaretur & officinis quę ſunt in ciuitate, forum autem & Prytaneium & curiam & alia tẽpla negligẽtius inſpiciat. Aut hercle, ſi quis Lacedæmoniorum uulgus amaſſet: reges autem & Ephoros & ſeniores, qui modeſtia alijs pręſtabant, ignominia affeciſſet, per quos tota ciuitas ſeruabatur. Vbi & apud Athenienſes, qui omnium hominũ maximè populare imperium erant amplexi, plurimumq; tribuebant uulgo & popularibus, nullus unquam tam confidens fuit orator, neq; Hyperbolus ille, aut Cleon, ut Ariopagum, aut ſenatum, illos ſexcentos, præ populo contemneret. Cæterùm quod aſsiduè mentionem facio Lacedæmoniorum & Athenienſium, ueniam mihi dent, qui ualde ſunt acuti. Nã talibus exemplis uos dignos eſſe iudico: & quũ uerba faciam apud Græcos, ut opinor, non decens eſſe reor, aliorum quorundam potius mentionem facere, quàm ſummorum Græcorum. Meæ igitur erga uos beneuolentiæ fideiq; illud uobis eſto indicium, quòd neque factione aliqua fretus, neq; aliquos ex uobis habens familiares, audacter ingrediar ad uos, neq; exiſtimem nemine minus ualere: uidelicet communi confiſus amicitia, beneuolentiaq; erga omnes, neq; uiolentus neq; terribilis eſſe aut uideri uolens, ut propterea colar. Quod autem miſeratus ſum populares, quando miſerabiles erant, & quantum poſsibile erat conatus ſum releuare, hoc nullum eſt ſignum me erga illos familiarius affectum eſſe: quando & corporis ſemper eam partem quæ laborat curamus, maiorem habemus rationem pedum quàm oculorum, quum illi dolent maleq; ſunt affecti, hi

Cum Lacedæmoniorum & Athenienſium ſubinde mentionem faciat.

cti, hi autem ſani ſunt. Quod autem dixi populares miſerabiles, nemo me ſuſpicetur dicere, quaſi iniuſta et iniqua ſint paſsi: quando & eos qui à medicis ſecantur, atque hoc pro ipſorum ſalute tolerantes, miſeramur: & lachrymantur ſuper ſectione & matres & patres, licet eam ſciant prodeſſe. Porrò quòd dicebam, quòd etiam antè uos dilexerim, quàm ſufficientem animi ueſtri haberem experientiam: nunc ſanè iuro deos uobis omnes, quòd equidem non ſenatum ſolum honore & amicitia dignum iudicem, ſed etiam admirer fortitudinem ueſtram, atque ueritatem, libertatemq́. Atque hoc modo affectus fui, ut me populo quidem perſoluiſſe debita putem pro meis uiribus, ut ciuis: uobis autem debere, & nunquam ueſtram poſſe beneuolentiam ſuperare. Et quod à ueteribus quibuſdam rhetoribus dictum eſt, uiſumq́ adulationis quandam habere excellentiam (quòd populum meritò ſanè in oculis circumferrem) hoc ego iure dicerem ad uos. Et hunc filium, ſi ſapiet, modeſtusq́ fuerit, arbitror omnia uobis ex æquo repenſurum, uosq́ obſeruaturum non minus quàm ego. Quid factum eſt, dicet aliquis, aut qua hominum accepta experientia, ita ſupra modum contendis? Fortaſsis inſpiratio mihi quædam facta eſt diuinitùs, & impetus animi talis erga uos. Illud ſanè manifeſtè ſcitis, quòd neque populum neque ſenatum, neque hominem ſatrapam, aut dynaſtam, aut tyrannum, amare, aut ſermonibus colere ego queam: niſi eum apud meipſum prius laudauerim, illiusq́ animi approbauerim mores. Vos autem uideo fermè, quoties animi ueſtri licuit capere experimentum, nihil unquam iniquum, neque ambiguum, neque humile, neque mutabile, neque ſenſus expers, uel tumultuum uel negociorum ſpecimen deſignaſſe: ut audacter ad populum dicere poſſem, Habetis uos quidem præfectos bonos, ſed neminem inter uos ipſis dignum, immò neque ſuperioribus, uel patre meo uel auo, neque alijs, qui omnes fuere boni, atque honore digni. Et nemo me hæc dicere exiſtimet, quòd mihi ipſi uendicem ſenatus principatum, (ego enim abeo ob multas cauſas: & credite me nunc uerum dicere, atque fortaſſe non meæ utilitatis aut uoluptatis gratia) non potui autem, quam habui ſententiam celare. Et metuendum non eſt, ne quando ego uobis uidear adulari: non adulatus inimico tyranno, neque uerbum illiberale aut ſeruile proferens, quando multi uita fuere contenti, quicquid etiam dicerent aut facerent. Sed mihi uidetur magnum & diuinum eſſe, quod factum eſt apud uos. Priuatim ſanè quales tandem ſitis, haud admodum accuratè noui: exiſtimo autem uulgo eſſe meliores. publicè autem quando huc conuenitis, aut rurſus in concionem, nihil unquam neque humile neque ſeruile dixiſſe ſcio, aut ſenſiſſe uos: non exhortationem apud uos ualuiſſe, neque pollicitationem. Si quis ergo eiuſmodi eſt, ut fortis ſit aduerſus minas & promiſsiones, is facilè uirtutem tueri poteſt. Cur autem ego non dicam quæ mihi uidentur? ſicuti conuenit philoſophum non praua ſolum redarguere, meliora uerò abſcondere, aut ueritatem non in malis ſolis utilem, ſed & in bonis, non minus, eo quòd laudabilis ſit? Tu igitur, dicet aliquis, encomium uis recitare ſenatus? Cur autem intolerandum hoc ſit, ſi eſt uerum? Encomium autem hoc, ſi dictis uideamini diſsimiles, non ueſtra laus eſt, ſed dicentis accuſatio. Attamen nullum talem feci ſermonem, niſi ualde dolore permotus: quemadmodum antea aliquando, quum audiſſem quòd in rebus ueſtris præuaricarer. Et propterea me purgaui, non deſpiciens purgationẽ unquã, neq́ cenſens rem eſſe

Populares miſerabiles.

 longè

longè me inferiorem. Dormiturientem quidem (ut aiunt) apud iudicem, atque hercle apud tyrannum, res abiecta eſt purgatio: apud ciues uerò & conſanguineos & amicos, quos quis putat moderatos, non abiecta eſt, ſed æqua & iuſta. Tunc igitur rectè feci: & nunc multo magis, quando uos clarius noui. Audio enim quoſdam dictitaſſe, atque ſermo diuulgatus eſt talis, quòd ego obſtiterim quo minus ſenatus conuocaretur: quin etiam hoc audiui, quòd omnia ſimpliciter quæ ſunt magiſtratus, iuxta meum exiſtiment fieri conſilium. Ego uerò hoc à filio quidem non auferam, ut ne quid faciat me inuito, quod ex ſe facturus eſt: neq; aliter quàm meæ ut ſententiæ ſectetur ueſtigia: iuro aũt, me nihil unquã illi mandaſſe, dico autem de ijs quæ pertinet ad rempublicam: neq; conſuluiſſe quæ eſſent meliora, aut uiderentur mandati habere ſpeciem. Et propter hanc ſuſpicionem aliquandiu non ueni in ſenatum. Nam habere talem filium, qui autoritatem conſecutus ſit à ciuitate, quiq; iam idoneus habeatur ad publicè conſulendum, adq; rempublicam adminiſtrandam: atq; eum interea facto priuatum facere, eiq; poteſtatem quam ſecundum leges habet, abrogare, neq; alioqui humanos, neq; fortaſſe tales uiros decet.

AD DIODORVM. LI.

VEHEMENS me ſubit admiratio, ô uiri, quòd aliquis neq; approbans neq; diligens quempiam, deinde ſurgit, & oratione eum collaudare non ueretur. Quin iam quibuſdam longum recitauit, ſummaq; diligentia compoſitum encomium. Fieri enim non poteſt, quin talis homo turpiſsimorum facinorum ſibi conſcius ſit, inuidiæ, puſillanimitatis: et quod poſtremum eſt, ſeruitutis.
Seruilis ſermo. Dicitur igitur non abſurdè à ueteribus, ſeruilem ſermonem dixiſti. Age uerò, quomodo non ſit ſeruus, qui coram tot ſimul hominibus alia, atq; ſentit, facit: atq; hoc non ſimpliciter, ſed adhibita cura & apparatu, atque adulatur ſæpius homini, admiraturq; eum quem non diligit? Moderatũ eſt enim, ita dicere. Atqui quòd omnes omnia apud uos laudibus euehant, ſcitis haud dubiè. Quare ego congratulor, uosq; beatos cenſeo, ſi ita omnes à nobis omnibus amantur. Hoc enim conſequens eſt. Vellem autem, ut ſicut in ſenatu & concionibus multa audire licet encomia, ita liceret etiam in foro atque alijs conuentibus: & quemadmodum qui ſe exercent, nullum locum fugiunt, ita & nos utrobique encomia aggrederemur. Nunc autem præter locum eiuſmodi ſunt dicta. Quare ſi quis in concionem ueniat hoſpitum, heroum quorundam aut ſapientum putabit hanc eſſe ciuitatem: ſi uerò ingrediatur forum, putabit quale nihil dicendum eſt. Ipſi enim noſtis. Quid igitur, dicet quiſpiam, ſurrexiſti ad obſurgandum laudantes? Non ego hercle: ſed ut, quantum fieri poſſet, non ſolum hoc in loco eſſemus humani, & bonorum amantes, ſed ſimiliter in omni loco & tempore. Huius equidem laudem ita uideo complecteram à uobis, ut nullum patiatur hyperbolen. Aequum eſt autem & uos laudare. Videmini enim mihi multum ab omnibus populis differre.

Atque ego hoc non dicerem, niſi etiam ſentirem ita. Alij enim ad ſolam utilitatem reſpiciunt, atque eos qui ipſis dant, aut dare poſſunt, laudant. Vos autem & propenſum animum atque uoluntatem magni facitis. Neque ego hoc dico, quòd non iſte & fecerit multa & magna (fe-

cit

ſit enim) ſed quòd uobis ſuffecerit & illius uoluntas. Præterea alij quidem minima quæ fiunt approbant, nempe quæ ſumptu quodam indigent: uos autem maxima intelligitis, quatenus æquum eſt. Eſt autem omni ex parte maius, quàm expenſas facere, curam genere ciuitatis, ſeque manifeſtum facere quempiam quòd uobis ſit beneuolus. Ad hæc, plurimi quidem admonitores, etiamſi uel ſermone id faciant, oderunt: eos autem qui cum uoluptate quadam adulantur, admirabiliter approbant. Apud uos autem è diuerſo fit: qui maxima libertate utitur, peccantesq; obiurgat & refrenat, is maximè diligitur. Quis igitur non talem diligat ciuitatem & rempublicam, in qua honores pluris æſtimantur, quàm publicæ erogationes: & qui cum beneuolentia admonet, plus amatur quàm qui cum adulatione concionatur? Multi autem propenſiores ſunt ad moderandum & corrigendum alios, quàm ad colendum & tractandum delicatè. Aut quis non uos obſtupeſcat, atque iſtum beatum cenſeat, quòd ob huiuſmodi iudicatus ſit ueſtro dignus magiſtratu? Atque equidem magnum illi certamen erga uos initum eſſe cerno. Cui enim tota ciuitas atque populus uoluntariè permiſit ut ipſum erudiat, & quem præfectum delegit communis uirtutis, cuique maximum dedit magiſtratum modeſtiæ & diſciplinæ, ut uideat qui honeſtè uiuat unuſquiſque, quomodo non huic magnum propoſitum ſit certamen, ut nulla in re inferior appareat ueſtra opinione? Conſidera tu uerò ipſe, ut ſcias neminem ueterum, neque eorum qui ſemper habiti ſunt in admiratione, tantum à ſuis ciuibus honorem adeptum eſſe. Pericles enim ille, quem audimus apud Athenienſes fuiſſe, quum ciuitas adhuc floreret, exercitui quidem præfectus eſt: at non dignus exiſtimatus, qui ſemper gereret magiſtratum, præſertim eum qui non in argenti adminiſtratione, neque in ædificiorum cura conſiſteret, ſed in eo ut boni eſſent ciues, & admoneret ſi uellet delinquentes, & pro ſua uirili faceret meliores. Quippe non tuliſſent eum illius ſeculi homines, propter ſuam ipſorum contumaciam. Quanto igitur uos, qui ipſos traditis in diſciplinam, iubetisq; erudire, meliores eſtis ijs, qui etiam ſi quis à ſe ipſo hoc propenſus ſit facere, indignantur: & non ſolum non honorant, uerùm etiam interficiunt accuſantem, quemadmodum illi Socratem? Quod igitur aut huius aut ueſtrum honeſtius encomium quis dicat? qui poſtquam ſenſiſtis hunc ephebos & adoleſcentes reddidiſſe meliores, ſtatim putatis & uos meliores facere poſſe? Atque hercle ſanè, non ephebis tantum opus eſt eruditione & uirtute, adultis autem non, & toti ciuitati: quemadmodum ſi quis medicus pueris quidem & adoleſcentulis exiſtimet opus eſſe medicina, uiris autem non. Quin etiam magnanimitas ueſtra ad conferendos honores, quomodo non admirandæ ſit ciuitatis? Cui enim honeſtorum uirorum non propenſum animum exhibuiſtis? Cui non imagines? Cui non ſtatuas? Nónne legatione functos ad ciuitates, adeò imperatorem publicè honoraſtis? Nónne priuatim quiſque eos data dextera excepiſtis? Aut quis non delectetur, quum talia fiant? Aut quis non promptus ſit, pro uirili bene uobis facere? Proinde equidem puto, me quoque iſtius laudem, ut potui, dixiſſe. Encomium enim illorum qui quem approbant, honorantq;, conſtat & illius honeſtiſsimam eſſe laudem.

Pericles quali magiſtratu functus.

QVVM ſurrexiſſem fermè circiter primam diei horam,
cùm propter corporis imbecillitatem, tum propter ae-
rem frigidiorem ob tempus matutinū, maximeq; au-
tumno ſimilem, licet in media eſſet ęſtate, memetipſum
curaui, & precatus ſum. Deinde conſcenſa rheda, cir-
cuiui in Hippodromo multos quoſdam gyros leuiter
& abſq; moleſtia, quātum fieri poterat in eunte rheda.
Et poſt hæc quum deambulaſſem, requieui pauliſper. Deinde unctus &
lotus, & modico cibo ſumpto, incidi in Tragœdias quaſdam. Erant au-
tem ferè ſummorū uirorum, Aeſchyli & Sophoclis & Euripidis, omnes
eiuſdem argumenti, nempe de Philoctetæ arcu. Siue factum id furtum, ſi-
ue rapina dicendum eſt, certè prorſus ſpoliatus erat armis Philoctetes ab
Vlyſſe, & ipſe ad Troiam perductus, magis quidem inuitus: partim uerò
& neceſſaria perſuaſione, poſtquam armis priuatus erat, quę cùm uictum
illi in inſula, tum etiam audaciam in tali morbo, ſimul etiam nomen cele-
bre præbuerant. Proinde lætabar eo ſpectaculò, & cogitabam apud me,
quòd Athenis olim non potueram illos nanciſci uiros in eodem concer-
tantes argumento. Sed Sophoclem quidem contra Aeſchylum, iuuenem
contra ſenem: & contra Euripidem, ſeniorem cōtra iuniorem certantem,
habebant quidam. At Euripides propter ætatem præteritus eſt ab Aeſchy
lo: eodemq; tempore non frequenter fortaſſe, aut nunquam, eodem dra-
mate, inter ſe certarunt. Ipſe autem planè mihi uidebar eſſe in delicijs, atq;
imbecillitatis conſolationem habere nouam. Proinde ſuppeditaui eam
mihi admodum ſplendidè, conatusq; ſum attendere animum tanquam iu
dex, primis Tragicis choris. Verumtamen iuratus non poteram pronun-
ciare quicquam, quamobrem illorum uirorum quiſquam ſuccubuiſſet.
Aeſchyli et Euripidis collatio. Illa enim Aeſchyli animi magnitudo, & antiqui mores, inſuper & inuen-
tionis & phraſeos contumacia, decere uidebantur Tragœdiam, & anti
quos Heroum mores, in quibus nihil eſſet inſidioſum, aut multiloquum,
aut humile. Quoniam & Vlyſſem introduxit acutum et doloſum, ut inter
illius ſeculi homines, multum autem diſtantem à præſentium malicia: ut
reuera uideatur antiquus, præ præſentibus, ſimplices & magnanimi eſſe
uolentibus, nihilq; opus habeat mutante formam Minerua, ne cognoſca
tur à Philoctete qui ſit: quemadmodum Homerus, eumq; ſecutus Euri-
pides, ſcripſerunt: ita ut forſan quiſpiam hoc reprehendere queat ex illis
qui hominem non amant, quod nihil illi curæ fuiſſet, quomodo probabi-
lis foret Vlyſſes. Haberet autem defenſionem, ut ego puto, aduerſus illū,
quòd tempus forſan non erat huiuſmodi, ut non mutaretur figura decem
intercedentibus & exactis annis. Morbus autem Philoctetæ, & affli-
ctio, & quòd in ſolitudine uixerit, fecerunt, ut hoc fieri poſſet. Complu-
res enim iam partim ab infirmitate, partim ab infelicitate idipſum paſsi
ſunt. Quin etiam chorus illius, ſicut & Euripidis, non eguit excuſatio-
ne. Ambo enim ex Lemnijs chorum conſtituerunt. Verùm Euripides,
ſtatim eum ſcripſit defendentem priorem negligentiam, quòd in tot an-
nis non acceſſerint ad Philoctetam, neq; ei quicquam opis tulerint. Ae-
ſchylus autem ſimpliciter ei introduxit chorū, planè ſimplicius, magisq;
tragicè: cæiera autem magis ciuiliter, atq; accuratius. Etenim ſi potuiſ-
ſent omnes abſurditates effugere in Tragœdijs, fortaſsis ratio poſceret
ut neq;

ut neque hoc prætermiſſum eſſet. Nunc autem in una die aduenire ſcri-
bunt præcones plurium uiam dierum. Deinde, neque in uniuerſum ue-
rum erat, neminem ad eum Lemniorum acceſsiſſe, atque nullam prorſus
illius geſsiſſe curam. Mihi enim uidetur, annos eum decem degere non
potuiſſe, nullo adiutum auxilio: ſed ueriſimile eſt adiutorium nactum fu-
iſſe, ſed raro, nullumq; magnum, à nemineq; eum in domum receptum,
ægrotantemq; curatum ob morbi difficultatem. Ipſe ergo Euripides He-
ctorem introducit Lemniorum quendam, ut notum, ad Philocteten acce
dentem, quiq; eum ſæpius conueniſſet. Non igitur ne illud quidem mi-
hi uidetur quis iure reprehendere poſſe, quòd narratio fit ad chorum tan-
quam ignorantem, quòd relictus ſit ab Achiuis, & alia quæ ei contige-
runt. Homines enim infortunati, ſæpius meminiſſe ſolent calamitatum: «
atq; ſcientibus exactè omnia, nihilq; narratione opus habẽtibus, ſemper «
moleſti ſunt enarrantes. Quin etiam fallacia Vlyſsis, qua apud Philocte- «
ten uſus eſt, & ſermones quibus eum adduxit, nõ ſolum non Heroem de-
decent (ſed non Eurybatem, aut Patæcionem) ſed ut mihi uidentur, eti-
am ſunt perſuaſibiliores. Quid enim opus erat callida arte & inſidijs ad-
uerſus hominem ægrotantem, præſertim ſagittarium, cuius, ſi quis tan-
tum propè aſsiſteret, inutilis erat fortitudo? Annunciare autem Achi-
uorum calamitates, & mortem Agamemnonis atque Vlyſsis, ob cau-
ſam, quantum fingi poterat, turpiſsimam, totúmque breuiter exerci-
tum perditum, non ſolum utile erat ad lætificandum Philoctetem, adq;
magis admittendum Vlyſsis colloquium: quin neque erant incredibi-
lia quodammodo, propter belli longitudinem, proptérque ea quæ nu-
per ẏdmodum acciderant propter iram Achillis, quódque Hector pau-
lominus naues incendiſſet. Euripidis autem intelligentia, diligentiá- De Euripide.
que in omnibus, qua nihil incredibile aut neglectum ſinit, neque ſim-
plici modo rebus utitur, ſed cum omnibus dicẽdi uiribus ex aduerſo re-
ſpondet Aeſchyli intelligentiæ, eſtq; ciuiliſsima, maxim ̃eque ex arte di-
cendi compoſita, poteſtq; plurimam legentibus præbere utilitatem. Sta-
tim igitur præfatur illi Vlyſſes, apud ſe & alia uerſans enthymemata ciui-
lia, & primùm quidem de ſeipſo ambigens, an uideri poſsit uulgò ſapi-
ens quiſpiam eſſe, & intellectu præſtans, an contrarium. Quum enim li-
ceat ſibi abſque moleſtia atque cura degere, ipſe ſe ſpontè ſemper pericu-
lis atque negocijs inuoluet. Huius autem cauſam eſſe ait, nobilium & ge
neroſorum uirorum ambitionem. Quum enim bonam gloriam concupi *Generoſorum*
ſcant, & ut apud omnes homines celebrẽt, maximos difficilimosq; ſpon *uirorum am-*
tè ſuſcipiunt labores. Nihil igitur ita arrogans, ut homo bonæ indolis. *bitio.*
Deinde clarè atq; accuratè manifeſtat fabulæ argumentum, & cuius gra
tia u.enerit in Lemnum. Ait autem, ſe immutatum à Minerua, ut conueni
ens Philoctetam, ab eo non agnoſcatur: imitatus in hoc Homerũ. Quip-
pe & ille, cùm alios, tum Eumæum & Penelopem conuentam ſcribit ab
Vlyſſe, immutato à Minerua. Dicitq; legationem miſſum iri à Troianis
ad Philoctetam, precaturam ut ſe atq; arma illis exhibeat ad Troianum
ſtabiliendum regnum. atq; hic magis uariam fecit fabulam, & orationis
reperit occaſiones, iuxta quas in contraria nitens copioſiſsimus, & præ
quocumq; inſtructiſsimus apparet. Nõ ſolum autem ſcripſit Vlyſſem ad-
ueniſſe, ſed etiam cum Diomede, Homeri more & hoc. Et in uniuerſum,
ut dixi, per totam fabulam, multam in colloquijs prudentiam atque cre-
dibilitatem oſtendit, immenſamq; atq; admirabilem in ſermonibus uim.
atq; Iambeia manifeſtè ſe atque iuxta naturam & ciuiliter habent: & car-
mina

mina non ſolum uoluptatem, uerùm magnam ad uirtutem continent ex- *De Sophocle.* hortationem. Sophocles autem, medius inter ambos uidetur. Neque e- nim contumaciam ſimplicitatemꝙ Aeſchyli habet, neque diligentiam & acumen & ciuile illud Euripidis: ſeueram autem quandam & magnifi- cam poeſin, quæ uerè tragica & perſuaſibilis ſit, ut plurimam cum ſubli- mitate grauitatemꝙ oſtendat uoluptatem. Quin etiam apparatu rerum o- ptimo, adꝙ perſuadendum aptiſsimo uſus eſt, quòd ſcripſit Vlyſſem cum Neoptolemo aduenìſſe, poſtquam in fatis erat Troiam à Neoptolemo ca pi, & Philocteta Herculis arcu utente. Atque ipſum quidem Vlyſſem ſeſe abſcondiſſe ſcribit, Neoptolemum uerò ab eo miſſum ad Philoctetam, quum illum inſtruxiſſet quid facto eſſet opus. Et chorum, non quemad- modum Aeſchylus & Euripides, ex indigenis fecit, ſed ex ijs qui unà cū Vlyſſe & Neoptolemo eò in naui uenerant. Fecit & mores admirabiliter ſeueros & liberales, & Vlyſsis multo mitiores ſimplicioresꝙ quàm fecit Euripides: atꝙ Neoptolemi ſimpliciſsimos ac generoſiſsimos, qui primū noluit dolo & fraude ſuperari Philoctetam, ſed robore propalàm. Dein- de perſuaſus ab Vlyſſe, eoꝙ decepto, arcuꝙ in ſuam redacto poteſtatem, eoꝙ id intelligente conquerenteꝙ, quòd fraude circumuentus eſſet, re- petenteꝙ arma, non retinet: ſed quantum poteſt reſtituere nititur, quam- uis Vlyſſes interueniret atꝙ prohiberet. Et tandem reddit arma: & pòſt *Tyrannorum facta cuiuſmodi.* oratione illum eo ducere conatur, quò ſponte ſequatur ad Troiam. Quū autem Philoctetes nullo modo cederet, aut parêret, ſed Neoptolemum rogaret, ut ſicut promiſerat, ipſum in Græciam reduceret: promittit, promptúsque eſt hoc facere: donec Hercules apparens, perſuadet Phi- loctetæ, ut ſpontè nauiget ad Troiam. Carmina uerò non multas habent ſententias, neꝙ multum ad uirtutem exhortationis, ſicut Euripidis: uolu ptatem autem admirandam, & magnificentiam: ut non fruſtra de eo di- xerit Ariſtophanes, Ille uerò ruìſus Sophoclis melle unctæ tanquam ur- næ circumlambebat os.

DE HOMERO. LIIII.

Democriti de Homero teſtimonium. DEMOCRITVS de Homero ita dicit: Homerus naturā ſortitus minimè afflatam, omnigenorum carminum orna tum fabricatus eſt: ut fieri non potuerit, ut abſque diuina & afflata naturà ita pulchra & docta carmina compone- rentur. Multi quòque & alij de eo ſcripſerunt, partim pa- làm laudibus poetam celebrantes, ſimul & exponentes aliqua ab eo dicta: partim autem iuxta hoc ipſum, illius cōſilium enarran tes: non ſolum Ariſtarchus & Crates, atꝙ alij plures, qui tandem Gram- matici ſunt appellati, antea autem uocabantur Critici. Quin & ipſe Ari- *Ariſtotelis Dialogi.* ſtoteles, à quo aiunt artem Criticam atque grammaticam ſumpſiſſe exor- dium, in multis dialogis de hoc poeta diſputat, admirans eum plurimùm, *Heraclides Pōticus.* & honorans. Præterea etiam Heraclides Ponticus, atꝙ his prior Plato, eius ubiꝙ meminit, iucunditatem quidem & gratiam carminum obſtupe ſcens: ſæpe uerò & reprehendens in fabulis, ſermonibusꝙ de dijs, ut qui nequaquam hominibus cōducentia ea dixerit: nempe cupiditates, & mu *Plato cur Homerum excluſerit ſua repub.* tuas inſidias, & adulteria, & cōtentiones, litesꝙ de dijs recitans. Poſt hæc quoꝙ noluit eum participem eſſe ciuitatis ſuæ atꝙ reipublicæ, ſapientis (ut ipſe putabat) futuræ, ut neꝙ hæc audirent de dijs iuuenes, quos ille conſtituit cuſtodes præſidesꝙ ciuitatis: neꝙ quicquam tetricum de infe- ris prolatum, ne molliores ad pugnandum, adꝙ moriendum inde redde-

rentur: neque, quemadmodum qui in malè inſtituta republica uerſantur, ab initio ad ea ducerentur, quæ non proſunt. De his uerò alia maior & longior, neque facilis oratio habenda eſt, an Homerus deliquerit circa hæc: an naturales quaſdam ſub fabularum inuolucris, hominibus, ut tum moris erat, tradiderit rationes. Non eſt enim tale diſcretu facile, ſicuti opinor: nec quum duo amici ambo graues, alter alterum accuſat, unum ex ijs condemnare. Scripſit autem & Zeno philoſophus & in Iliaden & Odyſſeian, & de Margite. uidetur enim & hoc poema ab Homero eſſe factum, adhuc iuniore, atque ſuam explorante naturam ad poeſim. At Zeno nihil de uirtutibus Homeri dicit, ſed duntaxat enarrat atque docet, quod hæc quidem iuxta opinionem, illa autem ſecundum ueritatem ſcripſerit: ne uideretur cum ſemetipſo pugnare in ijs quæ contrariè uidentur dicta. Hic autem ſermo Antiſthenis ante hunc fuit, quòd partim opinione, partim ueritate dicta ſint à poeta: ſed hic quidem non eum abſoluit, neque ſingula per partes explicauit. Præterea & Perſeus ille Zenonis diſcipulus iuxta hoc argumentum ſcripſit, & alij complures. Plato uerò, licet eum reprehendat, ut dixi, uires tamen eius in poeſi admirabiles eſſe pronunciat: ut qui ad omnia negocia idoneus ſit, atque omnes manifeſtè emittat uoces, fluminum, uentorum, & fluctuum: iubet'que eum ualde pacificè lana coronatum, perfuſum'que unguento, dimitti ad alios. Hoc autem mulieres in hirundinibus faciunt. Præterea & ipſe gratiam eius poeſeos collaudans, ualde uirum admiratur. Planè enim haud ſine diuina fortuna, neque abſque Muſarum & Apollinis inſtinctu, tam ſublimem atque magnificam poeſim fieri potuiſſe conſtat: ut non tantum eiuſdem linguæ homines tanto iam detineat tempore, uerùm etiam barbarorum multos: ut'que bilingues & mixti populi illius carminum oppidò ſint gnari, multa alia Græcorum ignorantes, quidam etiam hinc ualde procul habitantes: quando & apud Indos cani aiunt Homeri poeſin, translatam in ſuam ipſorum linguam & uocem. Itaque & Indi ſidera quidem apud nos nota, non cernunt: urſas enim apud eos aiunt non uideri: caſuum autem Priami, & Andromaches, & luctuum Hecubæ, atque lamentationum, & Achillis atque Hectoris fortitudinis, non ſunt inexperti. Tantum ualuit unius uiri muſica: & mihi ſanè uidetur hac uirtute Sirenas ſuperaſſe, & Orphea. Lapides enim & plantas & beſtias mulcere atque trahere, quid eſt aliud, quàm homines barbaros, Græcæq; uocis ignaros, ita uehementer in poteſtatem redigere, neque linguæ neque rerum de quibus ſit ſermo gnaros: ſed planè, ut opinor, cithara commotos? Arbitror autem ego multos & indoctiorum inſuper barbarorum, nomen quidem audiuiſſe Homeri: quid autem ſignificet non clarè noſſe, an animal, an aliam rem, an plantam. Quinetiam ſunt quidam, qui & uiri uitam laudauerunt, multo magis quàm poeſin. In paupertate enim & peregrinationibus uixiſſe, & tantum ex poematibus acquiſiuiſſe ut ſuppeteret uictus, admirandæ cuiuſdam fortitudinis & magni animi eſt. Præterea nuſquam ſcriptum eſſe illius nomen, neque in ſua ipſum meminiſſe poeſi: tametſi alij omnes, qui uim aliquam habere exiſtimati ſunt, aut poeſim aut ſolutam orationem ſcribentes, & primum & ultimum ſuum ipſorum nomen inſcripſerint. Multi quoque in ipſo contextu, & poematibus: ſicut Hecatæus & Herodotus & Thucydides. Hic enim non tantum ſemel in hiſtoriæ principio, ſed ſæpius teſtificatus eſt, per ſingulas hyemes & æſta-

Zenonis in Iliad. Odyſſ. et Margiten Homeri Commentaria.

Perſeus Zenonis diſcipulus.

Homeri poeſis etiã Indis nota.

Orphei muſicam lapides et beſtias traxiſſe quid.

Autorum nomina uariè in ipſorum ſcriptis exprimi ſolita.

& æſtates, quòd hæc conſcripſerit Thucydides. Is autem ita ingenuus erat, & magnanimus, quòd nuſquam appareat in poeſi ſui meminiſſe: ſed reuera, quemadmodum deorum prophetæ, ex obſcuro & adyto alicunde uocem emiſerit. Quod autem omnia fructuoſa & utilia ſcripſerit, & alia quidem, ſi quis recitet, multum foret laboris: quæ uerò ſcripſit de uirtute & uicijs, cui non utilia eſſe manifeſtum eſt? Et de regibus, quales eſſe oporteat, breuiter ſuã declarauit ſententiam. Quemcunque enim regum laudat, æqualem Ioui conſilio eſſe ait, atque Ioue educatos omnes bonos reges. Et Minoa illum, qui maximam iuſticiæ laudem apud Græcos conſecutus eſt, Iouis confabulonem atque diſcipulum uocat: quòd is uidelicet primus & maximus omniũ ſit rex, ſolusque norit atque tradat regiam artem: quodque bonos reges eum reſpicere, & principatum iuxta illius dirigere oporteat: ut homines Deo, quãtum fieri poteſt, moribus fiant ſimiles. Iouis autem mores, & regnum quale fuerit, in multis quidem & alijs declarat: quantum uerò breuibus comprehendi poteſt, illius potentiam atque conſilium ſæpe manifeſtat, ſemper illum appellans, Hominumque deũmque parentem: quòd uidelicet conueniat, regum curam paternam & procuratoriam eſſe, cum beneuolentia & utilitate: & quòd nunquam aliter homini conueniat præfecturam aut imperium gerere, quàm ſi diligat, prouideatque, quando ne Iupiter quidem dignatur hominum pater appellari.

Homeri ſcripta qualia. *Minos Iouis congerro.* *Iupiter, regũ exẽplar ab Homero propoſitus.*

DE SOCRATE. LV.

HIPPIAS Elæus, & Gorgias Leontinus, & Polus atque Prodicus, ſophiſtæ, aliquandiu floruerunt in Græcia, & admirandam conſecuti erant famam: non in alijs ſolum ciuitatibus, uerùm etiam Spartæ, & apud Athenienſes, pecuniasque multas collegerunt & publicè à ciuitatibus, & ab optimatibus quibuſdam & regibus, & à priuatis, ut quiſque dare poterat. Orationes quoque habuerunt multas: ſed mentem non habentes, ne modicam quidem. ex quibus, opinor, pecunias acquirere, hominibusque ſtolidis placere queas, ſed nihil ad uirtutem erudiri. Alius autem uir quidam Abderites erat, qui non ſolum nullas ab alijs accepit pecunias, ſed etiã ſuas ipſius perdidit facultates, quę maxime erant: perdidit aũt philoſophãdo, nihil eas curans uidelicet, nullumque ſibi commodũ quærẽs. Erat aũt & Socrates Athenis, uir pauper & popularis: Ne hic quidem propter paupertatem coactus eſt aliquid accipere, tametſi uxorẽ haberet quę argentũ non odiſſet, liberosque opus habẽtes educatione: & cũ adoleſcẽtibus dicatur ditiſsimis habuiſſe conſuetudinẽ, & quoſdam (ut aiunt) nihil parſuros fuiſſe prorſus, quin illi ſua communicaſſent. Erat autem cæterà moribus communis & humanus, exhibuitque ſeſe omnibus, cum ipſo conſuetudinem agere & diſputare uolentibus. Verſabatur autem plurimùm circa forum, & ingrediebatur in palæſtras, ſedebatque circa menſarios (quemadmodum qui uiles in foro merces oſtentant, circumferuntque ad oſtia) ſi quis uel adoleſcentum uel ſeniorum quid uellet interrogare, aut audire. Multi igitur potentium & rhetorum, ſimulabant ſe eum ne uidere quidem. Qui autem acceſsit tanquam qui offendunt pedem, dolentque, citò receſsit. At illorum iam admirabilium ſophiſtarum ſermones exoleuerunt, nihilque illorum præter nomina ſupereſt: Socratis uerò neſcio quomodo permanent: permanebuntque

Democritus. *Socrates.* *Socratis dicta nunquam intermoritura.*

buntq́; in omne tempus. quod ſanè mirum eſt, quum ipſe nihil ſcripſerit, nec reliquerit neque commentarium, neque teſtamentum. Deceſsit enim homo inteſtatus, quòd ad ſapientiã pecuniasq́; attinet. Cæterùm ſubſtantiam quidem non habebat, quæ publicaretur, ſicuti fieri ſolet morte condemnatis: ſermones autem uerè publicati ſunt, non hercle ab inimicis, ſed ab amicis. Qui licet etiamnum nihil minus ſint manifeſti, & honorentur: pauci tamen intelligunt, eorumq́; ſtudent eſſe participes.

DE HOMERO ET SOCRATE. LVI.

ἀναλογισμός.

QVANDOQVIDEM uideris etiã alioqui Socratis eſſe laudator, atque uir ille tibi ſtupori eſt, poſſes'ne mihi dicere, cuius diſcipulus fuerit ſapientum? Quemadmodum Phidias quidem ille ſtatuarius Hippi, Polygnotus autem pictor & eius frater ambo patris Aglaophontis fuerunt diſcipuli. Pythagoræ quoque Pherecydes dicitur magiſter fuiſſe. Pythagoras autem Empedoclis, & aliorum. Ita plurimorum aliorum clariſsimorum uirorum poſſemus dicere præceptores, quo cum quiſque uerſatus clarus euaſit: præterquam Heracliti Epheſij, et Heſiodi Aſcrei. Hic enim dicit, quod quum paſceret oues in Helicone, à Muſis in lauri ramo acceperit poeſin: ne laboraremus, illius quærendo magiſtrum. Heraclitus uerò adhuc generoſius fecit. ipſe enim inuenit uniuerſi naturam, qualis exiſtit, nemine docente, factusq́; eſt à ſeipſo ſapiens. De Homero quidem, ſicut alia quæ illi contigerunt, ita & hoc incertum apud Græcos. Socrates uerò, quòd quidem puer didicerit patris lapidicidæ artem, audiuimus: ſapientiæ autem illius magiſtrum, tam utilis tamq́; honeſtæ, tu nobis perſpicuè ede, & ne nobis hoc dicere graueris. At ego hoc ſanè multis arbitror eſſe perſpicuum, ſi quis modò amborum uirorum habeat experiẽtiam, quod Socrates in ueritate Homeri diſcipulus fuerit: non, ut nonnulli dicunt, Archelai. Et quomodo fieri potuit, quum nunquam uerſatus ſit apud Homerum, neque unquam uiderit, ſed tot annos pòſt ſit natus, ut Homeri diſcipulus eſſet? Quid ni? Num ſi quis temporibus Homeri uixit, nec tamen audiuit Homeri uerſus heroicos, aut audiens non aduertit animum, eum dicemus Homeri diſcipulum fuiſſe? Nequaquam.

Præceptores ignorari Heſiodi, Heracliti Epheſij, Homeri, Socratis.

Socrates Homeri diſcipulus.

Non ergo abſurdum, eum qui licet non conuerſatus ſit, neque uiderit, intelligat autem Homeri poeſin, totiúsque illius animi habeat experientiam, diſcipulum Homeri fuiſſe. An nullum cuiuſquam imitatorem dices, qui non eodem tempore uixerit? Non equidem. Qui ergo imitator eſſe poteſt, poteſt & diſcipulus eſſe. Qui enim rectè quempiam imitatur, nouit utique illum qualis erat: atque imitans illius facta atque ſermones, quantum fieri poteſt, ſe illius ſimilem conatur demonſtrare. Hoc ipſum aũt & diſcipulus facere uidetur, imitãs magiſtrũ, attentumq́; illi habens animum, artem diſcit. Viſus autem, & uitæ conſuetudo, nihil facit ad diſcendũ. Multi enim uident tibicines, cumq́; illis habẽt conſuetudinem, atque eos audiunt quotidie, neque tamen tibiam inflare poſſent: ut qui non artis gratia, neque attento animo cum illis uerſantur. Cæterùm ſi metuis diſcipulum Homeri Socratem uocare, ſed duntaxat imitatorem, nihil mea retulerit. Mihi uerò hoc non minus incredibile, quàm illud uidetur, Homerus enim poeta fuit, qualis nullus

Imitator idẽ qui & diſcipulus.

alius: Socrates autem philoſophus. Eſto. ita quidem neque Archilochum diceres Homeri imitatorem, quòd non eodem utatur metro ad totam poeſin, ſed aliꝭs ferè: neque Steſichorum, quòd ille quidem uerſus fecit heroicos, Steſichorus uerò carmina. Prorſus. Hoc tamen omnes dicunt Græci, Steſichorum Homeri fuiſſe imitatorem, & ualde illius eſſe similē poeſi. Socrates autem, qua in re tibi uidetur Homeri eſſe ſimilis? Primùm quidem, & maximè, moribus. Neuter enim eorum arrogans erat, aut impudens, ſicut indoctiſsimi ſophiſtarum. Homerus enim, neque unde eſſet, dicere dignatus eſt, neque quorum parentum, neque quis ipſe uocaretur: ſed quantum in illo fuit, & nomen ignoraſſemus eius qui Iliada & Odyſſeian ſcripſit. Socrates uerò patriam quidem non potuit abſcondere, propter magnitudinem, & quia Athenę ualde erant celebres, & Gręcorum imperium illo tempore obtinebant: nunquam autem quicquam de ſe magnum dixit, nullamq́ præ ſe tulit ſapientiam, licet Apollo reſpondiſſet eum omnium Græcorum & barbarorum ſapientiſsimum eſſe. Poſtremò neque ſuos reliquit ſermones ſcriptos, & hac ratione ſuperauit Homerum. Quemadmodum enim illius nomen ex aliꝭs auditum nouimus, ita etiam Socratis ſermones ab aliꝭs relictos. Ita nimis caſtigati erant, atque modeſti, ambo hi uiri. Deinde contempſerunt pecuniarum poſseſsionem ſimiliter, Socrates & Homerus. Ad hæc, ꝭſdem pro rebus impenderunt operam, dixeruntque: hic quidem poeticè, ille uerò oratione ſoluta, nempe de hominum uirtute, déque uiciꝭs & peccatis & rectè factis, déque ueritate & errore, & quomodo opinentur plebeꝭ, & quomodo ſciant prudentes. Quin etiam aſsimilare atque comparare peritiſsimi erant. Hoc ſanè admirabile eſt, ſi Homeri ſimilitudinibus de igne & uentis & mari, & aquilis & tauris & leonibus, atque aliꝭs quibus exornauit poeſin Homerus, tu comparandos exiſtimaueris Socratis figulos & ſutores. Siquidem, ô beate, & Archilochi uulpem leonibus & pardalibus comparamus, & nihil aut non adeò multum inferiorem eſſe dicimus. Atqui fortaſſe Homeri quoque eiuſmodi quædam reprobas, ubi meminit ſturnorum aut graculorum, aut locuſtarum, aut torris aut cineris, aut fabarum aut cicerum, aut ubi famelicos ſcripſit homines? An hæc tibi uidentur uiliſsima eſſe apud Homerum: ſolosq́ admiraris leones & aquilas, & Scyllas & Cyclopas, quibus ille mulcebat ſenſu carentes, quemadmodum nutrices pueros quum de Lamia narrant? Atqui, ſicut Homerus per fabulas & hiſtoriam conatus eſt homines erudire, ualde ad erudiendum difficiles: ita & Socrates frequenter ſimili ratione uſus eſt. Interdum quidem profeſſus ſe rem ſeriam agere, interdum autem ſe ludere ſimulans. Huius gratia hominibus quidem aliꝭs profuit, forſan autem offendit fabularum hiſtoriarúmque conſcriptores. Non ergo ne illos quidem circa Gorgiam, aut Polum, aut Thraſymachum, aut Prodicum, aut Menonem, aut Eutyphronem, aut Anytum, aut Alcibiadem, aut Lachetem, temerè fecit dicentes, quum licuiſſet nomina ſubtrahere. ſed nouerat hoc uel maximè prodeſſe audientibus, ſi modò intelligerent. Ex ſermonibus enim homines, & ex hominibus ſermones conſiderare, haud facile eſt aliꝭs quàm philoſophis & eruditis. Vulgus autem temerè putat talia dici, & turbam alioqui atque nugas arbitratur. Socrates autem putabat, quoties arrogantem introduceret hominem, ſe de arrogantia dicere: & quoties impudentem aut nugonem, de impudentia & nugacitate: & quando

Archilochus. *Steſichorus.*

Socratis et Homeri collatio.

Homericæ cōparationes.

Homines ex ſermonib. cognoſcendi, et contrà.

do ingratum & iracundum, ab ingratitudine & ira dehortari, & in alijs ſimiliter affectiones & morbos, hominesq́ ab illis correptos affectionibus & morbis dilucidius oſtendit quales eſſent, quàm ſi ſermones nudos dixiſſet. Videtur autem & hoc mihi ab Homero accepiſſe. Quippe & ille, quum narrat de Dolone, quomodo & concupiuerit Achillis equos, & quomodo quum poſſet hoſtes effugere, ſteterit haſta propè infixa. nihilq́ ei profuerit uelocitas: & quomodo correptus fuerit à metu, & concuſſerit dentes, & quomodo hoſtibus non ſolum quæſita dixerit, uerùm ea quoq; quæ nemo interrogauerat: nam & Thraces equos indicauit, & Rheſum, quem nemo ſciebat adueniſſe. Hæc quum adeò ualde euidenter dicat, nónne uobis de timiditate & cupiditate gloriæ uidetur diſputare? Quum uerò dicit de Pandaro, quomodo confuderit fœdera, dona ſperans ab Alexandro Priami filio, neq; tamen interfecerit Menelaū, ſagitta uulnerans, licet ſagittarius peritus uideretur: & trans greſſus iuſiurandum, Troianos ad bellum reddiderit minus promptos, utpote ſemper memores periurij, *Dolon Homericus.* *Pandarus.*

— Nunc etenim nos fœdera ſancta
Tranſgreſſi, fortes contra pugnamus Achiuos,
Vnde nihil nobis poſſum ſperare futurum
Vtilius, mea quàm properè ut nunc dicta ſequamur. *Iliad.a.*

Et quo pacto mortuus ſit nō multo pòſt linguam abſciſſus, antequàm uel uerbo diceret Alexander ſe illi habere gratiam: hæc ille recitans adeò diligenter, an de alia quapiam re uidetur dicere, quàm de munerum corruptione ac impietate, atq; in uniuerſum de inſipientia? Ille enim ſagittis maledixit, minatusq́; eſt ſe eas confracturum & exuſturum, quaſi metuerent eum ſagittæ. Quum autem de Aſio Hyrtaci filio ſcribit, quod iubenti duci extra foſſam equos relinquere, ſolus non obtemperauerit, *Aſius Hyrtaci F.*

— Sed equis ad naues irruit intrò
Excors: nam euaſurus erat crudelia nunquam
Fata, nec exultans cum curribus atq; caballis,
Nauibus à celſis Troiæ rediturus ad arces. *Iliad.μ.*

in tantam locorum difficultatem & foſſæ & muri & nauium curru ingrediens, ubi ne peditibus quidem pugnare profuit, deprehēſis ab hoſte, ſed à paucis reſiſtentibus complures ſunt interfecti. Is uerò elatus propter equos, currusq́ pulchritudinem, ut tunc currum egit intra foſſam, ita etiā promptus erat impellere in mare, deq; curru pugnare: nunquid nō de inobedientia atq; arrogantia tunc dicere uidetur? Rurſum uerò his componens Polydamanta, iubētem cauere & non tranſgredi foſſam, ſimul quidem oſtendens rem eſſe periculoſam, ſimul autem & augurium ipſis datum. Alioqui enim neminem putabat laturum quod diceret, at per augurium Hectorem ſe inducere ad credendū poſſe: aut Neſtorem, Agamemnoni atque Achilli conuiciantibus ſuadentem, ab ira deſiſterent, & prædicētem manifeſtè, quæ ipſis ex ſeditione eſſent oritura: & poſtea obiurgantem Agamemnonem, ut qui deliquiſſet, & cogentem rogare Achillem: aut Vlyſſem corrigentem Agamemnonis errorem, quo exercitus capere uoluit experimentum, quomodo belli moram ferret, eoq; propius nihil effecit quàm ut fugam capeſſeret: nonne de prudentia, & arte imperatoria, atque diuinatione uidetur admonere? Ad hæc, opportunitatis & importunitatis ſubijcit exempla. Atq; in Odyſſeia cætera quidem omitto, unius autem dūtaxat mentionem faciam, nempe Antinoi. Hunc *Polydamas.* *Antinous.*

enim deſcripſit ut arrogãtiſsimũ inter procos, et libidinoſiſsimũ, qui pri-
mùmquidẽ deſpiciebat Vlyſſem, quòd ille quidẽ uilibus, ipſe uerò p̄cio-
ſis indutus eſſet ueſtimẽtis: biberetq́; ex aureis poculis, & his nõ ſuis: &
cœnaret ſumptuoſè non ex proprijs, ſed ex ijs quę in domo erãt, domino
carente. Et dicebat ſe quidem amare Penelopen, commiſcebatur aũt cum
ancillis Vlyſsis: & in alijs quoq; erat immodeſtus, non ut nõnulli noſtri ſe
li. Poſtremò conatus eſt ſagittare, quum eſſet ſagittandi imperitus, ac de
licijs ita manus haberet corruptas, ut neruum non poſſet tãgere, niſi quis
adipe perungeret: & hoc Vlyſſe uidente, præſenteq; ea quam amabat in-
ter tot homines: neq; arcũ tamen intẽdere potuit, neq; quomodo ſtatuiſ-
ſet ſecures Telemachus intellexit. Attamen & hunc ſcripſit mortuũ, non
temerè p̄cuſſum per guttur. neq; caſu: quemadmodũ, uerbi cauſa, nec Pan
darum per linguam. Nam & ſi fortuna quadã huiuſmodi accidere ſoleãt,
tamen circa multos dicere licet, quòd hunc quidem per uentrem percuſ-
ſum mori oportuerit, illum uerò per pudenda, alium per os. Ne uobis igitũ
Socratis ſermo Homerus quicquam fruſtra dicere uideatur. Neq; Socrates aliter ſermo-
nes & exẽpla. nibus uſus eſt, & exemplis: ſed cum Anyto fortè diſputans, coriorum me
minit, & ſutorum: cum Lyſicle uerò, ouium & cauponum: cum Glycone
autem, iudiciorum & calumniarum, & matularũ & pellium: cum Meno-
ne uerò Theſſalo, amantiũ & amatorũ. Verũtamẽ & aliorum interdum il
li ſuppetebat exemplorũ copia, amicos quidẽ nominãs, amicitiã́q;, quan-
do cũ Lyſia colloquebatur: de modeſtia uerò, diſputabat cum Charmide.

AGAMEMNON; AVT DE REGNO. LVII.

διαλογισμός NVM uis de Agamemnone prudentes audire ſermones,
unde animus fructũ percipere poſsit: an ægrè fers, A-
gamemnonem Atrei filium in ſermonibus nominari?
Neq; ſi de Adraſto Talai filio diceres, aut Tantalo,
aut Pelope, moleſtè ferrem, ſi inde melior futurus ſum.
Atqui recordatus ſum nuper ſermonum quorundã,
quos tecũ conferrẽ, ſi mihi quærenti uelles reſpõdere.
Confer, ut cum reſponſuro. Súntne aliqui hominum rectores, ſicut
alij ſunt caprarũ, alij porcorũ, alij uerò equorũ, alij etiã boũ, nẽpe uniuer
ſi qui cõmuniter paſtores appellantur? An nõ legiſti illũ Cratini uerſum:
Eſt paſtor conſtitutus & caprarius,
Pastorum ap- *Nec non bubulcus.* — Non hercle haberem tibi dicere, an paſtores illi no-
pellatio. minentur omnes, qui animalia paſcunt. At non ſolum, ô bone, irratio-
nabilium animalium dicuntur paſtores, uerumetiam hominum, ſi Home
ro de his credendum eſt. Sed cur non reſpondiſti ad id, quód initiò quæſi-
ui? Quódnam? An aliqui ſint hominum rectores. Quomodo non
Hominum re- eſſent aliqui tales? Quibus eos nominibus appellas? Nõ dico aũt de mi
ctores. litum rectoribus in bello, quos Imperatores nominare conſueuimus, to
tius exercitus pręfectos: quemadmodum & per partes, ut manipulorum
decanos, & cohortiũ centuriones: & totius claſsis & unius triremis præ-
fectos. atq; alij plures ſuas ita habent appellationes in bellis, paucorũ ho
minum rectores, eo quòd maxima tũc prouidẽtia & præfectura homines
indigeant. Neq; de chorearũ coryphæis interrogo, qui uocenẽ, nẽpe qui
ſigna dant canẽtibus, & cantica dirigunt. Neq; de ſympoſiorũ præfectis,
neq; de alijs ſi qui alterius hominum cœtus; ad unam actionẽ aut certum
tempus curam gerunt, aut alterius rei principatum accipiunt: ſed de ipſis
hominum

hominum rectoribus, in republica uiuentium, terramq́ colentium (ſi ita contingat) degentiumq́ ſimpliciter: ut Cyrus rector fuit Perſarum, & Medorum Deioces, & Græcorum, à quibus habēt nomina: ut Aeolus Aeolenſium, & Dorus Dorienſium, & Romulus Romanorũ, & Dardanus Phrygum. At tu nihil difficile quæſiuiſti. Omnes enim iſti, quos tu nunc nominas, reges uocabantur, & erant: & principatus ipſe de quo dicis, nempe uniuerſaliter homines regere, ipſisq́ imperare, à dicenda cauſa immunis, regnum uocatur. Ergo tu non regnum fuiſſe putas, imperium illud Heraclidarum, qui tot annis Lacedæmone regnauerunt? Illi enim non omnia faciebant ut ipſis uidebatur, ſed in multis obediuerunt Ephoris. Etã antè quàm inſtitutus eſt ille magiſtratus in Sparta, regnante Theopompo, in annum, nihilominus in ditione ſua habuerunt reges: ita ut & Pauſaniam Cleombroti filium, qui uictoriam adeptus erat in Plateis, uoluerint quidem in carcerē cõijcere: fugientem autem in Mineruæ templum, illic interfecerunt. Et nihil illi profuit, neque quòd ex genere erat Heraclidarum, neque quòd pueri erat tutor, neque quòd toti Græciæ præibat, non ſolum Spartæ. Poſtea uerò Ageſilaum, bellum aduerſus Perſarum regem gerentem, & circa Sardeis iam uictoriam adeptum, pugnandoq́ in ditionem omni inferiore Aſia redacta, miſſo miniſtro ad ſe uocarunt: atque is nullum diem diſtulit, quum tot Græcorum totq́ Barbarorum factus eſſet dominus. Non igitur fuit rex Spartæ Ageſilaus, qui alijs obediuit imperantibus. Et quomodo non eſſent hi reges, ad exactam regni rationem? Ergo neque Agamemnonem in Ilio dices regnaſſe ſuper Argiuos & Achiuos, quòd habebat principatus procuratorem, uirum ſenem, Neſtorem illum canum: atque illo iubente, muro circundatæ ſunt naues, & foſſa circumducta ad naualis munitionem, totumq́ exercitum diuiſit in ordines Agamemnon? Antea enim, ut ueri ſimile eſt, temerè pugnauerant pedites equitesq́, promiſcuè omnibus commixtis, Pylijs & Argiuis, & Arcadibus & Bœotis. Neſtor autem tandem illi mandauit, exercitum ſecũdum gentes diſtinguere, ut tribus tribui ferret ſuppetias, & gens genti. Ita autem (inquit) & duces cognoſces, qui ſtrenuus ſit, aut ignauus. Si uerò duces, haud dubiè etiam milites: ſimul docens utilitatis magnitudinem. Et quamobrem ita faciebat? Nempe, ut ſciret & ipſo mortuo, imperatoriam artem Agamemnon. Atque hic planè illic Neſtori auſcultabat, ut non ſolum ſi quid præcepiſſet præſens, id promptè faceret: ſed etiam, ſi quid per ſomnium putaſſet Neſtorem dicere, neque id omitteret. Somnium igitur de pugna ita eum decepit, quum putaſſet Neſtorem ſuadere. Non ſolum autem Neſtori auſcultabat, qui uidebatur Achiuorum prudentiſsimus, ſed neque abſq́ ſenioribus quicquam faciebat. Quare quum educturus eſſet exercitum, ſomnio perſuaſus, non antea eduxit, quàm ſeniorum coacto concilio apud Neſtoris nauem. Atque experimentum quod capere uolebat de multitudine, an amplius remanere uellent, & bellum conficere, non obſtante quòd iratus eſſet Achilles: non aliter cæpit, quàm re prius relata ad concilium. Multi autem oratorum, impræmeditatè non cunctatur decreta ad populum ferre. Ille uerò, re prius deliberata cum ſenioribus, ſic mentionem faciebat apud uulgus de belli ſtatu. Hoc ſanè nihil eſt abſurdi, ſi quum rex eſſet, etiam alijs concedebat conſulendi copiam: & conſiliarium habebat, cui propter ſenectutem poſſet fidere. Ipſe tamen omnium rerum manſit dominus, Alioqui quamobrem hoc modo ea fecit, quæ

pertinebant

Reges.

Regnum.

Heraclidarũ imperium.

Theopõpus.

Pauſanias.

Ageſilaus.

Agamemnon qualiter Græcis imperarit, aliquorum interea conſilio ſubiectus.

pertinebant ad Chryſeiden, Neſtori optimo non auſcultans? Quemadmodum nempe & multi plebeij, non obedientes magiſtratibus, neq; legibus, multa faciunt iniquè, pro quib. & pœnas luunt. Non'ne perducti ad iudicium ſtatim mulctantur, prout quiſq; uidetur mulcta dignus? Admodum. Quid igitur Agamemnon, non tibi uidetur illius inobediētiæ poſtea redargutus eſſe à Neſtore, quando illum accuſauit propter illud factum apud prudentiſsimos ſociorum, ipſis ducibus pœnæ æſtimationem proponens, quid pati aut pendere eum oporteret? Accuſationem fecit grauiſsimam, utpote uehemens rhetor, dicens quòd grauiter affectus eſſet erga negocia:

Iliad. ι. *Irato tu rex ex quo Briſeida Achilli*
Emiſsis famulis ex papilione tuliſti,
Conſilio haud ſanè noſtro: nam plurimùm ab iſto
Ipſe dehortabar facto: tu uerò furori
Magnanimo parens, hominem fortiſsimum, ab ipſis
Dijs quoq; honoratum, ſpoliaſti tradito honore.
Præmia namq; illius habes, ablata potenter.
Verùm age adhuc etiam nunc conſultemus, ut illum
Placemus, donisq; huc adducamus opimis,
Blandis & uerbis. ——

Atq; hercle nō modò redarguit eum ſermonibus, ſed etiam mulctam inrēdit pro delicto omnium grauiſsimam. Iuſsit enim eum rogare Achillem, & omnia facere ut homini perſuadeat. Atq; is ſibi ipſi mulctam irrogat pecuniariam primùm: quemadmodum qui condemnati ſunt in iudicijs, dicunt quæ dare & pendere poſsint pro iniuria. Præterea & iuſiurandū ſe recipit præſtiturum, quaſi uictimis cæſis, de Briſeide, quòd eam ex quo acceperat, non attigiſſet. Pro eo autem ſolo quod de tentorio tranſduxiſſet ad tentorium, multum promittit aurum ſe daturum, & equos & tripodas, & lebetas, & mulieres & ciuitates. Poſtremò quaſi non eſſet ſatis, ex trib. quas habebat filiabus unius optionem dedit, qua cum degeret: quod nemo unquam ſententia iudicum coactus eſt pati pro ancilla, præſertim captiua, & cui nihil accidiſſet, ut elocaret filiam cum magna dote, abſq; mutua donatione: quare hac cauſa nullam ſcimus plebeiam acerbius iudicatam. Nunquid tibi uidetur, per deos, imperare Græcis Agamemnon, immunis à dicenda cauſa, & non planè accuratas pendere pœnas pro omnibus quæ fecit? Cæterùm de his in præſentia ſermonem omittamus, ſatis heri explicatum: ad alia autem ueniamus. Ne facito, per deos: ſed conare omnia dicere, quæ eo de negocio dicere ſoles. Nam ego uix modò intelligo ſermonis argumentum. Arbitror enim te de principatu, aut regno, aut aliquo tali uelle dicere.

NESTOR. LVIII.

QVAMOBREM uobis tandem uidetur Homerus hoſce de Neſtore feciſſe uerſus, Agamemnonē atq; Achillem docente, eisq; dante conſilium, ne inter ſe diſsiderent:

Iliad. α. *Quippe uiris ego cum longè melioribus olim*
Verſatus ſum, quàm uos eſtis: nec tamen illi
Conſilium ſpreuere meum. Tales ego nondum
Namq; uiros uidi, nec ſum uiſurus opinor,

Quidem Pirithoum, regemq́; Dryanta popelli,
Cæneaq́;, Exadiumq́;, ac dijs ſimilem Polyphemum, &
Theſea, quem genuit ſimilem immortalibus Aegeus:
Robore præſtabant cunctis id temporis illi:
Robore præſtabant, & cum præſtantibus acri
Robore pugnabant Centauris, atq; ſub umbras
Horribili tandem miſerunt Marte peremptos.
His tum conuerſabar ego, accerſitus ab ipſa
Vſq; Pylo, terra è longinqua. namq; uocarant
Ipſi, pugnabantq; mea pro parte, quibus cum
Haud pugnet quiſquam nunc hoc qui tempore uiuunt:
Conſilia audiuere tamen noſtra, atq; libenter
Noſtris ceſſerunt uerbis. at cedite & ipſi:
Quandoquidem melius longè eſt, concedere ſemper.

An non arrogantem fecit Neſtorem, de Pirithoo atque Dryante dicẽtem, deq; alijs, quòd fuerint admirabiles natura, multoq; illis meliores: ipſius tamen indiguerint conſilio, ueneritq; accerſitus in Theſſaliam ex Pylo, quum rogaſſent apud ipſos ut eſſet, atque diſſereret? Quippe dicens, quòd fortiſsimi erant hominum, quaſi magni alicuius illis uidetur perhibere teſtimonium, quòd ipſius conſilium audiuerint, ſermonibúsque paruerint. An hoc malum eſt, uti ferè dicimus, quòd omnibus rectè dicentibus, nemo unquam obtemperat audientium: atque idem eſt non obtemperare, quòd non audire? Age uerò & alia conſideremus, utrum rectè ſint dicta, an per arrogantiam. Certum eſt igitur, quòd fatui omnes contemptui habent homines obſcuros, nihilque illis attendunt, etiamſi optima dent conſilia. Quos autem uiderint honoratos à uulgo, aut à ſummis magnatibus, illis non dedignantur obtemperare. Vnius certè huius gratia Neſtor ſemetipſum commendat, quòd multis & potentibus antea potuerit perſuadere: & quòd illi, iuxta ipſorum inſipientiam, ſtupiditatemq;, ſi non parêrent, ſuum conſilium forent repudiaturi: non ideo, quód non de maximus etiam rebus conſilium dare poſſet. Quemadmodum igitur, ſi ſe uituperans, dicensq;, quòd nunquam quiſquam ipſum ulla de re conſuluiſſet, hortari potuiſſet Agamemnonem atq; Achillem, ut ſermonibus obtemperarent, non utique cunctatus eſſet ſemet uituperare: ita ſi ſuam ipſius laudem eò profecturam putauit, meritò ſe laudauit. An nõ enim ſtulti hominis eſt, ſi erubeſcat ſemet laudare, quũ maximè ſit profuturus? Quemadmodũ opinor eregione quoq; ſtulti eſſet, grauitatem præ ſe ferre, & multa de ſe dicere, quum periculum aut detrimentum adſit. Sicut igitur, quando medicus aliquem ſecare uolens, aut urere, aut alicui præbere bibendum amarum pharmacum, hominem ſciens eſſe timidum & fatuum, aliorum facit mentionẽ à ſe ſeruatorum, ut perſuaſus ſuſtineat curationem, & nemo dicit hoc eum per arrogantiam dicere: ita mihi uidetur, nc Neſtor quidem crimẽ meritò incurrere arrogantiæ. Vna igitur hæc erat utilitas illorum ſermonum. Altera uerò, quòd ſciebat Agamemnonem atque Achillem, non aliter delinquere, quàm per ſuperbiam. Homines autem tunc maximè ferè exiſtimabat contumelioſos & ſuperbos eſſe, quando alios contemnerent, multoq; ſe exiſtimarent eſſe inferiores, elati propter gloriam aut potentiam: aut certè Agamemnonem atque Achilem propterea elatos eſſe nouerat, & diſsidere, ob iactantiam uidelicet utrunq;. Hic enim putabat, utpote Pelei & Thetidis filius, aque longè cæteris antecellens pugnando, ſibi

Neſtor an arrogans.

Simile elegans.

Agamemnonis & Achillis ſuperbia.

[…]re, nemini prorſus obtemperare, neq; ſe meliorem quenquam […]ſtimare. Agamemnoni uerò ſuperbiæ cauſa erat regni potentia, & omnium Græcorum monarchia. Quum igitur ex his eos cerneret corruptos, atque inter ſe non poſſe eſſe concordes, ſed animo tumidos, ut poſtea ait Achilles,

Aſt ira mihi cor tumet, illius memor ut ſum:

Volebat eos humiliare, àque faſtu detrahere, ſi poſſet: quemadmodum qui tumentia pungunt, aut ſtringunt. Propterea uirorum meminit celebrium, potentium'que, atq; etiam (ut opinor) prioris ſeculi, ſciens neminem illorum exiſtimationem imminuere poſſe. Siquidem non illorum fecit arbitrij, quam haberent de uiris ſententiam: ſed ipſe pronunciauit apertè, quòd multo fuiſſent meliores quàm illi, ſi fortè poſſent faſtus aliquid atque inſaniæ remittere. Nunquid temerè uobis ui-

Neſtoris Homerici eloquentia. detur Homerus hos attribuiſſe Neſtori ſermones, quem ait hominum eſſe eloquentiſsimum: ſermonumq; illius uim aſsimilat mellis naturæ: quòd ſanis quidem iucundiſsimum & dulciſsimum eſt, ægrotantibus uerò & febricitantibus (ut aiunt) moleſtiſsimum: eiusq; naturæ eſt, ut hulcerosa & affecta purget mordeatq;? Etenim & Neſtoris ſermo alijs ſuauis uiſus, amarus uiſus eſt Achilli atq; Agamemnoni, ægrotantibus corruptis'que ab ira. Quare illius non auſcultarunt conſilio. Proinde ne hoc quidem fruſtra dixit Homerus, neque fortuitò, quemadmodum putant quidam. An uidentur uobis pueri, quibus os depaſcitur & hulceribus eſt corruptum, non indignari atque clamare, ſi guſtent mel? Cæterùm de his hactenus. Illud autem animaduerſione dignum ex prædictis, ſi quis cum hominibus colloquens, narret illis, quòd & antea collocutus ſit cum alijs multo melioribus, uel populis uel regibus, uel tyrannis: neque non auditus ſit, ſed habuerit obedientes & obtemperantes: an æquum ſit, ut arrogans uideatur: quaſi propterea illorum meminerit ſermonum, ut ſit admirationi, & uideatur beatus: an potius, ut obedientes habeat auditores, imitans Neſtoris doctrinam? Quippe abſurdum eſt, ſi Socrates quidem habitos in Lyceio ſermones, modicùm digreſſus recitauit in Academia: habitosq; in Academia, rurſus in Lyceium ueniens nõ grauatus eſt differere: & tantum iam tempus eſt, ex quo tot docẽt tragœdias comœdiasq;: nos aũt abſurdè uideamur facere, poſtquam ſermones uultis aliquos audire, ſi habitos apud imperatorem nunc recitemus: quaſi nihil referat ſcire, utrum fructuoſi ſint & utiles, atque uobis alijsq; omnibus hominibus idonei, an uiles atque inutiles. Bene enim ſcitis, habitos apud plebeios ſermones, ad eos ſolos pertinere, atque paucos alios: habitos uerò apud reges, publicis eſſe uotis aut execrationibus ſimiles. Vnde ego Perſam neque in alijs prudentem fuiſſe arbitror, neque in eo quòd uulgares homines in omnes emiſerit

Regis aures. terras, quos regis appellauit aures, illisq; omnia auſcultare commiſerit: quum oportuiſſet cuſtodire regis aures, multo magis quàm auream platanum, ne quid odioſum atque damnoſum audirent.

ACHILLES. LIX.

διαλεγόμενοι. AChilles olim Chironem interrogauit: Cur me (inquiens) ſagittare doces? Quia & hoc ad bellicum uſum pertinet.

Sagittandi artis uſus. Nempe, inquit, ad timidorum uſum, aduerſus timidos. Quomodo, ait ille? Quòd non ſinat hoſtem propius accedere, neque procul recedere fugientem ab arcu. Non,

ſed

ſed ſagittarium arcu uti oportet contra fugientes, ut eos capiat. Tardi-
us, an uelocius? Quãtum fieri poteſt, quàm uelociſsimè: utrum enim
currens quis ocyus capit, an uolans? At non ipſe capis. Quis igitur?
Sagitta. Si uerò iaculeris, quis capit? Neſcio. At tandem ipſe
capis, atq; occidis, quando apprehenſum diſcerpis, ut feras. An tu fortio-
res putas mulieres, quòd propinquiſsimè inter ſe pugnant, altera alteri
incidentes? Achilles uerò hæc audiens, ſimul furore & lachrymis op-
pletus eſt: atque Chironem conuicijs inceſſebat, negabatq; ſe apud eum
manſurum, ſed abiturum Phthiam ad patrem ut ab illo erudiretur. Mul-
to enim Peleum eſſe Chirone meliorem: neque eſſe ſophiſtam, quem-
admodum Chironem. Erat autem adhuc puer Achilles, & nondum *Achillis in Chi-*
ad pubertatem uenerat. Quomodo ergo (inquit) ſi melior eſt, non *ronem ira.*
ipſe te erudit? Quia (ait) non eſt illi ocium. Quamobrem? Ob re-
gnum. Nũquid ergo differt regnare & erudire? Multum ſanè. Tu
uerò mihi dediſti cornu & neruũ, ferratasq; ſagittulas contra tenuẽ uim,
tanquam uolucres uenaturo, non cum uiris aut feris pugnaturo. Cogno-
ſcat autem quis horum armorum ſimplicitatem, ſi quando propè acceſſe-
rint hoſtes aut feræ, cogaturq; cum illis pugnare manu. Tunc enim opor-
tebit eum aufugiendo pugnare, metuentem & cauentem ut ne conſpicu-
us ſit: quemadmodum malum mancipium, quod etſi quem occidat, non
auſit ſpoliare tamen, neq; unquam uidebitur ab homine inimico ſangui-
ne cruentatus. Talia me doces, ſagittare, cithara pulſare: nuper autem &
radices effodere, quemadmodum ſagę, docebas. An'ne equitare quidẽ
tibi placet? interrogabat eũ Chiron. Imò neq; tu mihi (inquit) places,
quum talis ſis. Videris enim mihi propẽſior eſſe ad fugiendum, quàm ad
manendum. Et Chiron iratus illi, pręq; ira quaſſans iubam, fixisq; eum
& acribus intuitus oculis tanquam fulgur, uixq; ſe continens ne eum cæ-
deret, quia cogitauerat ſe ab eo amari: O' malum (ait) & contumax ma- *Chiron Achil-*
tris marinæ germẽ, quæ te peſsimè corrupit, inflata ob genus. Multo aũt *li succẽſet, deq;*
hac peior eſt pater, narrãs deos ſibi nuptias ceciniſſe. Ad te uerò neq; ma- *eo uaticinatur.*
rini quicquam, neq; humani pertinet. Egoq; te aio bellicoſum nunquam
fore, ſed dũtaxat fatuis uiſum iri. Neq; te unquam exercitum ducturum,
ubicũq; bellum geſſeris, tametſi Thetidis & Pelei gnatus ſis. Propter te-
meritatem quidem, uelocitatemq; & robur, adulabuntur tibi: dicentq; te
hominum eſſe optimum: interea tamen te ſub alterius uolent eſſent impe
rio, teq; pugnare & pericula adire pro ſe compellẽt donis, inanibusq; lau
dibus, dum moriaris. Arbitror aũt te neq; à mortuis abſtenturum, uerùm
etiam hos & puncturum & tracturum, quaſi rem præclaram efficientem:
quemadmodũ pueri infantes ſi muſcam interfecerint, in circuitu trahunt.
Quumq; huiuſmodi ſis, interficieris à nullo generoſorum, ut tu putas: ſed
tui ſimiles quidem animoſos & ſtultos facilè interficies, à uiro autem pru
dente & bellicoſo occidêris, cum ne uidens quidem.

PHILOCTETES: EST AVTEM TRAGOEDIAE

Paraphraſis. Vlyſſes loquitur. LX.

METVO, ne quando fruſtra de me ſocij hanc opinionem uide- *διαλογισμός.*
antur ſuſcepiſſe, quaſi optimus ſim, & ſapientiſsimus Græco-
rum. Et quidem quæ, qualiusúe ea ſapientia atq; prudentia
eſt, ob quam quis cogatur plus quàm alij Græci, laboris cape-
re, communi pro ſalute & uictoria: quum liceat unum exiſti-
matum è uulgo, nullo optimatum minus, in his obtinere? At enim dif-

ficile eſt inuenire magnanimos ita, atque gloriæ cupidos uiros, qui non magnis & arduis in rebus uerſari uelint. Claros enim, inque magnis ſuſcipiendis audaces, ferè omnes admiramur, & reuera uiros exiſtimamus. Qua gloriæ cupiditate & ego adducor, ut plura habeam negocia, uiuamque laborioſius, quàm quiuis alius: ſemper nouum aliquod aggrediens diſcrimen, ne celebre ob priora geſta nomen diſperdã. Nunc igitur ob rem planè periculoſam difficilemque huc in Lemnum ueni, ut Philoctetam, atque ſimul Herculis arcum socijs apportem. Diuinationum enim inter Phrygas peritiſsimus Helenus Priami filius, qui prenſus captiuus detinetur, ſignificauit, abſque his ciuitatem capi non poſſe. Regibus ſanè hoc me facturum non promiſerã, ſciens hominis inimicitias, cui ipſe autor fui ut relinqueretur, quando difficili atque immedicabili à uipera morſu tactus eſt. Nõ igitur putabam me tantã ſuadelam inuenire poſſe, qua ille unquam commoueretur, ut manſuetus erga me foret: ſed putabam me cõtinuò ab eo interfectum iri. Demum uerò, quum me hortaretur Minerua per ſomnũ ut ſolet, ut cõfidenter ad hominẽ irem: ſe enim formã immutaturam, uocemque meã ne ille me agnoſcat: ita huc iam perueni, ſumpta fiducia. Accipio autẽ, & à Phrygib. legatos clàm miſſos, ſi quo modo Philoctetã donis perſuaſum, pariterque inimicitijs aduerſum nos, in ciuitatem recipere poſsint: ſimulque arcum, in quo belli præmia propoſita ſunt. Quomodo non oporteret uirum promptum pro his omnia ſubire, quum uideat hac re non acquiſita, omnia prius geſta, fruſtraneũ fuiſſe laborem? Papæ: Accedit homo ipſus, ille Pæantis filius, ex calamitate notus, uix atque difficulter greſſum promouens. O' ſæuum & atrocem aſpectum. Species enim ex morbo facta eſt terribilis, & ueſtitus inſolitus: ferarum pelles eum uelant. At tu ô Minerua, fer auxilium, ut ne fruſtra nobis uidearè ſalutem pollicita.

Helenus Priami F. uates.

Tu quiſquis es, ede quid tibi uelis: aut qua ſumpta audacia uenias huc? An rapinę gratia uenis ad hoc inuium tuguriũ, an explorator noſtri infortunij? Non ſanè hominem uides ſuperbum. Neque ſanè conſueui antea talis eſſe. Sed tamen ſi malam obrem huc uenis, etiamſi antea non conſueuerim, nunc tamen opportunè mihi ad hoc ueniſti. Magnæ uideris aſſcribere inſipiẽtiæ, quòd huc uenerim. Scito igitur, cuius gratia ueniam: & quòd tibi, ſi me cognoris, non uidebor alienus. Vnde uero? Hoc enim me primùm ſcire conuenit. Argiuus ſum, ex ijs qui ad Troiam nauigarunt. Vnde? dic iterum, ut clarius ſciam. Ergo iterum audi: Dico me eſſe ex Argiuis, ad Ilium in bellum profectis. Rectè planè dicis. Tu meus amicus ſis, quando ex Argiuis es, mihi inuiſiſsimis? Horum igitur iniuriæ mihi confeſtim prorſus pœnas dabis. At ô per deos quęſo, ne emittas ſagittam. Fieri non poteſt, ſi quidem Græcus es, ut non hac ipſa die pereas. At ego talia ab illis paſſus ſum, ob quæ iure mihi eſſes amicus, illis uerò hoſtis. Et quid iſtud, quod paſſus es adeò ſæuũ?

In exilium me ab exercitu egit Vlyſſes. Quid autem feciſti, quamobrem hanc fortunã ſortitus es? Non tibi ignotum eſſe arbitror Naupli filium Palamedem. Non enim ex uulgaribus erat, neque minimi pretij inter eos qui ad Troiam nauigabant, habitus & ab exercitu & à ducibus. Talem igitur uirum communis Græcorum corruptor perdidit. An apertè pugna uictum, an aliquo cum dolo? Proditionis inſimulans eũ exercitus, contractæ cum Priamidis. Verum'ne erat crimen, an falſis id paſſus eſt oppreſſus teſtimonijs? Et quomodo ab illo quicquam iuſtè fieret ex omnibus quæ facit, qui nulla re ſæuiſsima abſtinuit unquam?

Palamedis interitus autor Vlyſſes.

O' ſermone & factis hominũ aſtutiſsime Vlyſſes, qualem rurſus hunc

uirum

uſtrũ perdidiſti, qui nullo minus ſociorũ utilis erat. Videlicet, opinor, honeſtiſsima atq; ſapientiſsima inueniens & componens, quemadmodum uerbi gratia & me expoſuit, communi pro ſalute & uictoria incidentem in hanc calamitatem, quum oſtẽderem Chryſes aram: ubi ſi ſacrificarent, potituri erant uictoria aduerſus hoſtes: ſin minus, fruſtranea futura erat expeditio. Cæterùm quid ad te illius infortunium? Bene ſcis, quòd ſuper omnes illius amicos malum peruenerit, omneſq; perierint qui non fuga ſibi potuerunt cõſulere. Ita & ego præterita noctæ clàm naue conſcenſa, ſolus huc ſaluus perueni. Propemodum equidem, qua in neceſsitate conſtitutus ſis intelligo. Si quam igitur nobis machinationem comparare poſſes, ut domum hinc abnauigaremus, nobis certè benefeceris: ſimulq; nuncium ad tuos amicos domum miſeris, de tuis hiſce præſentibus malis. At ô infelix, ad hoc alium tibi quære adiutorem. Ego enim ipſe ſum inops & deſertus ab amicis, ſordidè hoc in littore proiectus, qui uix ab hoc arcu uictum & ueſtitum acquiro, ut uides. Qui enim antea ueſtitus erat, tempore conſumptus eſt. Si uerò huius nobiſcum uictus particeps eſſe uolueris hoc in loco, non grauabor tibi impertire, donec alia alicunde tibi accidat ſalus. Grauia ſanè ſunt intus ſpectacula, ô hoſpes. loca plena ſunt cruorẽ, & alia morbi indicia. atq; ipſe ego non ſum iucũdus ad conuerſationem, quando dolor acciderit. Quanquam morbi iam plurimum ceſſauit tempore, in principio uerò nequaquam erat tolerabilis.

NESSVS, AVT DEIANIRA. LXI.

POTES'NE mihi ſoluere hoc dubium, utrum iure accuſent hi quidem Archilochum, illi uerò Sophoclem, de his quæ circa Neſſum & Deianiram contigerunt, an non? Aiunt enim hi quidem Archilochum nugari, qui ſcripſerit Deianiram, quum ipſi uis inferretur à Centauro, multa ad Herculem locutam eſſe, mentionẽ faciens deſponſationis Acheloi, atq; eorum quæ tunc facta ſunt, ut multum fuerit Neſſo ocij ad faciendum quæ uellet. Illi autem, Sophoclem aiunt ante tempus ſcripſiſſe iaculationem factam, nempe quum flumen trãſirent. Sic enim & Deianiram perire, dimiſſam à Centauro: ſed non, ſicut conſueuit multum præter opinionem dicens, & omnia potius quàm quod quis putet. Ergóne iubes me tibi dicere, quæ quis rectè, an quæ quis etiam non rectè putet? Ego equidem, quæ quis rectè putet. Quales ergo uulgus habet opiniones? An non neceſſe, eum qui quid rectè enarrare uelit, præter uulgi opinionem dicere? Neceſſe. Nõ igitur difficulter aſſequeris, an tale ſit quod dictum eſt. Cõſidera autem, an conuenienter dicatur. Dic ergo, & enarra quomodo tibi uideatur. διαλογισμοί

Dico igitur tibi in præſentia, totum errorem circa fabulam in eo conſiſtere, quod Centaurus conatus ſit rem habere cum Deianira. Non enim conatus eſt, non. An tibi uidetur credibile eſſe, in conſpectu Herculis arcum habentis, & cuius uirtutis antea cæperat experimentum, quando ſolus ipſe Centaurorum effugit à Pholoe, quum illi nullam talem feciſſent iniuriam, ipſum conatum eſſe rem habere cum illius uxore? Habet hoc quidem dubitationem. Verùm ſi hoc mouemus, an non totam fabulam euertimus? Nequaquam, ſi cogitemus ut facta eſt, utq; ueriſimile rem eſſe factam. Sic ergo dicas. Neſſus Deianiram tranſportauit, & in tranſportãdo conatus eſt corrumpere ſuo modo, non (ut aiunt) uim infe- *Deianira & Neſſi fabula explicata.*

rens, ſed ſermones conuenientes ad eam faciens, docensq; quomodo ſi-
bi Herculem poſſet ſubijcere, commemorans quòd nunc quidem eſſet fe
rox & ſæuus, atq; modicum tempus apud eam eſſet uerſaturus: atq; hoc
cum magnis difficultatibus, propter certamina & peregrinationes, ratio
nemq; uiuendi quam elegiſſet. Si tu uerò (inquit) illi perſuaſeris partim
officijs, partim oratione, ut hãc miſeriã atq; hos labores remittat, uiuatq;
ſegniter & iucundè, tũ tibi multo erit mitior, & ipſe melius uiuet, & tem-
pus reliquum apud te morabitur. Hæc autem enarrauit illi Cẽtaurus, in-
ſidias ſtruens Herculi, ſi quo modo eum poſſet ad delicias perducere &
ſocordiam. Nouerat enim, quòd ſimulac mutaſſet uiuendi rationem &
exercitium, uincibilis eſſet atq; imbecillis futurus. Deianira uerò his au-
ditis, non perfunctoriè ſermonibus attendebat, ſed cogitabat Cẽtaurum
rectè dicere, quemadmodum ueriſimile erat, quòd uellet maritum ſub ſe
habere. Hercules aũt ſuſpicatus nihil ſani Centaurum dicere, ex eo quòd
tam diligenter cum Deianira diſſereret, quodq; ea illi attenderet, ita eum
ſagitta percuſsit. Qui moriens, nihilominus iuſsit Deianiram eſſe memo
rem ſermonum quos feciſſet, atq; ita facere ut admonuiſſet. Poſtea uerò
quum Deianira memor eſſet ſermonum Centauri, ſimulq; Hercules ni-
hil remitteret, uerùm etiam longinquiorem profectionem adornaſſet ul
timam, quando diruit Oechaliam, diceretur q; iam amare Iolen, putauit
melius eſſe ea perficere de quibus Centaurus admonuiſſet: atq; ita ei ſtru
xit inſidias. Atq; ut muliebre genus natura blandum eſt & aſtutum, non
antè remiſit, quàm illi perſuaſit, partim conſilium dans, partim ſe dicens
illius curam gerere, ne malè affligeretur, nudus hyemem pariter & æſta-
tem perferens in leonis exuuio, ut exuuium deponeret, ueſtitum autem
Deianiræ tunica.
alijs ſimilem reciperet. Et hæc illa erat, de qua dicitur, Deianiræ tunica,
quam induit Hercules. Pariter autem cum ueſtitu effecit, ut & aliam ui-
uendi rationem immutaret, in lectisq; dormiret, neque ſub dio humiq;
pernoctaret multum, ut ſolitus erat antea, neque ſuis operaretur mani-
bus, neq; cibo uteretur ſolito, ſed elaborato atq; dapibus & uino ſuaui,
& quæcunque his ſunt conſequentia. Porrò ex hac mutatione, quemad-
modum (opinor) fieri neceſſe erat, in infirmitatem atq; languorem cor-
poris incidit: quumq; putaret non amplius facile fore, ut delicijs aſſuetus
eam deponeret, ita ſemetipſum exuſsit: ſimul quidem ſatius exiſtimans
è tali excedere uita: ſimul autem indignans, quòd ſe delicijs mancipaſſet.
Habes iam à me ſermonem, qualem ego potui de fabula facere. Et per
Iouem non mihi uidetur eſſe malus, neq; incredibilis. Et neſcio quomo-
Philoſophorũ ars circa ſermones qualis.
do mihi philoſophorum quorundam ars circa ſermones, ſimilis eſſe uide
tur illorum arti qui puppas fingunt. Nam & illi formam quandam ſumen
tes, qualecunque illi lutum impreſſerint, ſimilem formæ ſpeciem effici-
unt. Et philoſophorum iam tales quidam extiterunt, qui quamcunque fa
bulam aut ſermonem accepiſſent, trahẽtes & fingentes iuxta ſuam ipſorũ
intelligentiam, utilem & philoſophia dignum reddiderunt: qualem in
primis audimus fuiſſe Socratem. Ille enim in omnos ſermones & diſpu-
tationes deſcendebat, & ad rhetores & ad ſophiſtas, & ad geometras &
muſicos, & puerorum inſtitutores, aliosq; opifices: & in palæſtris & in
ſympoſijs nihil illi obſtitit, quin philoſopharetur ſemper, & omni mo-
do, & hortaretur ad uirtutem eos qui aderant: non proprium inferens
argumentum, neq; propoſitionem meditatam, ſed ſemper
præſenti utens, eamq; accommodans ad
philoſophiam.

CHRYSEIS.

CHRYSEIS. LXII.

διαλογισμός.

QVONIAM non malè laudare ſoles Homerum, neque quemadmodum uulgus, credens opinioni, te ſimulas admirari: ad hæc & acutiſsimus es ad intelligendum poetæ experientiam, circa hominum affectiones: nos alia quidem (ſi uis) omittamus in præſentia de regibus ducibusq́, de una autem muliere captiua conſideremus, qualem ſcripſerit fuiſſe ſacerdotis filiam, cuius ſtatim meminit in pœſeos principio. Agamemnon enim non ſolum ſpeciem, ſed etiam mores laudare uidetur ancillæ. Dicit enim, mente nihil eam eſſe inferiorem ſua uxore: certum autem, quòd eam putarit prudentem eſſe. An uerò non fruſtra hoc dixerit deceptus ab amore, operæ precium eſt uidere. Atqui difficilimum eſt perſuadere amantibus. Nã ſuſpicantur pleriq́, & facilè iraſcuntur, ſeq́ nunquam ſatis pro dignitate diligi aiunt ab amatis: maximè quum tanto fuerint ſuperiores, & conuerſentur cum poteſtate. Hęc autem aio contingere malis amatoribus. Si igitur uirtutis ſtudioſus fuit Agamemnon, rectè pronunciauit de ea: ſin uerò uulgi ſimilis, haud facilè, ſi mala erat, placere potuit homini huiuſmodi, ut eam exiſtimaret bonã. Age uerò & alia uideamus. Et quam aliam habes apud Homerum demonſtrationem de moribus mulieris? Neque enim ſcripſit eam aliquid feciſſe, aut dixiſſe, ſed ſilentio patri redditam. Quid? An non ex ijs quæ circa eam facta ſunt, quis conijciat de illius animo, qui non ſimpliciter neque ſtolidè conſideret?

Amãtibus perſuadere difficile.

Fortaſſe. An putamus, Chryſen inuita filia in exercitum ueniſſe, cum redemptionis precio, deique infulis, & multitudini ſupplicaſſe atque regibus, ut ea dimitteretur: an econtrariò, ea patrem rogante, ſi quid poſſet, ferret auxilium? Nam ſi præſentia amaſſet Chryſeis, atque Agamemnoni cohabitare uoluiſſet, nunquam certè pro ea rogaſſet Chryſes, ne ſimul & filiam contriſtaret, inq́ Agamemnonis ueniret odium: non ignorans, quomodo affectus eſſet erga eam. Quippe ut Chryſeis amata habitaret apud Agamemnonem, non minus & patri conducibile erat. Nam & regio & templum & ipſe in Achiuorum ditionem erant redacti, & ille erat ipſorum dominus. Præterea, quare non ſtatim ut capta eſt, uenit: neque de redemptione fecit mentionem, quando uerisſimile erat eum acerbius tuliſſe: tempore autem pòſt, ægritudine quidem iam diminuta, conſuetudine uerò cum Agamemnone maiore facta? Decimo enim obſidionis anno hæc contigiſſe, ſcribit poeta, circa ſacerdotis aduentum, allationémque precij liberatorij. At uerò circumiacentes ciuitates, præſertim minores, uerisſimile eſt ſtatim captas eſſe in belli principio, inter quas erat & Chryſa, & illud templum. Proinde ſermo hic multam præ ſe fert abſurditatem, & Chryſeidis inſipiẽtiam, quod antea captiuitatem tolerauerit, recens patre & patria ſpoliata: tranſactis autem nouem annis, moleſtè tulerit. Namq́ ſi & alia audires, quòd non uulgarem amatorem ſemel nactum, non iucundum fuerit relinquere, neque glorioſiſsimum, neque ditiſsimum, regémque omnium Græcorum, maximámque inter eius ſeculi homines obtinentem potentiam: dominumquoque non ſolum ſuum, uerùm etiam patris & patriæ, ſperantem inſuper paruo tempore ſe in ditionem & Aſiam redacturum. Nam Ilium à multo iam tẽpore malè habebat, atq́ ipſam uix ciuitatem cuſtodiebant Troiani: prodibat autem ad pugnam nemo: præterea quum rex eam non neglectim

Chryſes inuita ne an uolẽte filia eam repetierit ab Agamemnone.

Chryſa urbs.

neglectim tractaſſet, ſed etiam manifeſtè eſſet confeſſus, quòd eam ſuæ præferret coniugi, quòd tanta ac talia bona uoluerit relinquere, & quod maximum eſt, amatorem non ſolum regem magnum, et fortem in primis, ſed & iuuenem & pulchrum, ut ait Homerus, Ioui cum aſsimilans: deinde in captam reuerti patriam, & cohabitare uni Agamemnonis ſeruorum, ſiquidem nuptura erat uni indigenarum: quomodo nō abſurdum? Nam dicere captiuam fuiſſe, & propter hoc non amaſſe eum qui cæpiſſet, non ſatisfacit. Nam Briſeis amare uidetur Achillem, atque eum, à quo ſuum maritum & fratres refert occiſos. Agamemnon autem nihil tale geſſerat circa Chryſeida. Bene igitur his ex ſermonibus dici poteſt, quòd non uoluerit Chryſeis relinquere Agamemnonem: ſed Chryſes ea fecit ex ſeſe. aut ſi uoluit, demens fuit: tuq́ contrarium attuliſti ſermonem, quàm pollicitus es. At enim,

Heſiodi.

Tu neq; de cauſa ſtatuas properantius ulla,
Quàm iudex æquus partes audiueris ambas.

Dicisne ſapientem fuiſſe Homerum? Fortaſſe. Ergo partim ipſum putato dicere, partim uerò legentibus reliquiſſe intelligenda. Hoc autem ex ſermonibus non prorſus incertis colligi poteſt. Nam Chryſeis initiò quidem, ut uidetur, nō illibenter manebat apud Agamemnonem, propter eas quas dixi cauſas: atq; dijs habebat gratiā, quòd nulli daretur minus glorioſo, ſed omnium regi. Et ille non negligēter erga eam erat affectus: unde tum non egit de redemptione. Poſtquam autem res Agamemnonis domeſticas audiuit quales eſſent, & quàm afflictæ, & crudelitatem Clytemneſtræ & ferociam, hic timuit uenire Argos. Et priore quidem tempore remanſit, amans fortaſſe Agamemnonem: quum autem iam propè eſſet finis belli, atque ſparſus eſſet rumor non diutius Troianos poſſe reſiſtere, non expectauit Ilij expugnationem. Norat enim, uictores ferè ſuperbos fieri, & ſuperſtitionē circa deum magis ualere, dum bellum gerunt homines. Propterea tūc accerſiuit patrem, iuſſitq́ obſecrare Achiuos. Audiuerat enim, ut uериſimile eſt, Atridas ſub uxorum eſſe imperio, eaſq́ eſſe ſuperbiores quàm uiros, non ſolum propter pulchritudinem, ſed quòd principatum magis ad ſe pertinere arbitrarentur. Eos enim eſſe Pelopidas, & aduenas Græciæ: ſeſe uerò Achaides, Tyndarei filias, & Ledæ. Tyndareus autem celebris erat, & rex Spartæ. Itaque propter hoc & Helenam ſibi deſponderi petebant Græcorum optimi, & iurauerāt ſe laturos ſuppetias. Ad hæc ſorores erant Caſtoris & Pollucis, qui Iouis filij ſunt exiſtimati: atq; hactenus pro dijs apud omnes habent, ob potentiā quā olim habuerūt. Præſtabāt enim omnib. in Peloponneſo: extra Peloponneſum uerò maxima potentia erat Athenienſium: atqui & hāc uicerunt bello, regnāte Theſeo. Præterea cōſobrinus illis erat Meleager, Græcorū optimus. Hæc quidem neſciebat Chryſeis, ſuperciliū autē audiebat mulierum: atque Helenam nouerat, quantum uiro præſtabat. Quare poſteaquā audiuerat de rebus Aſiæ, quòd magnæ eſſent, propter regionis fertilitatem, hominumq́ multitudinem, pecuniarumq́: cōtempſit nō ſolum Menelaum, uerùm etiam Agamemnonem, totamq́ Græciam, atq; pro his illa elegit. At Menelaus & antea obediuit in omnibus Helenæ: & poſtea captiuam receptam obſequijs demeruit. Agamemnon uerò ob principatum eleuatus, Clytemneſtram ignominioſe habuit: quare certum erat, quòd ſe inuicem non eſſent laturæ: ſed talia futura, qualia & acciderūt. Neq; enim Chryſeis libenter audiuit Agamemnonē, dicentem præſertim palàm in cōcione Achiuorū, quòd pluris ipſam faceret q́ uxorem,

Chryſeis quando liberari cupierit ab Agamemnone.

Atridarum uxores imperioſæ.

Tyndareus.

Caſtor & Pollux.

Meleager.

uxorem, nullaq́ in re exiſtimaret inferiorem. Hæc enim inuidiam & zelotypiam afferre ſciebat. Atq́ etiam hercle mores uidebat Agamemnonis, quòd non ſtabilis, ſed ſuperbus eſſet, & deſpector, & quid facturus eſſet ipſi captiuæ cogitabat, ſi quando quieuiſſet concupiſcentia: quando etiam propriæ coniugis & reginæ, ex qua liberos ſuſcepiſſet, adeò contemptim meminiſſet. Stultæ quidem gaudent, quando ab amatoribus uident alias contemni: quæ autem ſapiunt, naturam ea facientis aut dicentis inſpiciunt. Simul autem & erga ipſam ſenſit contumelioſè eum ſe gerere: atq́ hoc, quũ maximè amaret. Nam quòd ita crudeliter abegit Chryſen, amatæ patrem, neq́ illi propter eam pepercit, & non ſolum non conſolatus eſt ſenem, dicens nihil acerbi illius filiæ fieri: ſed è contrario, non ſolum illi minatus eſt, ſed etiam Chryſeida ignominia affecit, dicens: *Agamemnonis mores.* *Iliad. a.*

Hanc uerò haud ſoluam, dum ipſam rugoſa ſenectus
Prenderit in noſtris domibus, procul à patria Argis,
Texentem telas, & noſtri munere lecti
Fungentem: — Quantæ tandem ſuperbiæ eſt? Quid enim poſtea ille feciſſet, quãdo adhuc amans talia de ea diſſerebat? Hęc igitur euitare & prouidere, nequaquam malæ eſt mulieris. Manifeſtum autem fecerunt, opinor, ea quæ circa Caſſandram Argis facta ſunt, circaq́ ipſum Agamemnonem, quod ſapuerit Chryſeis, ſemetipſam ex his malis eripiens. Quapropter quòd neq́ amore, neq́ regno, neq́ rebus (ut uidebantur) glorioſis atque bonis uicta, quum eſſet iuuenis, ſeſe in negocia periculoſa & conturbatam domum atq́ in inuidiam & zelotypiam prodiderit, modeſtæ mulieris officium eſt: & uerè dignæ, quæ ſacerdotis filia ſit, apud deum educata. Quid igitur, túne ex his Agamemnonem putaſſe ais, bona eam fuiſſe mente præditam? Nequaquam. Neq́ enim æquum erat, ut tale quippiam illi diceret: ſed ex alijs eam ita eſſe intellexit. Quomodo ergo poeta dicit, non lętam eam abijſſe, ſed ſicut Briſeida, mœſtam? *Chryſeidis modeſtia, ac prudentia.*

Quia et hoc modeſtię cauſa faciebat, ne exacerbaret Agamemnonem, neq́ in contentionem adduceret. Manifeſtè tamen pòſt lætam eam fuiſſe dicit, ubi patri traditam ab Vlyſſe memorat, iuxta aram:

Sic ait, inq́ manus dat: lætus ſuſcipit ille
Dilectam gnatam. — Non enim, opinor, eam mœſtam pater lætus excepit: neq́ dilectam dixiſſet forſan, niſi ualde dilexiſſet patrē ob ea quæ feciſſet. Eſto. Cæterùm quid ſi potius Chryſeis, ea quæ tu dicis, expendit per ſe: quia quæ ad Clytemneſtram attinebant, magis illam uerisimile eſt agitaſſe in animo, & patri deinde eadem expendenti conceſsit & obtemperauit? Ne hoc quidem malum eſt. Plurimæ enim & inſipientes magis diligunt amatores, quàm parentes. Quamobrem autem, ſi quidem fuit prudens, non prohibuit Chryſæ, ne palàm rogaret Agamemnonem, ut minus ſæuijſſet? Quia ſciebat amantes priuatim quidem in omnibus gratificari uelle amori, turbas autem interdum uereri, deiq́ infulas uim quandam putabat habere apud multitudinem: ſicuti & factum eſt. Cæterùm & illud cogito, quomodo & tunc Agamemnon ſacerdotis filiam, & poſtea Caſſandram dijs cuſtoditam, & ſacram uirginem amauerit? Quia & hoc indicium eſt ſuperbiæ, atque deliciarum: magis concupiſcere iniqua & rara, quàm parata. Non contradico, quin fuerit prudens Chryſeis, ſi hæc ita facta ſunt.

Tu uerò utrum audire uelles, ut facta ſunt prorſus, an ut debuerunt rectè fieri?

DE REGNO ET TYRANNIDE.

LXIII.

ATQVI ſiquis uni homini imperare nõ poteſt, præſertim ualde uicino, apud quem & uerſatur, neque rurſus unam ſuam ipſius animam regere: quomodo ille poſsit regnare ſuper multa atq; innumerabilia hominum millia, ubique diſperſorum, quemadmodum tu dicis? Quorũ multi habitant in terræ finibus, quorumq; plurimos neque uidit, neq; unquam uiſurus eſt, neq; uocem intelligit? Simile enim eſt, ut ſi quis dicat, eum qui imbecillem adeò habeat uiſum, ut neq; quæ ante pedes ſunt uideat, ſed opus habeat manu ductore, uiſu pertingere poſſe ad longiſsimo diſtantes interuallo: quemadmodum qui à longè ex pelago montes atq; inſulas uident. Aut, ſi quis dicat, eum qui cum aſtantibus nõ poſsit loqui ut audiant, totis populis & caſtris loqui poſſe ut exaudiatur.

Mentem quiddam uiſui ſimile habere.

Namq; mens quiddam uiſui ſimile habet: & quemadmodum hic corruptus, ne propinquiſsima quidem uidet, ſanus uerò uſque ad cœlum & aſtra pertingit: eodem modo & prudentis animus, omnes homines poteſt gubernare, at inſipientis ne unum quidem ſuum ipſius corpus poteſt cuſtodire, neque unam domum.

Imperio præditorum ingenia cuiuſmodi.

Pleriq; enim qui imperium obtinent, quia ipſis licet omnia accipere, omnia concupiſcunt: & quia in ipſorum manu eſt ius, ideo ſunt iniqui: & quia non metuunt leges, ideo neque eſſe autumant: & quia non coguntur laborare, ideo nunquam ceſſant deliciari: & quia nemo eos mala paſſus ulciſcitur, ideo nunquam affligere & malè facere ceſſant: & quia una ipſis rara eſt uoluptas, ideo nunquam implentur uoluptati dantes operam: & quia ipſos nemo uituperat apertè, ideo nihil eorum facere intermittunt, ob quæ iure malè audiunt: & quia ipſos nemo uult contriſtare, ideo aduerſus omnes ſæuiunt: & quia ira commotis omnia licet facere, ideo continuè iraſcuntur.

Principis boni mores.

Bonus autem princeps, ſicut tu, contraria ſtudet. Nihil enim concupiſcit, quòd omnia ſe putet habere: abſtinet & à uoluptatibus, quòd nulla non potiri poſsit, ſi appetat. iuſtior quoque eſt quàm alij, ut qui omnibus iuſticiam exhibeat: delectatur autem laboribus, quòd ſponte laboret: & diligit leges, quòd non timeat. Atque hæc rectè ſibi perſuadet. Cui enim maiore opus eſt prudentia, quã qui tantis de rebus deliberat? cui accuratiore iuſticia, quàm qui eſt ſupra leges? & cui modeſtia continentiore, quàm cui omnia licent? & cui maiore fortitudine, quàm qui omnia ſalua conſeruat? Et ſanè aliorum multorum imperatori, nunc quidem quàm plurimis opus eſt ſumptibus; nũc uerò exercitibus pedeſtribus atque equeſtribus, præterea & maris & nauibus & machinis, ſi retẽturus eſt ſubditos, hoſtesq; repulſurus: & ſi quis deſciſcat à principatu, ad obedientiam compulſurus. imperium uerò ſui ipſius, nullis indiget ſumptibus, minimiq; eſt negocij, periculiq; expers. Neque enim ſumptuoſa, neque laborioſa, neque periculoſa eſt hominis continentis uita. At quamuis huiuſmodi ſit, omnium tamẽ difficillimum eſt.

Sardanapali luxus et mollicies.

Quoniam Sardanapalus ille omnibus decantatus, habebat Ninum, habebat & Babylonem, ciuitatũ, quę olim fuerunt, maximas: parebantq; illi omnes gentes in altero habitantes continente, uſque ad terras inhabitabiles, quas dicunt: regnum autem ad eum nihil pertinebat, non magis quàm ad aliquem mortui putreſcentes. Conſuliare enim, aut iudicare, aut exercitum ducere neque uolebat, neque poterat. In regia uerò, aufugiebat in mulierum conclauia, iacebatq; in lecto deaurato pedibus in al-

tum

tum ſublatis ſub pallijs purpureis, quemadmodum defletus à mulieribus Adonis, acutiorem emittens uocem quàm eunuchi: collum quidem inflectens, à ſegnicie autem & umbra albus & tremens, corpore liuidus, oculos inuertens ſicut ex ſtrangulatione, quem à pellicibus haud facilè erat dinoſcere. Atqui tempus aliquod retinuit (ut uidebatur) principatum temerè adminiſtratum, quemadmodum nauim abſque gubernatore, ſæpius aberrantem, nemine retinente in pelago, ſed forte fortuna aeris tranquillitate fruentem: quam parua exorta procella, atq; unus facilè fluctus ſubmergit. Quin etiam currum uidere licet, nemine aurigante huc illuc diſcurrentem in certamine, qui uictoriam certè nũquam adipiſci poteſt, perturbat autem & diſperdit uicinam ſpectatorum turbam. Neque enim inſipiens unquam rex eſſe poterit, non magis quàm cæcus uiæ dux fieri: neq; iniquus, non magis quàm regula curua & inæqualis, quæ alia opus habeat regula: neq; timidus, non magis quàm leo animum accipere cerui, aut ferrum ceræ aut plumbi molliciem. Cui enim fortior conueniebat continentia, quàm plurimarum in medio uoluptatum uiuenti, plurimaq; negocia gubernanti, minimumq; agenti ocium, atque de ſummis plurimisq; rebus gerenti ſollicitudinem?

Inſipiens aut iniquus nullus rex: uelut neq; timidus.

DE FORTVNA PRIMA. LXIIII.

HOMINES uidentur erga fortunam affecti eſſe, quemadmodum qui nauigant, erga uentos uehementes. Libenter enim in curſu perſeuerent: & quibus uentus aſpirat, illi eò quo uolũt, perueniunt: qui uerò à uento relinquuntur in pelagi medio, fruſtra lamentantur. Sic etiam præſente fortuna, gaudent & lætantur homines: abſente uero, in ægritudine ſunt, & deſperatione, omniaq; ex hoc Genio fiũt. Nã & impeditũ expeditũ uidetur facere, et infirmũ firmũ, & turpe honeſtum, & paupertatẽ diuitias. Si fortuna in mari fauet, nauis proſperè nauigat: ſi in aere, fortunatus fit agricola, animaq; gaudet exculta à Fortuna Si uerò fortuna relinquat, in corpore circumit tanquam in ſepulchro. Neq; enim, ſi quis dicat, nomen clarum conſequitur: neq; ſi quis quid agat, fructum percipit: neque ulla eſt utilitas bonæ indolis, relinquente Fortuna. Nam hac non præſente, non contingit eruditio, neq; aliud bonum. Quin etiam uirtus tunc factorum gratia admirationi eſt, ſi adfuerit Fortuna. Si uerò ea ſola dimittatur, ſermo eſt honeſtæ rei inefficax. Ipſa enim bella gerentium eſt uictoria, & pacem agentium concordia, & nuptias contrahentium beneuolentia, & amantium uolupias: & breuiter, bonus in omni re ſucceſſus. Terra, quãdo reliquerit Fortuna, mouetur & tremit: quęq; ſuper eã ſunt bona, deijcit. Atq; hic terræ morbus eſt, nõ præſente fortũa. Vt enim nauis temerè fertur, citoq; ſubmergit gubernatore ſpoliata, utq; muri concidunt fundamẽtis uitiatis: ita & ciuitas ad corruptionem tẽdit, fortunæ inopia. Athenę quondam à rhetoribus in calamitatem ſunt deductę, duce Demoſthene, quum haud amplius Athenas reſpiceret Fortuna. Mihi uidentur & homines habere Fortunam, ſi ſerenitatem & non tenebras habeat. Cernere autem oportet, quàm facile ea quiduis efficiat. Iam enim è naui quidam ſe in mare eijciens, in uita eſt conſeruatus, ueniente Fortuna. Porrò dignum eſt dictu & quod à Fortuna accidit Apelli pictori. Nam ferunt, quòd equum non ab opere, ſed ex bello uenientem faciebat. Excelſus erat ceruice, & inſurgens, & auribus erectis, & oculis acu-

Elegans ſimilitudo.

Fortunæ uis.

Simile.

Apellis fortuna.

tis,tanquam ex bello ueniens, atq; adhuc conceptum ex curſu furorem
in uiſu retinens. Pedes aũt in aere ferebantur,paululũ modò terrã attin-
gentes. Aurigantem frena retorquebat,|& bellicum equi impetum habe
na ſtringebat. Quum iam imago omnia haberet conuenientia,deerat ad-
huc ſpumæ color,qualis fieret ex humido & ſanguine mixtus, iuxta con
tiguam mixtionem,perſequente anhelitu oris humiditatem,ſpumanteq;
à labore ſpiritu, & ſanguine inſperſo ſpumæ ex freni uexatione elicito.
Non ergo poterat pingere equi ſpumam, defatigati in certamine. Heſi-
tans uerò aliquandiu, tandem dolore permotus, incuſsit circa picturæ
frena ſpongiam:quæ quum multis eſſet infecta coloribus cruentatæ ſpu-
mę ſimilibus,congruum impreſsit picturæ colorem. Quod uidens Apel
les,gauiſus eſt,ob Fortunæ in deſperatione beneficium:picturamq; abſol

Herculis Fortuna.

uit,non per artem, ſed per Fortunam. Quid uerò aliud Herculem fecit
maximum? Ille enim & leonẽ fauces obturãs ſuffocauit, & animalia uolu
cria in aere eſt perſecutus, & paludis hydram ſuſtulit contritis ipſius capi
tibus, nec extimuit Erymanthium aprum:atq; ad hæc in Occidentem ue-
nit,fructumq; plantæ illius terræ retulit, Geryoniſq; boues abſtulit pul-
chras: & Diomedem Thracem caſtigauit,ut equis frumentum daret,non
homines ad edendum: & Amazonas redarguit,quòd eſſent mulieres. O-
mnia uerò hæc confecit,adiuuante ipſum fortuna. Nec malè habent circa

Fortunæ imago qualis apud ueteres expreſſa.

eam & ueterum ænigmata. Hi enim eam ſuper nouaculam ſtatuerunt, illi
uerò ſuper ſphæram:alij illi dederunt clauum in manus.alij porrò meliora
pingentes, Amaltheæ dederunt cornu,plenum & exuberans omniũ tem
porum fructibus, quod Hercules in pugna Acheloo defregit. Noua cu-
la quidem felicitatis præciſionem notat: ſphæra uerò,quòd facilis illius ſit
mutatio. ſemper enim in motu eſt, quod diuinũ eſt. Clauus autem, quòd
hominum gubernet uitam Fortuna. Amalthææ uerò cornu, indicat bono

Fortuna nulla mala.

rum dationem atq; felicitatem. Ne nominemus igitur malam aliquam
Fortunam. Neq; enim uirtutem quiſpiam dicit malam; neq; omne quod
bonum eſt, malum eſſe,

DE FORTVNA SECVNDA. LXV.

Hominũ querelæ de Fortuna.

QVAE ab hominibus Fortunæ crimina impinguntur, ea
ego maxima illius cenſuerim preconia. Incertas rerum
mutationes illi aſſcribunt: & ſi quid peccarunt in re-
bus conſilio inchoatis, ijs ſe ſpoliari putant à Fortuna,
ut quæ omnia illis acquirere poſsit, ſi uelit. Audias
autem accuſantes eam agricolas & mercatores, & di-
uites propter pecunias, et ſpecioſos propter corpora et
Panthiã propter uirũ, & Crœſum propter puerũ, & Aſtyagen propter cla
dẽ acceptã, & Polycratẽ, ppter captiuitatẽ. Porrò & Perſæ reprehendebant
Fortunam,poſt Cyri necem. Quin & quoſdã proprios caſus Fortunæ fe-
runt acceptos: ut Medæa amorem, Midas uotum, Phædra calumniam,
Alcmæon quòd errabat, Oreſtes quòd furore corripiebatur. Dicam au-
tem uobis, ſi uultis, & Cyprium ſermonem. Protulerunt ſuperiora ſe-

Claræ mulieres.

cula etiam claras mulieres: Rhodogunen bellicoſam, Semiramim regi-
am, Sappho muſicam, Timandram formoſam: ſic etiam in Cypro Demo-

Demonaſſæ leges.

naſſa fuit rerum publicarum condendarumq; legum perita. Ea tres tulit
Cyprijs leges. Prima, ut adultera raſa proſtitueretur. Illius filia in adul
terio deprehenſa eſt: quæ & ſecundum legem, coma abraſa, proſtituta eſt.

Vt

Vt is qui ſemet occidiſſet, inſepultus proijceretur. Hęc eſt ſecunda lex Demonaſſes. Tertia: Ne liceret occidere bouem aratorem. Quum autem illi duo liberi eſſent maſculi, quorũ alter eo quòd bouem occidiſſet, capite damnatus eſt: alterum autem, quum ſibi mortem conſciuiſſet, non ſepeliuit. Ea hanc calamitatẽ aliquò uſque ſuſtinuit, orba exiſtens, & condens leges. Quum uidiſſet autem bouem pro uitulo perdito mugientem, ibi ſuam ex aliena calamitatem intelligens, in æs liquefactum inſiliuit. Eratq; ibi turris antiqua, æneam habens ſtatuam, in æs liquefactum immiſſam, & ad ſecuritatem ſtatuæ, & ad facti memoriam. Inſcriptum eſt autem in columna quadam propè:

Sapiens eram quidem, ſed haud in omnibus
Felix: —

Age ergo, ne Fortuna quaſi deſerta cauſa condemnetur, defendamus eam, neq; metuamus accuſatorum tumultum: fortaſſe enim & ipſa nobis ad bene dicendum tulerit ſuppetias. Videnter artifices primùm apparatus modò illius potentiam deſignaſſe. Primùm enim poſita eſt, ut prompta ad opera: deinde in dextera manu clauum tenet, &, ut quis dicere poſsit, nauem regit. Quid uerò hoc erat? An quod maximè nauigantes indigeant fortuna: an quòd uitam nobis quaſi nauem magnam gubernet, omnesq; ſaluet nauigantes? Aſſyrios quidem uſque ad Sardanapali delicias, Medos uerò uſque ad adultam Cyri ætatem, Perſas uſq; ad tranſitum in Aſiam, Athenienſes uſque ad captiuitatem, Crœſum uſq; ad Solonem?

Fortunæ effigies.

Erat Oedipus homo fauſtus antea ſatis.

Oedipus.

Fortuna enim illi, efficiens ne quid pateretur, dederat ignorationem caſuum: id quod perinde erat, ac ſi nihil pateretur. Deinde ſimul & felicitatem amiſit, caſusq; ſuos cognoſcere cœpit. Ego & illius cæcitatem, felicitatem uoco. Vſque ad finem enim liberos uiderat Cydippe & Aeolus, & ſi quis alius felix fuit pater. Oedipus uerò ex cæcitate hoc lucrifecit, ne turpia cerneret ſpectacula. Altera autem manu dea paratos collectosq; tenet fructus, indicans bonorum quæ ipſa dare ſoleat multitudinem. Hoc igitur erat aureum illud genus, & beatorum inſulæ quædam, præſentes gratis habentes eſcas, & Herculis cornu, & Cyclopum uita: quia ijs qui uictum laboribus quærunt, dextra manu declarauit, ultro in poſterum bonorum abundantiam accedere. Tantalus autem uſque in ſenectutem utique ſegnis erat: propterea uſque ad labra erat felix, & oculis duntaxat erat fortunatus. Omnia autem illa perierunt, & lacus & fructus, & eſca & potus, à Fortuna tanquam à uento direpta. Nominata uerò eſt fortuna multis quibuſdam inter homines nominibus. Aequale enim ipſius nomen eſt Nemeſis: incertum autem, Spes: neceſſarium uerò, Fatum: iuſtum autem, Fas. Dea prorſus multorum nominum, multorùmque morum. Huic indiderunt agricolæ Cereris nomen, & paſtores Panos, & nautæ Leucotheæ, & gubernatores Dioſcurorum.

Tantalus.
Fortunæ nomina.
Nemeſis.
Spes, Fatum, Fas.
Ceres. Pan.
Leucothea.
Dioſcuri.
Heſiodus.

Non facilè quemuis hominem ſuſtollit in altum:
Et facilè elatum deponit ad infima rurſus:
Et facilè inſignem minuit, decus addit & atro:
Et facilè prauum regit, exiccatq; ſuperbum:

Iupiter ergo ille erat Fortuna, tenens quidem dextra ſcutum, læua autem ſceptrum, quia bellicoſis hominibus & regnum tribuit. Deinde Euripides, nautam reprehendit intempeſtiuè lati fluctus ponti traijcientem: atq; in ſequentibus caſtigat, dicens quòd

Iupiter Fortuna.

Se ſpebus & ſua paruulis credunt nimis.

Euripides. O fili Mneſarchidæ, poeta duntaxat fuiſti, ſapiens uerò nequaquam. Neque enim pici homines ſuam uitam, neque funiculis committunt, neque eos trium digitorum lignum piceæ ſaluos conſeruat: ſed ſe rei committunt & firmæ & magnæ, nempe Fortunæ. Imbecilles enim ſunt diuitiæ, ſi Fortuna non adſit: inſtabilis eſt amicitia, ſi Fortuna non adiuuet. Fortunæ uis. Ea ſaluum conſeruat ægrotantem in extremis, & natantem in mari, & Agamemnonem in mille nauibus, & Vlyſſem ſuper rate uectum.

Quid metuis ô timide? Num maris longitudinem reformidas? Videbit te quidem Neptunus, & aduocabit uentos, accipietque tridentem, & omnes commouebit procellas, non te tamen occidet: Fortuna enim non uult.

Sic mala multa ferens errabis per freta, donec
Mites conuenias homines, Saturnij alumnos.

Hic autem ſermo habetur à Fortuna, ſuperato illo. Certè horum & ueſtrorum maiorum antiquum fuit genus, indigenarum (inquam) & primorum Athenienſium, qui matrem quidem ſuam gloriabantur eſſe Terram, nutricem autem Cererem, cognominem autem & adiutricem Mineruam. *Athenienſes primi Terrigenæ.* Ex illis uerò primis Athenienſibus Fortuna coloniam deduxit in Eubœam: quos illic manentes, neque mare delectare, neque terra alere poterat. Neque facilè illius rei ferebant turpitudinem, quòd ex habitatoribus continentis facti eſſent inſulares. Fortuna ſecundò melius conſuluit. *Eubœa.* Venuſta enim eſt Eubœa uerè: ſed quis noſtrûm ferre poſſet, ut in terra habitaret aſpera, & uicinum haberet anguſtum mare, multosque toleraret rerum mutationes, quę in fluxu rerũ plures accidere ſolent? Nunc enim illos oportebat ferre Bœotos, & illam Thebanorum ſtupiditatem: deinde Athenienſes, qui iam non ut cum liberis, ſed ut cum ſeruis agebant. Propterea uos deduxit, atque hunc in locum poſuit, expaſsis manibus machinata nauigationẽ, atque dirigẽs: fructus uerò copioſè dans, donánsque. Cæterorum ſanè ſententiam conijcere difficile eſt. Ego autem ô Fortuna (ad te enim meritò fortaſsis ſermo uerteretur) ſi quis me excelſum planè atque ſublimem ferret, uel in alato Pelopis curru, oſtenderetque uniuerſam terram, omnesque ciuitates, non mihi unquam eligerem Lydorum delicias, non frugalitatem Atticam, non paupertatem Laconicam, neque Crotonem (ſunt enim pauperes) neque Sybarim, quia non laborant: neque Scythas, quia terrã non colunt: neque Aegyptios, quia alijs colũt: neque Libyen, ubi agni ſtatim cornuti ſunt paſtorum felicitate: non Thebas Aegyptias,

Iliad. 1. *Portas inſignes centum; & ſeruare ducentos*
Aiunt quaſque uiros, cum curribus atque caballis.

Equiſonum hæc uita, & ianitorum. Neque opes?

In Delo quantæ ſunt Phœbi altaria circa.

Non ſufficit mihi ara, non habenti unde ſacrificem. Non ſufficiunt mihi plantæ, quum me alere non poſsint.

Aſpera, ſed nutrix iuuenum bona.

Neque aſpera ipſa, nec altrix iuuenum,

O domina cunctarum, & colenda ciuitas
Athenienſium. —

Ne dicas ô homo. Non iam illa domina eſt. Pulchrum ſanè illius apparet nauale: at poſt Helleſpontum atque Lyſandrum turpe eſt. Pulcher eſt & Piræus,

Adhuc uidelicet eum cum mœnibus cernis,

Quæ

Quæ mulier altera, nemor: habuit talia
Vnquam? — Habuit ſanè: quum autem euaſiſſet, comam abraſit, tanquam in calamitate:
Cœliq;,ut aiunt, in loco degit bono.

Quomodo ergo hi fame, illi morbis laborant: & multo maior hominū pars ab aere perit, quàm ab hoſtibus? Et ne quis moleſtè ferat, quòd ita patrum feci mentionem: neque enim prima præmia conſequi poterimus, niſi certemus cum primis. Sed & antiquus quidam miles, tanquam eſſet patre melior, ſe iactabat. Quare neque Athenienſibus, licet ſint patres, turpe fuerit à filijs ſuperari. Veſtræ enim uirtutis participes erunt, licet iuxta ſuam ipſorum uincantur. Et quomodo nō pro his omnibus Fortunæ haberetis gratiam? Fuit, qui illi ob genus ageret gratias, quòd nempe eſſet Pallenenſis: atque ob ſtatus mutationem, quòd ex pauperibus oriundus, diues eſſet factus. Socrates ſanè ob multa ſe beatum duxit, quòd animal eſſet rationē præditum, & quòd Athenienſis. Diogenes autem, canis agreſtis, & prorſus rerum ciuilium expers, fortunatus erat. Quanquam Fortuna multa illi tela ceu ſcopo immitteret, non poterat tamen uulnerare. Haud fero philoſophum tam temerariè loquentem. Ne quæſo mentiaris contra Fortunam. Non te quidem telo uulnerabit, quia non uult: uolenti autem fortunæ, ubique facile eſt. Et ego quidem dicta illa breuia non dico, nempe Laconica: Seruieutes Perſis: &, Dionyſium Corinthi: & Socratis condemnationem, & Xenophontis exilium, & Pherecydis necem, & felicitatem Alexandri: ſed illum ipſum difficilem tactu ſcopum, quot ſagittis percuſsit? Exulem fecit, Athenas duxit, Antiſtheni conciliauit, in Cretam uenundedit, præterea tanquam cæcum baculo & pera inſtruxit: adde his & tenuem & ſimplicem uictum. Habe tamen & pro his fortunæ gratiam: Illius enim beneficio philoſopharis. Fuit autem & Timotheus dux Athenienſium, qui in omnibus felix erat, atq; cauillis morſus non ferebat. Is tamen quum aliquando quid contra Fortunam temerè dixiſſet, cœpit infelix eſſe. Quis unquam ſperaſſet Indis imperaturum Orea? ſuper Lydos regnaturum paſtorem? atq; Aſiæ dominaturam mulierem? quodq; Herculem interfectura foret tunica atq; mulier, atq; Alexandrum ſeruus & calix? Habet enim in ſe plurimùm ſemper regij ingenij: eosq; qui cōtra naturam elati ſunt, deponit. Multa ſanè Alexander temeraria deſignauit facinora. Nō ferebat audire Philippi filius, Iouem mendacijs onerabat, Dioſcuros contemnebat, Dionyſium conuicijs inceſſebat, tametſi abundè illius donis uteretur. Occidit autem & Clitum ſapiētem, & Philotam formoſum, & uicinum Parmenionem, & præceptorem Calliſthenem: & Ariſtotelem occiſurus erat, deq; Antipatri nece deliberauit. Eum ergo uiuētem adegit, ut confiteretur ſe hominē eſſe. Nam uulneratus, ad amicos: At hoc, inquit, quod effluit, non eſt diuinus humor, ſed uerus ſanguis. Moriens autem planè confeſſus eſt, Fortunam magnam eſſe deam. Ille igitur quum effugiſſet & Thebanorum grauem armaturam, & Theſſalorum equeſtres copias, atq; iaculatores Aetolos, Thracesq; machæris accinctos, & bellicoſos Perſas, inuictumq; Medorum genus, & magnos montes & flumina & præcipitia inſuperabilia, & Darium & Porum, atq; alia multa gentiū regumq; nomina, in Babylone abſq; pugna & uulneribus mortuus eſt. Quid autem dicendum eſt de regni illius ſucceſſoribus? deq; ijs qui illos ſunt ſecuti? deq; arrogantibus eorum nominibus? Appellabant enim ſeſe fulmina, & urbium expugnatores, & aquilas, atq; deos. quorum hoc quidem mors redarguit: is uerò

Socratis beatitudo.

Diogenem quot telis Fortuna percuſſerit.

Timotheus dux Athenienſium.

Fortunæ exempla, & imperium.

Alexandri facinora.

Alexādri mors & ſucceſſores.

excel-

excelſiorem inuenit fortunam, tametſi iocari ſibi uideretur. Demetrius
Demetrius autem urbium expugnator, captiuus factus à uino atq; ebrietate, ignomi
poliorcetes. nioſè mortuus eſt, à fortuna expugnatus. Quid igitur tyranni gloriantur
de mœnibus? Quid Amphion canebat? Quid Deioces laborabat? Quid
Semiramis ædificabat? Quid Apollo mercede ſeruiebat? Quid denique
Myles cum Leone mœnia circumibat? Obtinebit enim Medos Cyrus, &
Babylonios Zopyrus, & Sardeis Mardonius, & Troiam equus. Magnũ
Fortuna, totũ enim momentum, immò totum (ut quidã dixit) Fortuna eſt. Ipſa & Pin-
momentum. darum inuenit expoſitum in Bœotia, & Telephum in Arcadia, & Roma-
norum reges in Italia: & huic quidem ſubmiſit opes, illis autem paſtores,
Eumenes. Telepho uerò ceruam, Cyro autem uel canem uel mulierem. Eumenes
Hercules Ale- erat agitatoris filius, attamen rex factus eſt. Hercules Alexandri filius e-
xandri. F. rat, nõ tamen regnauit: ſed inſepultus Olympiadi allatus eſt: cumq; eum
Darij mater. luxiſſet, & ipſa mortua eſt, illa dei mater. Darij autem mater & Alexandrũ
Hannibal. adorauit: & quod eſt indignius, Hepheſtionem. Quid uerò Libyorum
rex? Nónne quingentas Romanorũ ciuitates populatus eſt? ſublatamq;
tunicam ſuam ciuibus oſtendit Romanorum annulorum plenam, quos
habuit ex hoſtium ſpolijs ab ipſo interfectorũ? Hic autem omnibus con-
fectis, ignominioſè mortuus eſt, multùm fruſtra reluctatus Fortunæ.
Ideo mihi uidentur homines etiam alia omnia fortunæ committere, & ſor
te tradere principatus, & exercituum præfecturas, & fratres ita ſuas diui-
Polynices. dunt poſſeſsiones. Et Polynices rectè feciſſet, ſortibus permittens diſce-
ptationem de regno cum fratre. Nũc autem & ipſe mortuus eſt, fratremq;
unà perdidit: quum rem ætati, non Fortunæ, permitteret:

Iliad. ω. *Sortem nunc omnes inter uos mittite, ut unus*
Sorte legatur ad hoc. nam cui ſors ceſſerit, ille
Haud dubiè referet ocreatis commoda Achiuis.

Atq; attulit etiam, qui ſorte datus erat: Hector uerò uictus eſt, quum
rem conſilio, non Fortunæ crediſſet.

Iliad. ω. *Quippe Iouis duo ſtant in limine dolia, donis*
Plena deûm: —

Duo Iouis do- In quibus uidelicet hominum theſauri à dijs repoſiti ſunt. Promit eos
lia. autem fortuna, prout competere cernit & rhetori & imperatori, & paupe
ri & diuiti, & ſeni & iuueni. Crœſo dat aurum, Candaulæ uxorem, Peleo
enſem, Neſtori ſcutum, Pterilæ auream comam, Niſo capillum purpureũ,
Alcibiadi pulchritudinem, Socrati prudentiam, Ariſtidi iuſticiam, Lace-
Vita hominũ dæmonijs Athenienſium mare. Deinde uiciſsim his aufert, atq; dat alijs.
pompa. Et nihil mihi uidetur hominum uita differre à pompa, in omnibus quæ
nobis accidunt mutationibus.

DE FORTVNA: TERTIA. LXVI.

QVI ualde Fortunæ crediderunt, eiusq; præſentia effe-
runtur, mihi optimè ei uidentur patrocinari, atq; effi-
cere, ne quis eam, ſi ſe in diuerſum transferat, iure accu
ſare queat. E diuerſo enim cuncti eos quos Fortuna
ſuis amplectitur donis, ob conueniendi difficultatem
moleſtè ferunt, eorumq; oderunt iniurias: quum uerò
quenquam eorum relinquit, laudant, ureq; ijs aiunt
Bonis Fortu- res eſſe mutatas. Oportet autem prudentes homines ita bonis uti aduen-
næ quomodo ticijs, ut ſi ea adſint, nemo accuſet eos: ſi uerò recedant aliquando, nemo
utendum. ijs inſultet. Omni enim ex parte ſatius eſt, ut quis inopia preſſus diliga-
tur,

tur, uideaturq; omnibus præter meritũ Fortuna ab eo receſsiſſe: quàm e-
regionè, ut felix aliquis odio habeatur, atq; etiã inſuper cauſam præbeat
ut malè audiat Fortuna, quaſi malignos pro benignis, beneficijs ſtudeat
afficere. Multi namq; homines, eos qui ſuperbè Fortunæ donis abutun-
tur, prauos quidem eſſe dicunt, bonisq; indignos: at non infortunatos
ſoliti ſunt nominare. Mihi autem econtrariò hi uidentur omnium infor-
tunatiſsimi effecti. Ex ijs enim quæ bona exiſtimantur, nihil boni perci-
pere, ſed conuicia atque odium acquirere, atq; adeò ſuam ipſorum praui
tatem omnibus reddere notiorem, quomodo non magna ſit atq; manife-
ſta infelicitas? Quamobrem opinor ſtultis utile eſſe parte ab omni, ut i-
nopia laborent, & neque poteſtatem, neq; diuitias, neq; huiuſmodi ul-
la bona conſequantur. Quum enim ſunt humiles, latêre poſſunt alios, cu-
iuſmodi moribus ſint præditi: in altum uerò ſublati à Fortuna, inſignem
faciunt ſuam prauitatem. Quemadmodum ijs qui corporis aliquod ha-
bent uicium, melius eſt, ut in oculto ſe exuãt, & nunquam in publico, ut
neminem habeãt turpitudinis & uerecundiæ teſtem. Eodem arbitror mo
dò ijs, qui animũ habent illiberalem atq; flagitioſum, omnino prodeſſe,
ut uitæ ignorantia tenebrisq; Fortunæ tecti tranſeant. Iniquè enim mi-
hi uidentur pleriq; hominum Fortunam accuſare, quaſi nihil habeat fir-
mi & certi: ſed cito eos quos foueat, relinquat, ſeq; transferat ad alios. Nã
ſi quidem uidere liceret, eos qui acceperunt, bonis Fortunæ plurimùm re
ctè uti, & nõ è diuerſo ſtatim ſuperbiæ & inhumanitatis ferociæq; eſſe ple
nos, non hercle rectè faceret, ſi non apud eos permaneret: nunc autem,
opinor, cupit unumquenq; beneficio afficere, tanquam bonum, atq; ſuis
donis dignum. Poſtquam autem malum ſenſerit, & abiectum, & dedeco
re afficientem beneuolentiam quam ab ipſa accepit, meritò deficit, quæ-
ritq; rurſus alium, an humaniorem forſan poſsit reperire. Quum autem
plurimi ſint praui, atq; humana natura rarò aliquem proferat, qui idone
us ſit ad felicitatem perferendã, neceſſariò continuas habet mutationes:
multo autem magis propter noſtrã, quàm ipſius naturam. Eſt uerò ab-
ſurdum, ſi noſtrûm quiſq; perferre nequit aliquos feliciter agentes: ſed
paulisper cum illis uerſatus recedit, mauultq; ſuam paupertatem quo-
modocunq; fieri poſsit ferre, quàm moroſos fatuosq; tolerare mores: For
tunam autem, quæ dea eſt, uelit cum illis ipſis uiuere perpetuò, frequen-
terq; magnis affectam iniurijs apud nullius mancipium precij permane-
re. À diuitibus enim quæ in homines fit iniuria, ſales ſunt contumelioſi,
uituperatio, deriſio, & plagarum frequens impoſitio: in Fortunam autẽ
ipſam, ſuperbia, moroſitas, parcitas. Proinde iniquiſsimè mihi pleriq;
uidentur reprehendere Fortunam. Nunc enim eam accuſant, tanquam
infidam, nihilq; habẽtem firmi. Nam ſi ſemper apud eoſdem permaneret,
fieri non poſſet, quin maiore atq; iuſtiore digna foret accuſatione. Quan
do enim nunc uidetis beatè uiuentes, ita prauos & ſuperbos, præſertim
quum futurum ſit incertum: quantæ putatis eos ſuperbiæ ferociæq; ple-
nos fore, ſi in uniuerſum nullam mutationem pertimeſcerent? Multi
aiunt Fortunam nullum noſſe diſcrimen, & prauos fouere homines, bo-
nos autem negligere: & maximè quum uideant eos, qui ipſius bonis di-
gnati ſunt, inſuaues eſſe, & inutiles, atque degeneres. Videtur mihi aũt
Fortuna illis iuſtè reſpondere poſſe, quòd quum natura ſit hominibus be
neuola, ſemper noſtrûm quibuſdam præſto ſit, neque dignos neq; pra-
uos deligens. Ad qualeſcunq; autem accedat, tales eos eſſe ſemper re-
darguat. Oportere eos igitur ſuam ipſorum culpare naturam, non illi-

Fortunæ bonis carere, quib. utile.

Fortunã iniquè accuſari.

Fortunæ mutationes neceſſariæ.

Fortuna bonis aduerſa, malis amica.

Q us, quòd

us, quòd tales facti ſunt. Itaq; qui nonnihil laborat inopia, ſtatim dignum *Simile.* eſſe uidetur & optimum ut is liberetur: qui uerò illius poſsidet bona, flagitioſus apparet. Eſt enim ſimile, ut ſi multa uaſa ſint, & nullum integrũ: uideatq; quis infundentem, atq; moneat, Effluit, nec implere poteris. diceret enim, At omnia ſunt huiuſmodi: dum autem uacua ſunt, latet illorum uicium. Præterea admiror, quomodo tandem pleriq; fortunam di- *Fortuna lubrica & periculoſa.* cant lubricam & periculoſam eſſe, nullumq; illius donorũ eſſe conſtans. Illa enim poſtquam alicui dat ſua bona, utpote pecunias, robur, gloriam, honores: hiſce neminem uti prohibet iuſto modo, immò ne in tutũ quidem reponere locum. Hoc autem dico, non ut intrò in domum recondãt, aut promptuarium, aut claues aut repagula obijciant: his enim nullum *Fortunæ bona quò reponenda.* illius donum cuſtoditur: ſed in hominum beneuolentiam, in beneficia patriæ, in amicorum auxilium. Nunquam ergo Fortuna quicquã abſtulit ab ijs qui ſemel poſſederunt, atq; hoc recondiderunt pacto. Hi enim ſunt theſauri ſtabiles, omnibusq; manifeſti, pro ijs bonis quæ ultro acceſſerint. Si quis uerò accepta abijciat, atq; hercle malè collocet, oſtijs, ſigillis & clauibus credens, non iam opinor per illam pereũt. Vehementer aũt & hoc abſurdũ. Ad hoc enim quòd maledicis eam ſermonibus in- *Fortunæ effigies.* ſectantur, fictores quoq; atq; pictores illi cõuiciantur: hi quidem ut inſanientem atq; res temerè proijcientem pingentes, illi autem ſphæræ inſiſtentẽ, quaſi non tutò neq; abſq; periculo conſiſtat: quũ oporteret nos ipſos ita fingi atq; pingi, qui ita attonitè atq; malè omnibus utimur: neq; per Iouem ſphæræ, ſed dementiæ inſiſtimus: & nõ Fortunam fruſtra accuſare. De omnibus quidẽ, ut breuiter dicam, pleriq; homines non rectè ſentiunt, maximè tamen de Fortuna falſam & erroneam habent opinionẽ. Aiunt enim, dare eam quidẽ hominibus bona, facile autem auferre: & propterea ut infidam atq; inuidam conuicijs proſcindunt. Ego uerò nõ dare aio Fortunã horum quicquam, eo quo multi putant modo. Quo e- *Fortunæ bona abſq; prudentia, mala.* nim quiſq; facultatum dominus fit, & per quod duntaxat bona poſsidere tutum eſt, id illis non dat cum pecunijs & gloria, potentiaq;. Hoc aũt eſt, quo ſine neq; aliud quicquam poſsidere licet uerè, ſed tantum putare atque decipi. Quemadmodum neq; nos, quum quempiam in ædes introducimus, aut alicui prædium aut inſtrumenta quædam præbemus, confeſtim eum illorum dominum conſtituimus: ſi non id cum ſecuritate fiat quadam, aut literis. Sic etiam & Fortuna neminem facit dominum eorũ quæ ipſa dedit: ſi non accedat, ut quis cordatè atq; prudenter ea accipiat. Et pleriq; homines beatos ſtatim prædicare ſolent, quibus Fortunæ dona ſuppetere uiderint: quemadmodũ nauigantibus congaudent, ſi uentum uiderint urgentem: neſcientes, an ille ad curſum illorum faciat, atq; *Fortunæ bonis prædui qui beati.* an gubernatorem habeant expertum. Ego uerò arbitror tunc demum beatos eſſe iudicandos, qui copioſè fortunæ bonis ſunt ditati, quum illis adfuerit & prudentia. Iuxta hæc enim ipſa certum eſt, quòd fatuis periculum & calamitatem ſint allatura.

DE GLORIA, PRIMA LXVI.

Ambitionis impudentia.

SVnt qui auaros, aut guloſos, aut uinolentos, aut circa mulieres atq; pueros attonitos, luxurioſos atq; infelices appellẽt, atq; hoc cuiuſq; maximum exiſtiment opprobrium: ambitioſos autem, & gloriæ cupidos, è contrario laudent ut ſplendidos. Itaq; & illorum quiſq; qui gulæ, aut compotationibus, aut cuiuſq; amori indulget, erubeſcit, operitq; incontinentiam: gloriæ uerò

uerò deditus,atq; ambitioſus, hominum neminem uult latêre,ſed in me-
dio hæc facit. Quiſq; enim ex uulgo talem morbum laudibus proſequit̃,
exiſtimãs ipſi profuturũ. Et publicè omnes propemodum ciuitates eſcas
repererunt omnifarias pro fatuis, nempe coronas, primos locos , præco-
niáq;. Quapropter quoſdam iam hæc concupiſcentes,miſeros atque pau
peres effecerunt,quum nihil magnũ porrigerent, neq; admirandum : ſed *Gloriæ & honorũ inſignia ridicula.*
quoſdam fronde uiridi circumducerent tanquam oues, uel coronam ali-
quam aut mitram inijcientes. Proinde huiuſmodi homo, quum ſibi lice-
ret ſexcentas gratis habere coronas , non ſolum ex oliua aut quercu,ſed
etiam ex hedera atq; myrto , non nunquam domum ſuam tradit & præ-
dia,deinde circumit famelicus, uiliq; tectus palliolo. At prgconijs, aiunt, *Preconia.*
celebratur à ciuibus. Sed quemadmodum perditum mancipium. Qua-
re meritò utũtur ad electiones fronde oleæ, eo quòd natura ſit amara. Glo
riæ auidos plebes ex agris eijciunt clamore atq; ſtrepitu, quemadmodum
opinor ſturnos eijciunt agri colę. At hi quidem ad modicum tempus ce-
dunt : illis autem in ſua nullus patet reditus , ſed circumeunt paulo pòſt
mendici,quos nemo uidens amplius compellauerit, ex his qui antea tan
tum non laudando ſunt dirupti. Tanta eſt faſtus uis , ut à barbanis emas *Faſtus uis.*
duabus aut tribus minis pulchram purpuram : ſi uerò eam publicitùs ue-
lis,multis planè talẽtis uenalis eſt. Et mitras ex foro paucis drachmis mer
cari poſsis: at uerò ex concione,totis nonnunquam facultatibus. Et eos
qui in foro prædicantur, cuncti cenſent eſſe miſeros: qui uero in theatro,
beatos. Et illos quidem prædicari d cunt , has aut deprædicari; uidelicet *Predicari, Deprædicari.*
ut propter unam ſyllabam ſit differentia. Ita ualde autem homines à ſupe
rioribus contempti ſunt, conſpecta eorum ſtoliditate, ut maximis pro la-
boribus & plagis, folia propoſuerint. Attamen ſunt, qui horum gratia
mori proponant. Caprarum autem nulla ſeſe daret præcipitẽ oleaſtri gra- *Oleæ corona.*
tia,ne tum quidem, quum nulla ſuppeterẽt alia paſcua. Quanquam olea-
ſter non iniucundus eſt capris, homo autem edere non poſſet. Et Iſthmi- *Iſthmica pinus*
cam pinum, nihil alijs uiridiorem, cum multo labore magniſq; malis au-
ferunt, plurimùm nonnunquam argenti expendentes: atq; hoc, quum il-
la plãtula nullam habeat utilitatẽ: neq; enim umbrã facere , neq; fructum
reddere poteſt , foliumq; eius eſt acutum & fumoſum. at pro Megarenſi
pinu nemo ſe uerteret. Et ſi quiſpiam alius caput non confractum faſcijs *Diadema regium.*
obligaret, derideretur: regibus aũt id decorũ putant, multaq; hominum
millia occubuerũt pro illo linteolo. Sanè quòd propter auream ouem ua *Ouis aurea magnarum calamitatum Pelopidis cauſa.*
ſtata ſit tanta Pelopis domus, Tragœdi dicunt. Et iugulati ſunt Thyeſtæ
liberi: cum Pelopia uerò pater rem habuit, & procreauit Aegyſthum. hic
autem cum Clytemneſtra occidit Agamemnonẽ, Achiuorum paſtorem:
illos uerò Oreſtes filius : quo facto, ſtatim furore correptus eſt. Hæc au-
tem non æquum eſt, non credere, quæ & à uiris ſcripta ſunt non uulgari-
bus, Euripide atq; Sophocle, & in medijs dicuntur theatris. Præterea ui-
dere licet & aliam domũ contritam, locupletiorem illa propter linguam,
atq; hercle adhuc aliam periclitari. Quum autem talia circa gloriam uer
ſentur, aliaq; ſexcenta abſurdiora, quomodo non omni à parte difficilio-
rem habet conditionem qui ei inhiat , quàm qui ad aliud quodcunq; ob-
ſtupeſcit? Ganeonem unus piſcis implet, nemoq; eum inimicorum læta *Gloriæ mancipiorum conditio miſerrima.*
ri prohibuerit: ſimiliter qui erga pueros miſerè affectus eſt, ſi in Romanũ
incidat, unus eum ſanare poterit: frequenter etiam propemodum occi-
dit. Vinolentus una Thaſij amphora impleri poteſt, atq; bibens dormit
Endymione iucundius. Gloriæ autem cupido nemo laudans ſuffecerit,

immò interdum ne mille quidem. Quòd quidem facilius ſit uel ſęuiſsimũ adoleſcentulum uincere, quàm modeſtiſsimam plebem, quis non dicat? Quanto enim magis proceſſerit glorię ſtudiũ, tanto magis ſomnum capere non datur: ſed quemadmodum phrenitide laborãtes, ita hic ſemper eſt ſuſpenſus noctu atq; interdiu. Atq; hercle illorũ unumquenq; uidere licet circa uinum & amicas atq; popinas uerſari: tali aũt nõnne neceſſe eſt multa emere obſonia, multumq; uini, tũ tibicines & mimos, & cithariſtas & preſtigiatores cõgregare, inſuper & pugiles & pancratiaſtas, & iaculatores & curſores, & huiuſmodi gentem, ſi quidem multitudinem non malè neq; ſordidè conuiuio excepturus eſt? Talis enim nullus unquam ganeo fuit, qui concupiuerit leonẽ agreſtem, aut tauros centum: qui uerò uulgo placere uolunt, non hæc ſolũ concupiſcunt, ſed quantũ ne dici quidẽ poteſt. Non enim paucis (ut aiunt) funiculis, neq; duabus aut tribus meretricibus, neq; decem Lesbijs capitur gloria, totaq; plebs ad perſuaſionẽ amicitiamq; ducitur, quum ſexcenti aduerſentur: ſed neceſſe eſt ut ciuitatis intemperantiam habeat, & canticorũ & chorearum amantem, & potatorem atq; helluonem: atq; omnia talia, non ut unum uirũ, ſed decem aut uiginti, aut centum millia: aut iniuriã ſibi factã dicent ab amatore ciuitatis. Semper ergo apud huiuſmodi hominẽ deprehendas tibiarũ atq; fiſtularum ſonum, hominumq; tumultum: præſto q; ſunt menſæ plenæ cibi & carnium, uinum aũt in crateribus afferunt pocillatores: domusq; renidet, et circumgemit aula: noctu quoq; cum caſtis cõiugibus nunq; dormiũt, etiam ſi admodum multos tapetas ſubſternant. Itaq; puerorum amatores uehementer puto ſemetipſos cenſere beatos, quum ſe gloriæ comparant amatoribus: quum ipſi quidem conturnices, aut bonoſas, aut luſcinię nidũ quærant: gloriæ uerò amatoribus neceſſe ſit uiciſsim pullũ quærere, aut quempiam Olympicorum uictorem quinq; cõducere talẽtis. Et illi quidẽ aut prædagogũ aut famulũ paſcunt: hi uerò niſi minimùm quotidie centum magnificè conuiuio accipiant, nullam conſequũtur utilitatem. Aegrotantes ut ſilentium habeant, procurãt medici, ut dormire poſſint: gloriæ autem amatoribus ſi contigerit ſilentium, tunc maximè ſomnum nõ capiunt. Qui igitur pecunias aut clarum genus nacti ſunt, aut aliquod corporis aut animi donũ, aut loquentiã aliquam acquiſiuerunt, quaſi elati tantũ non ad aſtra tollunt, oratoresq; & hoſpitum exceptores ſophiſtæq; appellati, plebes & ſatrapas & diſcipulos uenantur. Aliorum aũt qui nihil poſſunt erogare, atq; eodẽ tamen morbo detinentur, unuſquiſq; circumit ad alterius uiuens nutũ, & quid quiſq; de ſe loquatur curans. Et ſi quis laudauerit (ut ipſe putat) beatus eſt et alacris: ſin minus, humilis & mœſtus: talemq; ſe eſſe arbitratur, qualẽ quiſq; dixerit. Et ſi iudicium arbitrarium aut legitimũ cum quoq; habeat, nõ dignum putat arbitrum aut iudicem fidem citatis habere teſtibus, ſed ſemet pro ſe fide dignißimum arbitratur. Quid uerò infelicius hominibus qui alijs innituntur, & quemuis obuium, dominum habent, ad quem reſpicere illis eſt neceſſe: & cuiuſq; uultum cõſiderare, quemadmodũ ſeruis dominorũ? Omnis quidem ſeruitus difficilis eſt: qui uerò fortè fortuna in eadẽ domo ſeruiunt, in qua duo uel tres ſunt domini, præſertim ætate & natura differentes, ut ſenex illiberalis, & huius pueri adoleſcentes, bibere & dilapidare uolentes, quis nõ eos cæteris ſeruis cõfiteatur eſſe miſeriores, quũ tot oporteat dominis inſeruire, & horum cuiq; aliud quid uolenti atq; mandanti? Si uerò quis publicus ſit ſeruus ſenũ & adoleſcentum, pauperũ & diuitũ, prodigorũ & auarorũ, qualẽ tandẽ huiuſmodi ſeruum eſſe oporteret?

Seruitus alia, alia grauior.

Ambitioſorum ſeruitus miſerrima.

ret? Arbitror aũt, ſi quis pecunias habens, in tali ciuitate cogatur degere,
ubi liceat omnib. rapere quæ uicinus habeat, idꝗ nulla prohibeat lex, cõ-
feſtim haud dubiè illũ pecuniæ defecerint, etiãſi auaricia omnes qui unꝗ
uixerunt ſuperaſſet. Hoc aũt iam circa gloriã contingit. Permittitur enim
cuiꝗ uolenti dãno circa eã afficere quemlibet, & ciui & hoſpiti & inquili
nò. Ignominia notatis, rationabiliter uita inuiſa eſſe uidetur, multoꝗ ma
gis mori eligunt quàm uiuere: hanc dantes pœnã, quòd cuilibet uolenti
ipſos uerberare, licet: & nulla hercle pœna eſt cõſtituta laceſſentibus. At-
qui gloriæ cupidũ omnib. licet uerberare, multoꝗ ſæuiorib. plagis quàm
quæ corpori infliguntur. Quanquã ignominia notatos haud facilè inue-
nias à quoquã id pati. plerıꝗ enim Nemeſin atꝗ inuidiã metuunt, poſtre
mò ab infirmioribus nullum illis eſt periculũ. At malè dicere ijs qui maxi
mè uidentur glorioſi, nemo parcit: neꝗ tam inualidus quiſꝗ eſt, qui non
uerbũ dicere poſsit. Quapropter modeſtus quidam ex antiquis, aſsiduè
quodã tales proferẽte ſermones, Niſi quieueris malè audies à me: Et ego
(inquit) pro te malè audiã. Melius aũt fortaſſe erat, etiam ſi quid dixiſſet,
initiò diſsimulare. Seruũ ſæpenumero remiſſum & ludẽtem, herus ſuper-
ueniens plorare facit: eũ autẽ qui gloriã aucupat̃, omnis qui uult ab ani-
mo deijcit uno uerbo. Si quis incãtationes eiuſmodi noſſet aut acceptas à
Medea, aut à Theſſalis, ut uocem emittens quoſcunꝗ uellet homines plo
rare faceret, & doloribus affici, nullo malo præſente, nónne uideretur ty
rannis eſſe illius potentia? At aduerſus gloria inflatũ, nemo eſt qui non
hanc habeat potentiam. Duo enim aut tria dicens uerba, in calamitatẽ &
triſticiã inijcit. Quinetiã ſi quis tale corpus à Genio quodam habeat, ut
quum quis ipſum execraretur, ſtatim febri laboraret, aut doleret caput:
hic certè miſerrimis eſſet miſerior. Si quis etiã ita infirmũ habeat animũ,
ut ad cuiuſꝗ conuicia ſtatim cõmoueatur, ut nõ ſit apud ſe, quomodo nõ
homini huiuſmodi fugienda eſſet uita? Si quis etiam quotidie iudicum
ſententijs eſſet obnoxius de quacunꝗ re, aut de uita, aut de pecunijs: non
ne omni ex parte ſatius eã amittere, & non amplius in poſterũ periclitari,
ſi de pecunijs, pecunias: ſin uerò de uita, uitam? Quid ergo? Gloriæ certa-
men nónne ſemper fatuis hominibus inſtat, qui nõ ſemel tantum in die, *Gloriæ ſtudioſi perpetuò iudicio obnoxij.*
ſed ſæpius iudicantur: neꝗ à declaratis iudicibus, ſed ab omnibus ſimpli
citer, & his iniuratis, neꝗ teſtium neꝗ indiciorum curam habentibus?
Neꝗ enim ſcientes, neꝗ audientes, neꝗ ſortientes iudicant, nihilꝗ illo-
rum refert an bibentes an lauantes ſententiam ferant: & quòd omnium
eſt acerbiſsimum, quem hodie abſoluunt, cras condemnant. Proinde ne-
ceſſe eſt hoc morbo laborantem, ſententijs omnium obnoxium circumi-
re, & attendere unicuiꝗ, metuereꝗ ne quem nolens aut uolens offendat,
& præcipuè promptũ aliquem, aut facetum. Nam ſi uel modicùm (qua-
lia multa uſu ueniunt) quempiam offendat, is ſtatim moleſtũ emittit uer-
bum: atꝗ id dicens, ſi quidem aliquo modo non tetigit, minus conturbat:
ſin uerò tetigit uiuũ, cõfeſtim iugulauit. Multi enim ita affecti ſunt, ut ab
omni ſubuertantur atꝗ laxentur. Quinetiam interdũ alia ſuper alijs plus
ualent: ſicuti, opinor, puerorum quiſque ſuo modo terriculamenta me-
tuit, atque timere aſſuetus eſt. Qui enim natura timidi ſunt, ob unum-
quodꝗ tanquam terribile oſtenſum, clamant. Verumtamen ſuper hæc
maiora, iam aliqua uerba ſunt in uſu contra quoſdam. Mendicum enim
arrogantẽ, uideriꝗ uolentem Crœſum, de mentis ſtatu deijcit Irus: & ne
que Odyſſeiam legit, propter illud,
Natus ad hæc cunctis uenit mendicus in urbe.

Eum autem qui natus eſt ex ſeruis, Cecrops: eum qui ſimplici eſt facie, uultq́; eſſe pulcher, Therſites. Nam ſi in guloſum aut auarum uelis inuehi, aut cynędum, aut omnino prauum, dicasq́;, Hic eſt qui obtemperantiam comam nutrit, uirtutemq́; ſibi habet addictam, totum perdidiſti. *Perſeus.* Perſeus caput Gorgûs circumferens, idq́; inimicis monſtrans, lapides faciebat: *Gorgonis caput.* multi autem ob unum uerbum, quòd audiunt, lapides fiunt: atque hoc non opus eſt in pera cuſtoditum circumferre. Verùm age, ſi & auium uoces intelligeremus, nempe coruorum, graculorum, atque aliorum animantium, nempe ranarum aut cicadarum, haud dubiè & horum uocibus animum animaduerteremus, quid'nam de nobis diceret graculus uolans, aut pica, & quam de nobis haberent opinionem. Felicitas ergo quædam eſt, quod non intelligimus. Quot uerò homines ranis ſunt inſipientiores, & graculis? illorum nos tamen uerba mouent, prorſusq́; male afficiunt. *Verè liberum nõ curare uulgi nugas.* At ſanè qui ſeſe manu miſit, non curar uulgi nugas, ſed illius loquacitatem deridet, iamq́; olim ad omnes dixit illud,

Iliad. λ.
Non curo prorſus: mihi ſed tua plaga perinde eſt,
Ac ſi me iaceret mulier, demens'ue puellus.
Namq; uiri ignaui, preciiq; ad prælia planè
Nullius, haud lædit telum.—

Herculis magnanimitas. Herculem illum Iouis filium, quot putas eſſe execratos? Atque ab his quidem furem, ab illis autem uiolentum, ab alijs uerò adulterum aut parricidam dictum? Attamen nihil horum illi curæ fuit: neque fortaſſe quiſpiam talia propalàm dixit, quia ſtatim utiq́; dediſſet pœnas. Ergo & tu, niſi contemptis alijs, tibi met ipſi credideris, nunquam ceſſabis infeliciter agere: ſed ſemper miſeram uiues uitam atque difficilem, omnibus ſubiectus qui te uolent urere: atque ita iuxta prouerbium, leporis uitam ages. *Leporis uitam agere, prouerbium.* At illi quidem canes & plagas & uenatores metuunt: tu uerò ſermones formidans atque tremens circumibis, nulla te cuſtodia munire ualens, quicquid etiam facias, quomodocunque etiam uiuas.

Verùm ſi aſsiduè ueheris ad forum, audies forenſis & ſycophanta: ſin autem contrarium ſtudueris, atque uitaueris illud, magisque domi manſeris, & apud tuos, timidus & plebeius, & nullius precij audies. Si uerò eruditionem ambieris, ſtolidus & mollis: ſin te ad opificium uerteris aliquod, cerdo. Sin ocium egeris, petulans & ſegnis: ſi ueſtitum ſumpſeris molliorem, arrogans & delicioſus: ſi nudus inceſſeris in palliolo, dicent te inſanire. *In Socratem conuicia.* Socratem dixerunt corrumpere iuuenes, & impium eſſe aduerſus deos: & non ſolum hæc dixerunt (minus enim hoc fuiſſet damni) uerùm etiam occiderunt eum, pœnas ſumentes, quòd nudis pedibus inceſsiſſet. *Ariſtides iuſtus.* Ariſtidem oſtraciſmo eiecerunt Athenienſes, tametſi optimè ſcirent iuſtum eſſe. Quid opus eſt gloriam concupiſcere, quam etſi frequenter nactus ſis, non bene frequenter tamen cedit: ſed eam ſæpe uitare conuenit, quamuis facile alicui obtingere queat? *Bionis dictũ.* Bioni uiſum eſt, fieri nõ poſſe ut quis multis placeat, niſi placenta fiat fatuè, ut mihi uidetur. Sępenumerò enim in decem hominum cœna, placenta non omnibus placuit: ſed hic eam eſſe dicit frigidam, ille uerò calidam, alius minus dulcem. Niſi hoc uult Bion, quòd eum fieri oporteat placentam & frigidam, & calidam, marcidam'que. *Argentũ fieri oportere, omnib. placere cu pientem.* In uniuerſum autem res ita non habet, neque in placenta, neque tota in cœna: uerùm & unguentum oportet & tibicinas eum fieri, & adoleſcentulum formoſum, & Philippum ſcurram. Vnum autem fortaſſe deeſt quod eum fieri oporteat, qui multis uelit placere, nempe argentum.

At

At ne ſi argentum quidem quis fiat, ſtatim placet: ſed perturbari oportet, & morderi. Quid igitur amplius perſequeris ô infelix, rem incomprehenſibilem? Neq; enim unguentum, neq; corona, neq; uinum unquam fieri poteris, neq; argentum. Et ſi argentum quis fiat, aurum tamen precioſius eſt: & ſi aurum, coqui oportebit. Hoc enim quo quiſq; diuitum excellit, ſimile eſt numiſmati. Nam & hoc laudat quidē nemo, utitur autem quiſq; qui accipit: deinde ab utētibus atteritur, & poſtremò inter reprobata numeratur. Ita ergo & gloriæ cupidus tandem inter pauperes et reprobatos collocatur, nemoq; talem amplius conuenit qui prius ſunt admirati. ſed neq; huc redactus, gloriæ abijcit cupiditatem. Tragœdorum erinnyis gloria pareſt. nam quod in ea clarum apparet, ſimile eſt lampadi: flagellum autem, plauſibus quis opinor & clamori uulgi comparare queat: ſerpentibus autem, eos qui interdum ſibilant. Frequenter ergo aliquem quietum, ac; omni malo liberum, rapit: & flagello inſonans, in conuentum aliquem aut theatrum inijcit.

Numiſmati ſimile, id quo diuitum quiſque excellit.

Gloria erinnys.

DE GLORIA: SECVNDA. LXVII.

Q VANAM re tibi maximè uidet̃ uir temperatus & philoſophus, à uobis plebeijs & impetu ad quæuis raptis differre? Mihi quidem, ſi ita uiliter atq; inſcitè pronunciandum eſt, ueritate uidetur, atq; ſcientia differre philoſophus, non ſolum à uulgo, ſed etiam ab admodum paucis qui beati exiſtimantur. Reuera ſanè hoc dictū et uile & inſcitū eſt. atq; hoc mihi dicas per deos, aliáne re quadam philoſophum differre ais ab alijs? Hoc quoq;, quòd ſingula iuxta ueritatem, non iuxta opinionem conſiderat. Malo enim, ô bone, canone prorſus id faceret, & uſquequaq; curuo, atq; per Iouē nō unam tantum flexuram habenti, ſed ſexcentas, easq; omnes contrarias, ſi res ſtatera opinionis conaretur examinare. Vtrum igitur alia quidem omnia ad ueritatem conſiderat, opinionem nuſquam adferens, ut mendacem uidelicet, & quæ ponderari non poſsit: obſeruatq; canonem talem, qualem modò dixiſti: ipſe autem ſemetipſum hac regula, hocq; perpendiculo examinari indignum putat? Non hercle. Nequaquam. Manifeſtum enim, quòd nequaquam ſemetipſum cognoſceret, ſi ita cōſideraret.

διαλογισμοί.

Philoſophus quib. reb. ab alijs hominibus differat.

Neq; enim ſeipſum noſcere poſſet. Itaq; iam non parêret Delphico oraculo, præ omnibus iubenti Seipſum cognoſcere? Quomodo enim parêret? Proinde neq; aliam rem ullam cognoſcet, ſemetipſum ignorans: neq; poterit ad ueritatem examinare quicquam, in præcipuo delinquens? Omnino ſanè. Valere ergo ſinet honores & ignominias, & uituperium & laudem, à ſtolidis homnibus, ſiue multi fuerint, ſiue pauci quidem, ſed fortes atq; diuites. Gloriam autem, quæ dicitur, arbitrabitur nihil ab umbra differre, cernens à magnis paruam fieri, atq; à paruis magnam: frequenter etiam ab iiſdem modò maiorem, modò minorem. Nō prorſus malè mihi uidetur aſsimilare. Si quis igitur foret talis homo, qui uiueret ad ſuā umbrā, nempe ut ea aucta efferretur atq; gloriaretur, dijsq; ſacrificaret ipſe, & iuberet amicos: breuiore autem facta contriſtaretur, deiectiorisq; uideretur animi, tantoq; magis, quanto ea minor fieret, quaſi ipſe deficiens, admirabilem opinor is exhiberet conuerſationē.

Noſce teipſum, oraculum Delphicum.

Gloria, umbra.

Haud multo utiq; eſſet Margite ſapientior, qui ducta uxore, neſciebat ea uti oportere. Eadem enim die nunc quidem mœſtus eſſet, nunc autem gauderet?

Margites.

gauderet. Manè quidem, quum umbram uideret matutinam ualde prolixam, atq; cypreſsis turribusq; in mœnibus ferè maiorem, haud dubium quin gauderet, quaſi ipſe repentè compar factus eſſet Aloidis: atq; in forum uaderet, & in theatra, inq; omnia ciuitatis loca, quo ab omnibus conſpici poſſet. Circa meridiem uerò inciperet mœſtior ſeipſo fieri, atq; ſecederet. At in meridie erubeſceret ab ullo homine conſpici, domiq; maneret clauſus, conſpecta in pedibus umbra. Poſtea uerò circa crepuſculum, rediret ad ſe, fieretq; ſuperbior ſemper ad ueſperam. Prorſus mihi uideris abſurdam affectionē, uirumq; effingere ſtolidum. Quare is qui glorię animum aduertit, nihil eſt melior, ſed multo miſerior. Nonnunquam enim una die ſæpius immutaretur: neq; quemadmodum ille incertis quibuſdam horis, ſed etiam manè, & circa crepuſculum, nihil prohiberet, quo minus hominum eſſet infortunatiſsimus. Nūc enim impetu ferretur, uolaretq; altius nubibus, ſi qui teſtimonium illi perhibuiſſent, illūq; laudaſſent: nunc autem contraheretur, abijceretque animum. Multóque plura incrementa atq; decrementa illius ſuſciperet animus, ut mihi uidetur, quàm luna. Nónne ergo miſeriorem ſortem, fatumq; ſortitus eſt multo infelicius, quàm aiunt Meleagrum illum Altheæ & Oenei filium ſortitum fuiſſe, cui torrem quendam dicunt fuiſſe repoſitum, pro uitæ tempore: & dum ille luceret, ignísq; in eo duraret, tantiſper uixiſſe illum, ac uiguiſſe: tabeſcente autem torre, & Meleagrum defeciſſe ægritudine & angore: atque tandem extincto, in fata conceſsiſſe.

Meleagri torris fatalis.

DE GLORIA: TERTIA. LXVIII.

Vulgus nullaratione duci in rebus uel ſectandis, uel fugiendis.

QVIBVSCVNQVE uulgares ſtudēt homines, & quęcunq; ſectantur, nihil eorum ſciunt quale ſit, quamq; habeat utilitatem: ſed ab opinione, aut uoluptate, aut conſuetudine ad ea ducuntur. Neq; rurſum à quibuſcunq; abſtinent, quæq; uitant facere, ideo uitant quòd noxia ſciant, aut quòd damnum ſoleant dare: ſed quia alios uitare cernant, aut ex conſuetudine eò ſunt adducti ut uitent, aut quia exiſtiment iniucunda ſibi fore, & laborem habere aliquem, ſicut plurimùm hæc habent ſuſpecta. Et quod quidem ad uoluptatem aut laborē attinet, omnibus commune eſt: ſed hi quidem minus, illi uerò magis afficiuntur. quod autem ad opinionem, diſsimile eſt, & nō idem omnibus. Vnde hi quidem hęc, illi uerò alia laudant & uituperant, nonnunquam & contraria. Verbi gratia, dolet Indus & Lacon, uulneratus aut uſtus, & Phryx & Lydus: ſed illi quidem dolori non cedunt, eo quòd ſint exercitati: hi uerò cedūt, quòd & infirmi atq; inexercitati ſint. Rurſum delectari quidem rebus Venereis, ac cibis potibusq; ſuauibus, neceſſe eſt & Iouem & Theſſalum atq; Italum, & Getam & Indum atque Spartanum: ſed hi quidem non admodum curant ſuauia, principiò autē ne tentant quidem abſentia: illi uerò maiore pro delectatione etiam mori eligerent. Opinionis autem res maximè uaria eſſe uidetur, & plurima atq; maxima in hac eſt differentia. Et propterea in nullo animantium genere inuenias tantam ſeditionem, neq; ſibi adeò aduerſum ullum genus: nempe equorum aut canum, aut leonum aut ceruorum: ſed nutriuntur ſimiliter, & generant & alunt, atq; eadem appetunt, atq; ab ijſdem abſtinent. Vnum enim ſuaue ſectantur ferè, & triſtia fugiunt. Homo autem prudentia præditus natura eſt: ea autem deſtitutus propter peruerſitatem

Opinionis uarietas & differentia.

tatem atq; ſocordiam, opinionis & erroris intus plenus eſt: atq; in omnibus inter ſe diſsident, & de ueſtitu & de cibo, & de venereis, deq; honore, deq; ignominia, gentes & ciuitates. Pari modo & in ciuitate quiſq; ſua habet ſtudia, hic quidē ut terram quàm plurimam poſsideat, ille autem argentum, alius mancipia, alius uerò hæc uniuerſa, atq; hic quidem ſtudet ut ob dicendi uim ſit admirationi, atq; ideo plus alijs ualeat. ille autem rurſus hoc ſolum ut eloquens ſit, atq; experientiam circa rem amat, alius uerò ut ob aliud aliquid multum ualeat, alius autem quàm plurimis delicijs dat operam. Horum igitur (ut dicebam) nihil rectè facere poſſunt, ne hi quidē qui optimis ſtudere exiſtimātur. Non enim quicquā eligunt ſcientes quid melius aut peius ſit, aut utile. Quiſquis autem concupiuit prudentiam, idq; ſtatuit, quòd oporteat ipſum ſui cura habita, atq; diſciplina aliqua eruditum, bonum fieri uirum, uulgoq; præſtantiorem: hunc ego aio, bonam nactum eſſe indolem, animumq; conſimilem. Spes enim eſt, quærentem, diſciplinisq; uacantem, inuenturum id quod oportet: ſimulq; ad aliquid oculos habentem intentos, ſpectantēq; cuiusnam gratia cætera omnia facere conueniat, atq; adminiſtrare. Qui autem hoc intelligit, omnia iam bene conficeret, & quæ magna uidētur, & quæ parua: & ſiue equeſtris rei ſtudeat certamini, ſiue Muſicæ, ſiue agriculturæ nauet operam, ſiue exercitum regere uelit, aut alijs fungi magiſtratibus, aut alia ad rempublicam pertinentia in ciuitate facere, rectè omnia fecerit, in nulloq; errauerit. Abſq; hoc autem, iuxta opera quidem ſingula interdum & ſibi & alijs apparere poterit optimè facere, ut ſi agriculturæ ſtudens fructus acquirat copioſos, aut equitās alijs peritior ſit, ſiue in Muſica ſatis doctus, certāsq; poſsit aduerſarios uincere, in uniuerſis aūt utiq; erraret ad nullum bonum, neque ex operatione ullam perciperet utilitatē. Nō igitur quis poteſt feliciter agere, abſq; cognito ſcopo: quemadmodum neq; bene nauigare quis poteſt, neſciens quò nauiget, ſed fruſtra in pelago huc illuc rapitur, nunc quidem rectè eunte naui, ſi ita fortuna ferat, nunc uerò declinante: & nunc quidem ſecundo ferente uento, rurſus autem contrario. Conuenit autem, quemadmodum in lyra medio ſono aptato, deinde ad hunc alios faciunt congruere: ſin minus, nullam unquam harmoniam oſtentant: ita etiam in uita optimo intellecto, eoq; deſignato termino, ad eum omnia facere: ſin minus, incongruam ipſis & diſſonam fieri uitam par eſt.

Homines ex cæteris animantibus ſolos opinionibus duci.

Indole bona præditus quis.

DE VIRTVTE. LXIX.

INEXPLICABILE mihi uidetur eſſe, quòd homines alia quidem laudent, alia autem appetant, alijsq; ſtudeant. Laudāt enim (ut ſummatim dicam) omnes, diuinaq; atq; honeſta eſſe dicunt, fortitudinē, iuſticiamq;, atq; prudentiam, & cōprehenſim omnē uirtutem. Et quoſcunq; exiſtimant huiuſmodi eſſe, uel iam factos, uel propediem fore, eos admirātur, laudibusq; celebrant: atq; horum quoſdam quidem deos, quoſdam aūt heroas eſſe pronunciant: ut Herculem, & Dioſcuros, & Theſeum atq; Achillē, atq; adeò omnes qui ſemidei ſunt dicti. Quibus ſi quem credunt eſſe ſimilem, illi parati ſunt omnes obedire, inſeruireq; in omnibus quæcunq; præcipiat, ſuumq; regem & principem deſignare contendunt. Tum ſua permittunt ei, quem temperantē & iuſtum atq; prudentē uerè deprehenderint, & breuiter bonum uirū. Quare hac in parte nemo eos reprehēdere poſſet: quaſi nō ſentiant quàm ſit ho

Virtutis ſtudio pauciſsimos teneri.

neſta atq; honorabilis & quouis precio digna res uirtus. Virtutem honorant, attamen concupiſcunt omnia potius quàm boni fieri: faciuntq; omnia prius, quàm ut temperanter ſe gerant, prudenteſq; fiant et iuſti, homineſq; uirtutis ſtudioſi, atq; ſibi ipſis præeſſe poſsint, beneq; gubernare domum, beneq; imperare ciuitati, & bene ferre diuitias, beneq; paupertatem, et bene agere cum amicis, beneq; cum conſanguineis, iuſtamq; habere curam parentum, atq; ut deos colere diſcant. Alij quidam circa agriculturam ſunt occupati, alij circa mercaturam: hi ad militiam feruntur, illi ad medicinam: hi architecturam, illi artem naues fabricandi diſcunt: hi cithara, illi tibia canere: hi ſuere calceos, illi luctari: hi autem, ut eloquentes uideantur ad dicendum coram populo atq; in iudicijs, omne ſtudium impendũt: illi autem, ut corpora habeant robuſta. Et negociatores quidem & agricolas, & milites & medicos, atq; architectos & cithariſtas, tibicineſq; & puerorũ exercitores, eoſq; præterea qui dicũtur rhetores, quiq; admodum ualidis ſunt corporibus, miſeros & infelices multos uideas, & fermè omnes. Si uerò animus prudens fiat, & mens bona, atque idonei reddantur & ad ſua ipſorum, adq; aliorum agenda negocia, hos neceſſe eſt & legitimos effectos uiros feliciter uiuere, bonumq; nactos eſſe genium, dijſq; eſſe amicos. Neq; enim par eſt, ut alij ſint prudentes, alij autem periti rerum humanarũ: neq; ut alij humana, alij autem diuina ſciant: neq; ut alij circa diuina ſint docti, alij autem pij: neq; ut alij ſint iuſti, alij autem pij: neq; ut alij ſint pij, alij uerò dijs chari: neq; alij erunt dijs chari, alij autem felices: neq; alij ſunt homines imprudẽtes, alij uerò rerum ignari ſuarum: neq; qui ſuas ipſorum res ignorant, diuina nouerunt: neque qui uicioſam de dijs habent opinionem, impij non ſunt: neq; impij dijs poſſunt eſſe amici: neq; qui dijs non ſunt amici, fortunati eſſe. Qui fit igitur, ut qui felices eſſe cupiunt, nõ animum inducant tales exhibere ſemetipſos? Rurſum uerò his, quæ facientes nihil obſtat quo minus malè & miſerè uiuant, maximam adhibeant diligentiam? Atqui ſine tibicinibus & citharistis, & ſutoribus, puerorumq; exercitoribus, & rhetoribus atq; medicis, non impoſsibile eſt hominibus admodum honeſtè atq; legitimè uiuere: arbittor autem ego & abſq; agricolis, & architectis. Scythæ enim nihil impediuntur, neque Numidæ, qui neq; domos habent, neq; terram ſeminant aut plantant, quin iuſtè & ſecundum leges rempublicam gubernent: abſque lege autem & iuſticia, ut homines non malè uiuant, multoq; beſtijs crudelius, fieri nõ poteſt. Preterea ubi mali quidem ſunt ſutores & agricolæ atq; architecti, nihil illic contingit graue: ſed calcei fiunt peiores, & triticum ordeumq; naſcitur minus. ubi uerò mali ſunt magiſtratus atq; iudices, legeſq;, res illorum hominum peius habent, uitaq; eſt infelicior, nec non ſeditiones & iniuriæ atq; contumeliæ, multumq; impietatis prouenit apud illos. Præterea ei qui ipſe ſutor non ſit, prodeſt ut calceamenta ab alijs emat: & qui ipſe domum fabricare non didicerit, ut alium ad hoc conducat: quiq; non ſit agricola, ut frumentum emat, & legumina: ei uerò qui ſit iniquus, non prodeſt ius ſuum ab alio conſequi: neque inſipienti, neq; faciunda ignoranri, atq; uitanda, etiamſi ſuper ſingulis agat pœnitentiam, ad alium ire. Ad alia enim accedit, quòd qui argento quidem indiget, aut ueſtimentis, aut domo, aut alio quocunq;, & ſe indigere ipſe ſciat, quodq; querit ab habentibus poſsit accipere: qui uerò mente caret, neq; id ipſum ſcit quòd mentem non habeat, in alijs aũt ſeſe dicit idoneum eſſe, & uociferatur, ex inſipientia omnia faciens, dicenſq; inſipienter: neq; ſe dicit iniquum eſſe, neq; ſtultum, neq; immodeſtum;

deſtum:ſed quantum fieri poſsit,in his ſufficienter inſtructum, quibus nullam tamen unquam adhibuit diligentiam,neq; quicquam didicit horum gratia. Neq; enim ſcientiam eſſe cenſent,qua diſcant quid ſibi ſit faciundũ,& quid non,et quomodo rectè uiuere poſsint:ſed leges ſibi ſcriptas ad hoc ſufficere. quomodo autem legibus obediant, ſponteq; faciant ea quæ legibus præcipiuntur, ne curant quidem. Verùm non minus fur eſt,qui metu à furando abſtinet, nõ rem peroſus aut damnans,quàm qui ſubtrahunt : niſi & eum qui interdiu non furatur, ſed nocte facia, non dicemus furem in die, ſed iuſtum eſſe. Deinde opus habent multis minis & pœnis,quaſi ipſi non poſsint ex ſe ab iniurijs abſtinere:uerùm etiam quum ſunt domi, ſuntq; tales, eligunt legum latores,legesq; punientes : quemadmodum ſi muſices imperiti eligerent muſicos : nihilq; intelligentes de Geometria, geometras : quod non obſcurum eſt humanæ prauitatis indicium. Si enim abrogarent leges, & poteſtas fieret uerberandi ſe uiciſsim, & occidendi,rapiendique res proximi, & adulterium committendi, atque ueſtibus ſpoliandi : quos fore putandum eſt,qui ab his abſtineant, & non prorſus facilè prompteq; omnia deſignare uelint? Itaque quòd quidem ad præſens attinet,minimè obſcurum eſt,quòd cum furibus & plagiarijs atq; adulteris uiuamus,uerſemurq; in republica:atq; iuxta hoc nihil ſimus beſtijs meliores.nam & illæ, ſi timeant homines cuſtodientes,aut canes,ab rapiendo abſtinent.

DE PHILOSOPHIA. LXX.

AGE, ſi quem audires dicentem, ſe uelle agrum colere: nihil autem eum uideres facientem quæ ad hoc pertinẽt, neq; boues ementem,alentem'ue,neq; aratra comparantem, neq; alia ad agriculturam neceſſaria inſtrumenta, neq; ipſum ruri habitantem, neq; agrum poſsidentem, neq; ab alio conducentem: ſed in urbe plurimùm morantem circa forum gymnaſiumq;, & compotationibus ac meretricibus & huiuſmodi ſocordiæ operam dantem : utrum crediturus eſſes illius uerbis magis quàm factis? atq; utrum diceres talem hominem agricolam eſſe, atq; operarium : an ocioſorum ac ſocordium quempiam? Manifeſtum,quòd ocioſorum eſſet quiſpiam. Si autem ſe quis diceret uenatorem, atq; ipſum Hippolytum ac Meleagrum animi robore induſtriaq; ſuperare, nihil autem uideretur facere ſimile,neq; canes poſsidere, neq; plagas,neq; equum,neq; prorſus ad uenationem exire,quin neq; corpus à ſole peruſtũ habere, neq; frigora pati poſſe, ſed nutritus eſſe in umbra, atq; tener,maximeq; ſimilis eſſe mulierum: poſſes'ne credere, quòd uerũ diceret,atq; aliquid ei rei eſſet cum uenatione? Nõ equidẽ hercle. Abſurdum enim,à ſermonibus potius quos quis faciat,quàm à factis, noſſe & coniectare [illegible] uitam. Si quis autem profiteretur ſe muſicam optimè ſcire, [illegible]m uerſari, nemo autem eum unquam audiret cithara ludere, in[illegible]ithara quidem aut lyram habere uideret, neq; ſermonẽ facere reb[illegible]is conuenientẽ, ſed ſolũ profiteri ſe ſcire melius Orpheo atq; Thamyre canere:uideres eũ aũt gallinas aut coturnices colentem & uerſantẽ,atq; cum talibus hominibus plurimùm agentem:utrum hunc ex Muſicorum numero eſſe credendũ eſt, an ex illorũ quibus cum uiuit, & ſimilia eademq; ſtudet? Manifeſtum,quòd illorum. Si uerò aſtronomũ ſe quis eſſe ꝓmitteret, & certiſsimè noſſe ambitus & itinera atq; ſpacia in-

διαλογισμός.

Vita cuiuſque non tam è uerbis quàm factis eius æſtimanda.

ter ſe quomodo habeant, ſolis & lunę & huiuſmodi aſtrorum, cœleſtesq; impreſsiones: nihil autem tale prædicat, neq; circa hæc curam adhibeat, ſed magis ludat cum aleatoribus, cumq; illis ſemper uiuere conſpiciatur, hunc aſtronomum eſſe diceres, an aleatorem? Non ego hercle putarem illi quicquam cum Aſtronomia negocij eſſe, ſed multo magis cum alea.

Si duo eſſent, quorum alter diceret, ſe ocyſsimè nauigaturum, multasq; lucrifacturum pecunias ex negociatione, neq; tamen naues neque nautas compararet, neq; ulla haberet onera, immò ne accederet quidem omnino ad portum, neq; ad mare: alter autem circa hæc ſedulò ageret, nauemq; proſpiceret, & gubernatorem, & pecunias imponeret: utrum ex illis diceres negociationi animum intēdere? an eum qui diceret quidem, minus autem faceret: an comparantem quæ ad nauigationem pertinent, atq; negociationem? Ego ſanè hunc. In omni igitur negocio orationem quæ per ſe habet, nihil habens rei, irritam cenſebis & falſam: rem autem ipſam ueram & credibilem, etiamſi nullos adhibeat ſermones? Sic eſt.

Res oratione potior.

Vtrum igitur agriculturæ putas eſſe aliqua opera, aliquem'ue apparatum, & nauigationi atq; uenationi competentem, aut aſtronomiæ et alijs omnibus: philoſophiæ uerò nullum eſſe opus, aut negocium, aut apparatum competentem? Prorſus eſt & philoſophiæ. Sed hæc quidem quæ philoſophiæ atq; philoſopho competunt, ſunt incerta: mercatorum autem & agricolarū, et muſicorum aſtronomorumq;, eorumq; quos nūc dixiſti, certa ſunt atq; manifeſta. Non mihi uidetur. Sed ſunt & ſermones quidam quos philoſophantem audire oportet, & mathemata quæ diſcere, & uictus ratio quam ſeruare oportet. Et in ſumma, alia uita eſt philoſophię dantis operam, alia hominum uulgarium. Illa enim ad ueritatem prudentiamq; ſpectat, atq; deorum curam atq; cultum, animiq; ſui frugalitatem atq; temperantiā: hæc autem plena eſt arrogantiæ & erroris, ſtudijq; uoluptatū. Namq; & ueſtis alia eſt philoſophantis, alia plebeiorum: tum quoq; diuerſi accubitus, diuerſaq; gymnaſia atq; lauacra, aliaq; uiuendi ratio tota. Et qui hæc ſectatur, ijsq; utitur, eum cenſeri oportet, quòd philoſophiæ attendat animum. Qui uerò in nulla horum à uulgo differt, neq; prorſus alius eſt, pro uno ex plebeijs eſt habendus, etſamſi millies dicat, profiteaturq; ſe philoſophię incumbere coram populo Athenienſium, aut Megarenſium, aut apud Lacedęmoniorum reges: ſed trudendus eſt hic homo in arrogantium & ſtultorum atq; delicioſorum numerum.

Philoſophiæ ſtudioſorum alia quàm uulgarium hominum uita.

Quanquam quis muſicus eſſe poteſt, etiamſi non faciat quæ ſunt muſici? Muſica enim non cogit ſibi animum intendere, nihilq; aliud pluris æſtimare. Atq; cum qui ſit aſtronomus, nihil prohibet alere gallinas, aut aleam ludere: nihil enim impedimento eſt aſtronomia, ne quis faciat quę oportet. Atq; hercle, qui eques factus eſt, aut bonus gubernator, aut geometra, aut grammaticus, nihil admirabile facit, ſi apud meretrices aut tibicinas conſpiciatur. Horum enim ſcientiæ nihilo meliorem faciunt hominis animum, neq; dehortantur à delictis. Qui [illegible] philoſophiæ attendit, atq; huius diſciplinę particeps eſt, is haud un[illegible]ecerit ab optimis: neq; his neglectis, turpe quid aut uicioſum eleg[illegible]re, neq; ocioſus eſſe, neq; obſoniorum helluo, neq; inebriari. Hæc [illegible] nihil admirari, horumq; cupiditatem ex animo tollere, atq; è diuerſo animum in eorum odiū condemnationemq; perducere, philoſophia eſt.

Philoſophiæ materia.

Multa autem dicere atq; gloriari, ac ſemetipſum fallere, nihil fortaſſe prohibet.

DE PHILOSOPHO. LXXI.

SVNT qui dicant, omnem philoſophum in omnibus ex
cellere, adq; confabulandum cum hominibus aptiſsi-
mum eſſe oportere, ſilereq; nunquam, neq; inopia labo
rare talium ſermonum ad præſentes, qui eos oblectare
poſsint: ſin minus, aiunt plebeium eſſe, qui non ita fue-
rit inſtructus, modiciq; precij hominem. Ego autẽ aio,
partim eos iuſta & uera dicere, partim autem non.

Philoſophus in omnib. excellere quatenus debeat.

Nam quòd philoſophum ubiq; excellere oporteat alijs, uidentur rectè
putare: niſi fortè dicunt & artes illum omnes ſcire oportere, omniaq; iu-
xta artem melius facere quàm opifices, & domos ædificantem, nauesq;,
artemq; ferrariam exercentem, & texentem, agrosq; colentem. Quem-

Hippiæ Elæi arrogantia.

admodum Elæus Hippias ſe putabat Græcorum eſſe ſapientiſsimum, nõ
ſolum omnigena poemata uariosq; ſermones proferens in Olympicis, a-
lijsq; Græcorum conuentibus, uerùm etiam alia oſtendẽs opera, & annu
lum atq; lecythũ ac ſtrigilem, & lorum & cingulum, quòd ipſe nimirum
ea omnia feciſſet, atq; ueluti ſapientiæ primitias Græcis oſtentabat. Pro-

Vlyſsis Homerici omnigena peritia.

pemodum autem & Homerus Vlyſſem fecit non ſolum animo pręſtan-
tem, conſilijsq; in rebus, & dicendi uehemẽtia tam in turba & ad paucos
& ad unum, quàm in concione & in conuiuijs, uel ſi pro re nata cum ali-
quo iter faceret, & ad regem, & ad plebeium, adq; liberum & ad ſeruum,
adq; celebrem regemq;, & rurſus ad ignotum & mendicum, adq; uirum
ſimiliter & ad mulierem atq; uirginem. Præterea & pugnandi gnarum:
quin & talium omnium peritum, architecturę, atq; ædificationis nauium
atq; domorum. Quomodo enim feciſſet cubile deciſo oliuæ ramo, niſi &
architecturæ fuiſſet peritus? Quomodo circumuallaſſet cubiculum, niſi
& domos conſtruere nouiſſet? Et quomodo feciſſet ratem, artis nauium
ædificandarum imperitus? Quæ autem ad plantationem atque agricul-
turam attinent, ſtatim à puero uidetur didiciſſe, à patre arbores quæ-
rens, uitesq;: & maximè quum pater eſſet agricola admodum diligens
& expertus, ueriſimile erat hæc eum non ignorare, quando & Eury-
machum prouocat in metendo & arando. Dicit etiam eum talium fuiſſe
expertum, culinariæ & pocillatoriæ, aliorumq; omnium miniſteriorum,

Philoſophum omnia alijs facere melius, quomodo dictum.

quæ inferiores ſuperioribus præſtare ſolent. In his igitur fortaſſe Vlyſ-
ſes & Hippias callidi erant. Ego autem aio fieri non poſſe, ut philoſo-
phus omnes quidem artes calleat: difficile enim, & unam quampiam ac-
curatè exercere: ſed ut omnia faciat melius quæcunq; facturus eſt, quàm
alij homines, atque ea quoque quæ ex arte fiunt, ſi quando huiuſmodi
quid tractare cogatur, nõ ut ſecundũ artẽ antecellat: hoc enim fieri nõ po
teſt, ut rudis melius aliqd, quod ab architecturã pertinet, faciat quàm fa
ber: aut qui agriculturæ ſit imperitus, in ijs quæ ſunt agriculturæ peritior
appareat quàm agricola. Vbi ergo antecellat? Vt hæc faciat, ſiue non
faciat, utilit[illegible]cellat: utq; quando & ubi quicq; ſit faciendũ, utq; opportu

Labyrinthus Dædali.

nitatẽ poſsibilitatemq; magis quàm opifex cognoſcat. Statim enim mihi
Dędalus nõ rectè uidetur feciſſe Labyrinthũ in Creta, quẽ ipſius ciues
ingreſsi ingreſſæq; perierunt. Nõ enim iuſtè operatus eſt, Paſiphaes mor
bo ferens auxilium: neq; etiam rectè. non enim profuit: neq; iuſtum neq;
honeſtũ fuit, in talibus adiuuare, machinasq; inuenire ad turpa impiaq;.

Icarus.

Neq; quòd Icarum alis inſtruxit (ſi credẽdum eſt fabulis) rectè mihi eam
inueniſſe uidetur machinam. Non enim poſsibilia machinatus eſt, alas

homini addens. Quare & perdidit filium. Videtur autem & Homerus quendam Troianorum fabrum uituperare, quòd nõ bene feciſſet naues Alexandro, quibus in Græciam nauigauit, nihil eum licet in arte reprehenderet. ait enim:

Ille & Alexandro naues conſtruxerat aptas,
Principium unde mali.—

His enim non eum laudans ſuper nauium ædificatione, ſed multo magis uituperans, quàm ſi diceret naues eũ feciſſe tardas, aut aliud aliquod uicium habentes, accuſat circa nauium conſtructionem. Similiter uituperat & uenatorem quendam, eiusq́ peritiam deridet, tanquam nihil ei ad neceſſaria utilem: quòd feras quidem noſſet iaculari, in bello aũt nullius eſſet precij, ſed inutilis ob timiditatem, aitq́ ei tunc Dianam non ſuccurſuram. Quare ex his manifeſtum eſt, quòd prudentia & uirtute opus ſit tam ad ea quæ callent homines, quàm quæ nõ callent, atq́ ita circa omnia omnibus excellit uir moderatus, qualem philoſophum eſſe oportet, uel ſi faciat horum aliquid, uel non faciat, & quomodocunq́ faciat iuxta artem. Quòd aũt melius quis picturus ſit quàm pictores, qui pictor non ſit: aut melius quàm medici ſanaturus iuxta artem, qui medicus non ſit: aut magis muſicè cantaturus quàm muſici, qui muſices ſit imperitus, uel mediocriter ſaltem peritus, aut arithmeticis circa numeros, aut geometris circa geometriam peritior appariturus, aut melius nauẽ gubernaturus ꝙ gubernatores: aut mactaturus citius, in partesq́ ſciſſurus, quàm coqui, qui hanc artem didicerunt, non eſt cogitandũ. Quanquam regum huius ſeculi quidam, eiuſmodi concupiſcebat ſapientiam, ut quàm pluri ma ſciret, non quidẽ talia quæ nullã habent apud homines admirationẽ, ſed quę coronas adferunt: ut præconium facere, & canere ad citharam, & tragœdias pronunciare, & luctari, & pancratio certare. Ferunt aũt eũ & pingendi fingendiq́ fuiſſe gnarũ, canendiq́ ore tibia, ſubijcientẽ ex illis utrẽ: ut effugeret id turpe, ꝙ Minerua deteſtata eſt. Non igit̃ erat ſapiẽs.

Prudentia & uirtute omnia rectius ac melius fieri.

Neronem innuit.

DE CORPORIS CVLTV, VEL HAbitu. LXXII.

CVR tandem homines, quum uiderint aliquem tantum tunicam habentem, non attendunt, neq́ derident, cogitantes forſan, nauta eſt homo, quodq́ ob hoc non ſit deridendus: ſimiliter, ſi quem agricolæ uiderint habere ueſtem, aut paſtoris exomidem, aut renonem indutum, aut coſsymbio ſuccinctum, non indignantur: ſed diſsimulant principiò, exiſtimantes hanc conuenire ueſtem ei qui tale quid agat. Caupones ſanè, quos ſemper uident ante cauponas ſuccinctos, non derident: ſed è diuerſo deriderent, ſi non ita culti eſſent, quòd ille habitus peculiaris ſit illi quæſtui quem exercent. poſtquam autem aliquem uiderint abſque tunica in pallio, comamq́ nutrientem in capite atque mento, non poſſunt erga hos quieti eſſe, neque ſilentio p[illegible]ire, ſed urgent, irritantq́, & uel derident, uel conuicijs proſcindu[illegible]t: uel apprehenſos interdum trahunt, ſi quem uiderint non admodũ ualidum, neq́ aliũ præſentem qui ſuccurrat, præſertim quum ſciant eam ueſtem eſſe conſuetam ijs qui philoſophi appellantur, & quodam modo comprobatam. Quod aũt adhuc admirabilius eſt: Hic interdum uident homines quoſdã pilea in capitibus habentes, ut nũc Thraeũ quidã, ut dicunt̃, antea aũt Lacedæmonij, & Macedones: quoſdã aũt tiarã atq́ feminalia, quẽadmodũ

Peregrinantiũ diuerſus habitus.

opinor

opinor Perſæ & Bactrij, Parthiq́ꝫ, atq; alij barbarorum multi. Alij autem adhuc abſurdius quàm hi ſoliti ſunt peregrinari, alas in capitibus habentes rectas, ſicut Naſamones. At uerò ne his quidem audent negocia exhibere, neq; moleſti eſſe accedētes. Quanquam Cretas quidem, aut Perſas, aut Naſamonas partim haud multos uident, partim raro peregrinantur. Talium autem hominum propè nunc plena ſunt omnia, pluresq́ꝫ ferè ſunt facti quàm ſutores & fullones & ſcurræ, & aliam quamuis tractantes artē: ut & de nobis fortaſſe meritò dici queat, quòd omnes ſimiliter nauigēt nauiculæ, & quæuis bos aret. Nō ergo ex hoc ſolum familiaris illis eſt is aſpectus: uerùm & ſtatuas uident in templis, ut Iouis & Neptuni, aliorumq́ꝫ multorum deorum in eadem diſpoſitione habitus. Nam apud Aegyptios atq; Phœnices, aliosq́ꝫ quoſdam barbarorum, non eadem ſtatuarum forma eſt, quæ (opinor) apud Græcos, ſed multum differens. Hic uerò eadem eſt. Et uirorum uident imagines, ciuium huius ciuitatis, & in foro & in fanis ducum atq; regum, barbis ita demiſsis poſitas. Verùm quid opus eſt hæc dicere? Ferè enim plurimi Græcorum ſimiliter ad hunc modum habent: nihil tamen eos conſuetudo prohibet, quo minus ſubſannent, atq; contumelia afficiant, ſimulac aliquem uiderint huiuſmodi. Dico autem de uulgaribus, nullaq́ꝫ autoritate præditis, quos non metuunt quòd ſe poſsint ulciſci. Nam tales qui ſe poſſunt ulciſci, ferè reuerentur, admiranturq́ꝫ. Forſan ergo hoc in cauſa eſt cur fiat. Quippe à nautis & agricolis atq; paſtoribus, præterea à Perſis & Naſamonibus non ſe putant contemni, neq; eos habere ſermonem quem ad ipſos faciant: unde eos nō curant. At à philoſophis ſe contemni ſuſpicantur, atq; damnari ſuam magnam ruditatem, infelicitatemq́ꝫ: & quod palàm illi quidem non derideant, priuatim uerò ita apud ſe ſint animati, quòd ineruditos omnes miſeros eſſe cenſeant, initio ſumpto à diuitibus ipſis, atq; beatis à uulgo habitis: quos ipſi admirantur, paululumq́ꝫ ſaltem à dijs differre putant ob felicitatem, quòd eos nullo dignentur honore, derideantq́ꝫ, ut ſumptuoſè edentes atq; bibentes, molliterq́ꝫ dormire uolētes, & cum mulieribus ſemper ſpecioſis atque pueris cubare, multasq́ꝫ habere pecunias, áque multis celebrari turbis, atq; ſpectabiles eſſe: quorum nihil arbitrantur magnum aut honeſtum. Propter hanc igitur ſuſpicionem ægrè ferunt eos, qui non eadem ſecum admirantur atq; honorant, neq; eandem de maximis habēt ſententiam. Quare præoccupant ipſi conuicijs mordentes, atq; irridentes tanquam miſeros, fatuosq́ꝫ: ſcientes, quòd ſi illos demonſtrent inſipiētes & inſanos, ſimul etiam ſeſe ſint declaraturi temperanter agere, menteque præditos: ſin uerò concedant eos noſſe quæ oportet, multiq́ꝫ eſſe precij, ſimul quoq; ſeſe confeſſuri ſint infelices atq; ſtupidos eſſe: nihilq́ꝫ prorſus ſcire, quæ liberos homines ſcire oporteat. Prætereaquoq;, ſi quem uident ut nautam cultum, ſciunt eum nauigaturum: ſi alium ut agricolam, agrum culturum: & ſi quem in paſtoris ueſte, ſciunt & hunc ad oues abiturum, apudq́ꝫ eas moraturum: quum ergo nulla ab illis afficiantur ægritudine, ſinu[illegible]ilos. Si quem uerò habitum philoſophi habere uident, cogitant eum neq; ad nauigandum, neq; ad agriculturam, neq; ouium cauſa ita cultum eſſe, ſed præparatum ut admoniturum homines, redarguturumq́ꝫ, & nihil cuiquam adulaturum, neq; parſurum, ſed è diuerſo caſtigaturum quàm poſsit maximè oratione, oſtenſurumq́ꝫ quales ſint. Nequaquam ergo libenter eos uidere poſſunt, ſed aduerſantur et impugnāt. Quemadmodum neque pueri libenter uidere poſſunt, quos ſciunt pædagogi cultum habere, præparatosq́ꝫ ita tanquam obiurgaturos ſe, neque

Statuarum apud diuerſas gentes diuerſæ imagines.

Cur philoſophi magis quàm aliorum habitus ita hominibus inuiſus.

permiſ-

permiſſuros ut peccent, aut ſegnes ſint. Et ſi quidem & pueris liceret hoſce irridere, & contumelia afficere, nihil hoc prius facerent. Attamen non omnes hoc animo accedunt, ſuntque moleſti: ſed hominum genus eſt curioſorum tali curioſitate, & quodammodo nō malum. Hi accedunt ad eos, quos philoſophos eſſe ex habitu arbitrantur, ut aliquod ex eis audituri ſapiens dictum, & quod ex alio audire non poſſent: audientes & de Socrate, quod & ſapiens fuerit, ſermonesque diſſeruerit accedentibus prudentes: & de Diogene, quòd & ipſi ad omnes ſermonum reſpōſionumque ſuppeditauerit copia. Et huius quidem dicta commemorant multi, quæ partim ipſe fortaſſe dixit, partim uerò & aliter compoſita ſunt. Sententias uerò ſeptem ſapientum audiunt, & Delphis conſecratas eſſe antea, ueluti primitias illorum ſapientiæ quaſdam, atque ſimul hominum utilitatis gratia, ut uerè diuinas, oraculisque penè diuiniores, quæ Pythia in tripode ſedens reſpondet repleta ſpiritu. Quod enim illic reſponſum eſt, eò quiſque audito abit, neque id conſecrat: itaque iam & omnibus hominibus nota ſunt illorum dogmata, publicata aduenientibus à dijs, quòd ſimiliter omnibus utile ſit ea noſſe, atque ijs obedire. Sunt autē qui & Aeſopum talem quendam fuiſſe putant, ſapientem quidem & prudentem, natura autem blandum, & ad ſermones componendos idoneum, quales ipſi libentiſſimè audirēt. Atque forſan uſquequaque falſum putant, quòd reuera Aeſopus hoc modo homines admonere conatus ſit, atque illis oſtendere in quibus delinquerent: quum ita maximè eum ſuſtinerent, delectati ridicularijs fabulisque, quemadmodum pueri nutricibus fabellas narrātibus attendunt, capiuntque oblectationem. A tali opinione, tāquam & à nobis tale qd, quale dicebat Aeſopus, audituri, aut quale Socrates, aut qualia Diogenes, accedunt, atque moleſtias exhibent: neque poſſunt abſtinere ſi quem in tali uiderint habitu, non magis quàm aues ſi noctuam uiderint, de qua Aeſopus quoque talem compoſuit fabulam: quòd aues conuenerint ad noctuam, rogauerintque, ex ædium foraminibus emigraret, adque arbores, ſicut & ipſæ, harumque ramos nidum conglutinaret, unde clarius canere liceret. quin etiam quercui tum primùm naſcenti, quum adoleuiſſet, commodè inſidere poſſe, atque uiridi frui coma. At uerò à noctua tum aues admonitas, ne facerent, neue lętarentur ſuper illius plantæ germinatione, quæ uiſcum procreare ſoleret, unde pernicies auibus oriretur. Illas uerò noctuæ conſilium non approbaſſe, ſed e regionē gauiſas quercu creſcente, ſuperque adultam factam ſediſſe, atque ceciniſſe. Nato autem uiſco, quum iam facilè ab hominibus caperentur, ſerò pœnitētiam egiſſe, noctuamque admiratas de conſilio. Atque etiamnum ita ſunt affectæ, quaſi callida ea ſit & ſapiens: & propterea illam accedunt, exiſtimantes ſe commodi aliquid ex familiaritate reportaturas. At accedunt fruſtra, accepto malo. Antiqua ſanè noctua uerè prudens erat, conſiliumque dare poterat: quæ autem nunc ſunt noctuæ, alas tantum illius habent, & oculos, roſtrumque, cætera uerò imprudentiores ſunt alijs auibus. Quare neque ſemetipſis poſſunt prodeſſe. Neque enim apud aucupes alerentur, uinctæ atque ſeruæ. Ita etiam noſtrûm quiſque ueſtem quidem habet Socratis atque Diogenis: uerùm ut prudentia pares ſimus illis uiris, multum nobis deeſt: uel ut ſimiliter uiuamus, ſermonesque diſſeramus æquales. Proinde nihil aliud quàm conſpecti tanquam noctuę, turbam magnam congregamus uerè auium: quum ipſi ſimus ſtolidi, à que alijs huiuſmodi nobis exhibeatur negocium.

Non eodem omnes animo accedere ad philoſophos.

Septem ſapientum in Delphis apophthegmata.

Aeſopus.

Apologus de noctua.

VTRVM ergo credere prodeſt ijs quibus creditur: atq; eiuſmodi eſt, quale diteſcere, & bene ualere, atq; honorari: quæ honoratis & bene ualentibus atq; diteſcentibus ipſis, aliquam adferũt utilitatem? De hoc autem dico, ut ſi cui à ſua uel alia ciuitate credatur exercitus, aut pecuniæ, aut mœnia, ſicuti iam compluríb. talia ſunt commiſſa, nonnullis autem & ipſæ ciuitates cum pueris & mulieribus, tam in pace quàm bello interdum ingruente, Atq; hercle, ſi cui à rege aut tyranno credatur aurum aut argentum, aut naues, aut arma, aut arx, aut totum imperium: quemadmodum Leptines quidem à fratre ſæpius accepit Syracuſas, Philiſtus autem à iuniore Dionyſio, Magi autem à Cambyſe Perſarum regalia, quando in Aegyptum cum exercitu profectus eſt. à Dario uerò Mithranes Sardenſium accepit arcem, Perſeus quoq; ab Antigono Acrocorinthum: longè autem ante hoſce, Atreus ab Euryſtheo acceperat Argos, quando Euryſtheus exercitum contra Athenas duxit, quum Athenienſes tradere nollent Herculis filios. Filius quoque eius Agamemnon quando ad Troiam nauigabat, muſico homini crediderat uxorem atque domum. Hoſcéne omnes quibus creditum eſt, dicere debemus boni quid à fide ipſos reportaſſe, ſimiliterq; eos quibus à priuatis crediti ſunt uxores & liberi, aut totæ facultates: quemadmodum opinor multi tutores & curatores relinquunt, partim peregrinationem ſuſcipientes, partim morientes: alij autem depoſita dant abſque teſtibus, nihil metuentes ne ſibi auferantur: nonnulli legibus interdicentibus, ne relinquant hæredes quos ipſi uelint, alios relinquunt, cum mandatis, ut pecunias reſtituant ipſorum neceſſarijs? His ne ergo omnibus dicere debemus rem prodeſſe, opinionemq; quam de illis habent qui ſua illis committunt: maximè uerò poſtremis, quibus iniquè uidetur credi: an è diuerſo, talem rem eſſe difficilem, multorumq; negociorum atq; curarum cauſam, nonnunquam & periculorum maximorũ? Licet autem hæc ſtatim conſiderare in ijs qui maximi habentur. Hi enim neceſſariò ſua ipſorum negligunt, & pecunias & liberos, atq; rebus attendunt publicis, atq; toti in ijs ſunt, & frequenter à ciuitatum inſidiatorib. aut hoſtibus, aut ciuibus quibuſdam perduntur: frequẽter etiam ab ipſis ciuitatibus, iniquè accuſati. Hi enim facultatibus ſunt ſpoliati: illis autẽ contigit ut & probra nanciſcerentur, furti cõdemnati: alij eiecti ſunt ex patria, alij deniq; & interfecti ſunt. Quemadmodum dicunt Periclem quidem furti condemnatum apud Athenienſes, qui honeſtiſsimè atq; optimè præfuerat ciuitati: Themiſtoclem autem eiectum ut proditorem, qui eos acceperat, ne ſolum quidem patriæ habitare ualentes, ſed ipſis hoſtibus concedentes ciuitatem atq; templa: & non modò hæc reſtituerat, ſed etiam inſuper Græciæ fecerat principes, principatu à Lacedæmonijs ablato, qui antea hõs honoris poſſederant. Miltiades uerò, qui primus ſolis adiutus ciuium copijs barbaros uicerat, Perſarumq; quam habuerant arrogantiam, quaſi omnibus eſſent meliores, deſtruxerat: is nõ multo pòſt ab ipſis in carcerem coniectus eſt. Atq; inſuper etiam filius eius Cimon ignominioſus fuiſſet perpetuò, niſi ſororem Elpinicen nuptum dediſſet homini humili, ſed pecunioſo, qui pro eo mulctam ſoluit, quinquaginta nempe talenta. Quanquam Cimon poſtea Athenienſibus Cyprum acquiſiuit, & pedeſtribus ſimul copijs & nauibus barbaros circa Pamphi-

Credẽdi diuerſa ratio.

Athenienſis reipub. principes mala à populo gratia affecti.

Pericles.

Themiſtocles.

Miltiades.

Cimon.

liam ſuperauit: attamen licet talis uir eſſet, & tali natus parente, niſi pecu
Phocion. nias nactus eſſet, ignominioſus manſiſſet in ciuitate. Phocionem autem ſupra octoginta annos natum, quum horum multis exercitibus præfuiſſet, ciuitatemq; cuſtodiuiſſet in difficillimis temporibus, atq; ab illis ipſis appellatus eſſet benignus, non ſatis putarunt tantum interficere, ſed neq; mortuum permiſerunt iacere in Attica, ſed extra terminos eiecerunt.
Nicias. Nicias quoq; ille Nicerati filius, eo quòd ipſi crederetur à ciuibus, tametſi noſſet qualis futura eſſet expeditio in Sicilia, & à deo, & quòd ipſe expenderet, tamē coactus eſt eam ob fidem ſuſcipere expeditionem ægrotans. Atq; amiſſo exercitu, aut eius parte, ſaluus euaſit: qui ſi domū eſſet reuerſus, haud dubiè perijſſet. Quia autem hoc nouerat, omni modo in bello perſeuerare cōtendit: captusq; ab hoſtibus, id ipſum paſſus eſt. Et hæc mihi de una dicta ſunt ciuitate, deq; ijs qui una in ciuitate rempublicam geſſere: neque de ijs tamen omnibus. ſi autem eos recitare uelim, qui apud tyrannos fideles habiti ſunt, qualiq; uſi ſint ſorte, multis fortaſſe mihi planè diebus opus foret. Verè enim ut gauiſi ſint illi, impoſſibile eſt. Hi enim ſi præbeant aduerſum ſeſe accuſationem, tanquam crimen admiſerint; propterea pereunt, nullamq; licet nanciſci ueniam: illi uerò ſi ſtrenui appareant uiri, quiq; credita cuſtodire queant, ſtatim quidem aliquem nanciſcuntur honorem: at non multo poſt ob inuidiam aut ſuſpicionem pereunt. Non enim monarchis utile eſſe uidetur, quenquam
Boni uiri monarchis ſuſpecti. bonum uirum uerſari apud ipſos, quiq; uideatur magni fieri apud multitudinem. Porrò quæ creduntur à priuatis, minora quidem pericula fortaſſe habēt, quia & negocia ſunt minora: occupationes autem ſexcentas atque labores: atq; ſæpius nulla penitus gratia comitatur. Frequenter etiam contingit, ut ab ipſis quibus benefecerunt, accuſentur, quòd nō iuſtè neq; ſyncerè omnia reſtituerint. Quam uerò ob cauſam hæc ego recitaui? Non ſanè te admonens, aut adhortans, ne fidelis ſis. Multo
Zethus. enim eſſem Zetho peior, ſi ob talia quempiam obiurgarem: ut ille obiurgauit fratrem, non philoſophari debere putans, neq; muſicæ operam impendere, omiſſa rerum propriarum cura, dixit'que eum abſurdam atque inutilem introducere muſicam: quemadmodum & te quis dicere queat huiuſmodi inſtituiſſe actionem, non ocioſam quidem, neque ullo modo uinoſam, attamen quæ pecuniarum propriarum non magnam fortaſſe curam gerat: atque hercle illum dicat uerſum,

Ob quæ licebit incolere uacuas domos.

DE INCREDVLITATE. LXXIIII.

διαλογισμός. SCISNE quoſdam damnum accepiſſe ab inimicis? Prorſus. Quid uerò ab his qui dicuntur amici, & familiaribus, aut etiam à cognatis quibuſdam: nonnullos quoque à proximis fratribus, aut filijs, aut patribus? Multos equidem ſcio. Quid igitur cauſæ, quòd non ſolum inimici inimicos iniuria afficiant, ſed etiam qui dicuntur amici inter ſe, atque hi non pauci, atque inter adeò neceſſarios? Perſpicuum, quòd hominum malicia in cauſa eſt, ex qua quiſque, opinor, & ipſe maximus eſt ſibi. Ab omnibus ergo oportet amicis æqualiter metuere: neque ideo cuipiam plus credere, quòd quis amicus aut familiaris aut conſanguineus uideatur? Ab omnibus, iuxta hunc ſanè ſer

monem

monem. Rectè proinde ſcripſit, qui hos uerſus ſcripſit,

Eſto ſobrius, atq; nemini
Credere memento. nam inimica
In animis mortalium hærent. ——

Epicharm. Trochaici metri.

Rectè fortaſſe. Quinetiam hic poeta non loquitur de inimicis, ſed de ijs qui cenſentur amici. Neq; enim quiſpiam ijs contra ſe dederit nocendi facultatem, quos ſibi norit eſſe inimicos. Quomodo ergo præciperet non credere ijs, quibus nemo credit? Age uerò & illud uideamus, à quibus nam plures perierint: an à confeſſis inimicis, an è diuerſo à ſimulatis amicis? Ego enim uideo, ex captis ciuitatibus plures à proditoribus perditas, quàm ui captas ab hoſtibus: atque hominum plures omnino aduerſum amicos atq; familiares conqueri, quàm accuſare inimicos, propter calamitates. Præterea aduerſus hoſtes omnibus ſunt mœnia & propugnacula comparata, atque horum interdum multis annis nullus eſt uſus: aduerſus autem eadem uerſantes in republica, & eorundem participes templorum, ſacrificiorum atque nuptiarum, quiq; inter ſe ſunt tribules & populares atque cognati, iudicia atque fora, legesq; & pretoria & ſimilia loca nunquam quieſcunt. Mixtæ igitur ſemper ſunt ciuitates accuſantibus & defendentibus, iudicantibus & iudicatis: & neque in menſium ferijs, neque fœderibus, à mutua læſione abſtinere poſſunt. Alias igitur leges ponunt de iniurijs in ferijs commiſsis, eáſque ſacras uocant, quaſi nomen prodeſſe poſsit. At maliciæ bellum continuum eſt omnibus aduerſus omnes, abſque fœdere & denunciatione: maximè uerò, continuatur propinquis contra ſe mutuò. Quiſquis ergo in pace uitam uult agere, cúmque ſecuritate quadam, eum uitare oportet hominum commercia & ſocietates: noſſeq; hominum naturam promptam eſſe ad communicandum aliquid maliciæ, neque credere cuiquam, etiamſi millies ſe amicum eſſe dicat. Neque enim apud eos eſt ſolidi & ueri quicquam: ſed quem præ cunctis honorauerint, habuerintq; uel uita ipſa (ſi ita contingat) chariorem, paulo pòſt pro inimicisſimo cenſent, ſæpiusq; ne à corpore quidem illorum abſtinent. Amator igitur amatum occidit, propter nimium (ut putat) amorem; exacerbatus ex leui cauſa. Alij ſemetipſos occidunt, partim quidem inuiti ob incontinentiam: partim uerò ſponte, quum nihil illis abſurdi uitam perturbet, præter ſuam in animis prauitatem. Alia enim nocumenta quæ ſibi quiſque infert, manifeſtum eſt recitari non poſſe. Quæ igitur fides, aut quæ ſecuritas cum hominibus huiuſmodi? Aut quomodo me diligeret, qui neque ſeipſum diligit? Quòd enim ad Athenienſes dictum eſt, quando extremis preſsi calamitatibus, aliquid orabant de Samo: bene etiam ad eos diceretur, qui cum pernicioſis amicitiam ineunt. Qui ipſe ſeſe non amat: quomodo alium amabit, aut hoſpitem, aut filium, aut fratrem? Quid igitur faciendum, quum quis ſe amicè inſinuat, perq; omnia ſacra iurat, & tantum non diſſecare ſe ſit paratus? Hi quidem iam audiendi ſunt neceſſariò, atque hercle etiam ijs annuendum: at ſciendum interea perſpicuè, nihil eorum eſſe ſolidum. Electra Oreſtem uidens lachrymantem, ipſiúsq; adductum, aliquando quidem ei remiſsionem furoris obtigiſſe putabat: ut uerò illi uſquequaq; crederet, lõgè aberat. Quum uidiſſet igitur eum paulo pòſt commoueri, dicebat:

Ab cõfeſſis ne inimicis, an ſimulatis amicis, plures perierint.

Iniuriæ ſacræ.

Hominũ natura ad maliciam prompta.

Amicos ſe profitentibus quatenus credẽdũ.

1. Genere coniunctorum exempla.

Electra.

Turbantur oculi, frater, heu rurſus tui,
Tranſi ocyus rabiem.

Mare interdum ita trãquillum uidere licet, ut & timidiſsimus, opinor,

Similitudo elegans.

poſsit cõtemnere. Quid ergo? An propterea illi credendũ eſt, & neq; an-
choras, neq; clauum, neq; alia ad ſalutem neceſſaria aſſumere oportebit,
qui ſit ſoluturus? Videbis enim (ſi ita ſors ferat) paulo pòſt incumben-
te uento, tempeſtatem fortem, & fluctus magnos, immenſosq;, monti-
bus pares, curuos, albeſcentes. Ita quoque eum qui modò tibi uiſus eſt
manſuetus, magnamq; præſe ferre erga te beneuolentiam & ſtudium,
leui cauſa incidente inuenies ferum atque ſæuum, & nihil non mali fa-
Medea. cere paratum. Quoties putas Medcam deos rogaſſe pro filijs, quoties-
que quum morbis laborarent trepidaſſe, aut quoties optaſſe pro illis mo-
ri? Attamen ſua illos manu interfecit. At hercle dicet aliquis, ira percita
Vulgi uitia. & zelotypia. Vulgus autem zelotypia laborare non putas? Quid? non
inuidia? Quid? non ſpe commoueri? Semper enim ferè & aſsiduè in his
ſunt. Ne credes ergo ijs qui ſe dicunt eſſe beneuolos: ſeq; amicitiam te-
Simile. cum initam nunquam relicturos. Quemadmodum enim faſciæ quæ uen-
tum indicant, ſemper iuxta uenti ſtatum attolluntur, nunc quidem ſic,
rurſus uerò in alteram partem, eo modo & malorum animus ad omnem
impetum affectus eſt. Seruis nemo credit paciſci uolentibus, eo quòd
ſui poteſtatem non habeant: multo magis non credendum eſt horum
pactis. Omnino enim longius abſunt à libertate homines, propter mali-
ciam. Minoribus tot annis lex non concedit contractum facere tan-
quam infidis: neque mulieri apud Athenienſes, niſi uſque ad ordeí modi-
Mulieri quatenus conceſſum facere contractum. um, propter conſilij infirmitatem. Atqui à ualde minoribus nihil diffe-
runt mali, immò neque ab infantulis, niſi potentia & aſtucia: unde mi-
nus his credendum eſt, quàm illis. Beata res foret, ſi quemadmodum
puerum & adoleſcentem atque iuuenem ſenemq; tempus facit, ita etiam
prudentem & iuſtum fidumq; faceret. Quin etiam malis mulieribus ni-
hilo ſunt meliores uiri praui. Nam corpore differunt ab illis, non animo.
Sicuti igitur lex eas ad nullas res maiores accedere ſinit, ſed definiuit,
Cum uulgaribus hominibus quatenus habenda ſocietas. quò uſque conueniat: eodem opinor modo cum uulgaribus hominibus
in minimis ſocietas habenda eſt: in actionibus aũt maioribus aut ſermo-
nibus neceſſarijs, aut uitæ ſecuritate, nunquam. Etenim ſi quando à ma-
leficijs abſtinent ob quamcũq; cauſam, procliuis tamen ad naturam redi-
Simile. tus eſt. Quemadmodum feræ ſæpenumero quieſcunt, suntq; manſuetæ
dormientes, aut ſaturatæ, ſuam ipſarum tamen naturam non abiecerunt:
ſimiliter & illi aliquod tempus nihil nocuerunt, deinde accidente occa-
ſione, & uſuram (aiunt) & ſortem prauitatis perſoluunt. Lacon qui-
dam in colloquio quorundam paciſci uolentium cum ipſo, atque iuben-
Laconis cuiuſdã apophthegma. tium quamcunq; uellet fidem acciperet pro amicitia: unam eſſe fidem di-
xit, ut ſi nocere uelint, non poſsint: omnem autem aliam fidem ſtultam eſ-
ſe, & poſtremò infirmam. Hanc unam ab hominibus fidem accipere con-
uenit, aliam autem nullam. Quæ enim ex ſermonibus & familiaritate
Atreus. Thyeſtes. & iureiurando atq; ex genere accipitur, ridicula eſt. Atreus frater e-
rat Thyeſtis, eiusq; liberorum patruus, eos tamen occidit. Eteocles &
Eteocles & Polynices. Polynices non ſolum fratres erant ſecundum legem, ſed etiam ex filio &
matre nati, propinquiſsimis: ut ſi quid confert genus utilitatis, hi omni-
um maximè ſe mutuò debuerint diligere: attamen alter alterum fidem
habentem eiecit, priuauitq; patria, atque poſt hæc mutuò ſe interfecerũt.
Theſeus. Hippolytus. Theſeus Hippolytum, pater licet, & Neptuni eſſet filius, calumnijs per-
ſuaſus, occidit deuotionibus. Priamus antea felicitate præſtans, tanto-
Priamus. rumq; populorum, taliſq; loci rex,

Quot Lesbos ſuprà locupletum grata uirorum.

Concludit

Concludit ſedes, quot & in regione morantur
Dite Phrygum infrà, & quot magnus tenet Helleſpontus.

Propter filium, eiusq́ incontinentiam, omnium miſerrimus effectus eſt. Et hi quidem ſunt inſignes. Quantam autem putas in quaq; ciuitate eſſe multitudinem obſcurorum & plebeiorum Atreorum atque Thyeſtarum, qui partim clanculò occidant, partim uerò in alijs ſtruant inſidias? Aeropas ſanè, & Clytemneſtras atq; Stheneboeas nemo dixerit. Caeterùm quae ex genere atq; familiaritate oriuntur, talia ſunt. Videamus & de iureiurando. Pandarus iurauerat Menelao, quemadmodum & caeteri Troiani: ſed nihilominus uulnerauit eum. Tiſſaphernes uerò, nónne iurauit ijs qui circa Clearchum erant? Quid uerò rex? Nónne etiam regios deos, dextramq́ ſuam miſerat? Philippus quoque Macedonum rex, nónne ſemper periurijs ad bella uſus eſt, ſicut alia re ad bellum commoda: duobusq́ his caepit ciuitates, foedera non ſeruando, & proditores comparando? Atq; omni pacto, familiarius illo utebatur? Nam proditoribus neceſſe erat dari argentum: dijs autem propter iuſiurandum nihil uolebat dare. Lyſandrum Lacedaemonium hāc ſententiam pronunciaſſe aiunt, quòd pueros quidē talis atque globis fallere oporteret, uiros aūt iureiurando & pecunijs. Aſtuta ſanè uulpes. Porrò reſponſum quod Glauco datum eſt, non etiam antea putas multos homines dediſſe?

2. *Iureiurando coniunctorum.*
Pandarus.
Tiſſaphernes.
Philippus rex.
Lyſandri dictum.

Iura, quandoquidem letum quoq; corripit atrum
Et bene iurantem. —

Herodotus Erato.

Atq; hos quidem praedictos, aliosq́ huiuſmodi, propter clades contigit celebres fieri: at uerò amborum, nempe Pandarorum atq; Glaucorū,
Plena hominum pariter fora ſunt, & compita plena.

Quare neq; Apollinis neq; Mineruae conſilio opus habēt ad perierandum. At familiaritas hominibus magnam parit iuſtitiam, nequid noceant: ſimulq́ ſtudia & menſae. Eurytum interfecit is, qui ab ipſo exceptus erat hoſpitio,

3 *Familiaritatis & hoſpitalitatis.*

Impius haud diuûm curam reuerens, neq; menſam
Appoſitam, uerùm poſt paulùm occidit & ipſum.

Herculis & Euryti.

Atq; hic dijs charus habitus eſt, qui neque deorum conſiderationem neq; menſam reueritus eſt: & delectatur in conuiuio, matrimonio iunctā habens pulchris talis conſpicuam Heben. Archilocho nihil profuerunt ſal & menſa ad nuptiarum pactū, de quibus ipſe ſcribit. Lyacon fatuus ſecundò incidens in Achillem, quum ipſum oporteret aut ſtrenuè pugnare, aut ocyus fugere, menſae maluit recitare cōmunionē pro conſeruanda uita, ita dicens:

Archilochi & Lycambis.
Lycaonis & Achillis.

Obſecro te miſerere mei, reuererèq; Achilles.
Nam tibi iam ſupplex adſum ô diuine, & apud te
Ante cibum ſumpſi, Cereris uenerabile munus.

Iliad. φ.

Quapropter antea quum nōdum ſumpſerat apud eum eſcas, uenundatus in Lemnum ſaluus euaſit: tunc autem captus occiſus eſt. Tantum illi profuit Ceres. Anates & Perſicas non ante mactamus, quàm apud nos paſtae fuerint. Aegiſthus ad coenam inuitatum Agamemnonem interfecit, ut bouem ſuper praeſepi. Et à Troianis quidem nihil mali undecim annis paſſus eſt, quibus cum bellum geſſit, & nunquam illorum aedes ingreſſus eſt: in ſuas autem aedes quum poſt tantum tempus ueniſſet, dijsq́ ſacrificaſſet, ſuamq́ ipſius ad menſam ſediſſet, à propria uxore ita crudeliter occiſus eſt. Atq; poſt haec apud inferos cōuento Vlyſſe, reprehendit Clytemneſtram, quòd neque oculos morientis clauſiſſet: atque

Aegyſthi & Agamemnonis.

præterea admonet, nunquam credere mulieri, neq; reconditi quidpiam patefacere. Atqui Clytemneſtra non quatenus mulier erat, hæc illi fecerat, ſed quatenus praua: atq; nihilo magis mulieri blandiendũ non eſt, quàm uiro. Verùm opinor unuſquiſq; in quæ incidit, atq; quibus aliquid mali paſsus eſt, ea maximè metuit, prædicitque alijs uitanda: ut percuſſus à uipera, ſerpẽtem: qui à ſcorpio, ſcorpium. Quẽ aũt canis momordit, ſemper uideas baculum circumferentẽ. Ita multis quoque res habet erga homines. Cui enim quid acerbi à muliere contigit, ita exclamauit:

Senarij.

O Iuppiter, cur improbum hominibus malum
In hoc mulieres collocaſti Apollinis
Iubar? — Alium ſuſceptus hoſpes contriſtauit: ut Alexander, qui Menelai pecunias atq; uxorem abſtulit. Ergo talis malam parauit famam hoſpitib. alius fratribus, alius filijs. Res aũt aliter habet. Neq; enim frater, neq; cognatus, neque hoſpes naturaliter lædere ſolet: ſed prauus homo, quales ferè omnes ſunt. Cæterùm tu ſi ſapis, omnes caueto. Eſt aliquis hoſpes, caueto: modeſtus eſſe fert, magis etiã caueto. Hæc tibi lex ſit immobilis. At hercle præ ſe fert dextri cuiuſdã beneuolentiã. Hunc ergo approba, dijs habens gratiam: atq; etiã illi, ſi uis. ob ea aũt quæ futura ſunt, illũ caue. Quòd enim quidam de Fortuna dixit, multo magis de hominibus dici poſſet: nẽpe, neminẽ ſcire de quoq;, an talis in craſtinũ uſq; manſurus ſit. Tranſgrediuntur igitur contractus ipſis factos, atq; aliud conſulunt: aliudq; prodeſſe cenſentes, alia faciunt. Vnde quãdo quis ex credulitate in aliquẽ inciderit moroſum, ridiculus eſt, ſi illum accuſat, & nõ ſemetipſum: ſicq; deos inclamet interdũ, ab homine deceptus amico atq; familiari Dij aũt derident, ſcientes quòd ſemetipſum deceperit, atq; immeritò alijs imponat. Qui offendunt in uijs, aut hercle in lutum aut foueam incidunt, nõ iraſcuntur lapidibus aut luto: nam planè eſſent attoniti, quũ ſeſe accuſare debeant, quòd nõ attenderint. Quid ergo? dicet aliquis: num ferarũ uita eligenda eſt, uiuendumq; in ſolitudine? Non ferarũ, ſed uiri prudẽtis, & qui tutò uiuere norit. Multo enim tutior meliorq; ſolitudo eſt, q̃ ſocietas cũ hominibus, niſi abſq; timore cõtingat, & participum attentione. Et quemadmodum nauigantibus utilius eſt pelagus quàm terra, ſi quis in tranquillitate nauiget, & clarè norit loca: in pelago enim haud ſæpe frangitur nauis, ſed apud littora, circaq; promontoria uidentur naufragia. Quapropter quũ tempeſtas apprehenderit, unuſquiſque inexpertorum quidem deſiderat terram, gubernator autem quàm longiſsimè fugit. Quanquam portus quis inueniat tranquillos, quibus facile naues credere poſsit quantuſcunq; etiam conſurgat uentus: homines autem modeſtiſsimi, æſtiuis ſunt ſimiles ſtationibus, quæ præſentia ſpectant: ita & illorum quiſq; ad unam quampiam in uita rem manſuetus eſt, haud æquè etiã ad alia. Propter pecunias ſanè haud te affecerit iniuria (fac enim aliquem eſſe talem) ſed forſan, ſi eum ira aut ambitio corripiat, non agnoſcere poſsis immotum fidumq;, ſed tanquam à maxima affectione excitatum, ob quam quis haud firmiter illi credere queat. Quare talibus, quantum adigit neceſsitas, & planè modicum utendum eſt: plurimumq; quiſq; uigilet, cuſtodiatq; ſe, ut Hectorem ſe ab Achiuis cuſtodiſſe poeta ait,

Homines fermè omnes praui, itaq; omnes cauendi.

Prudentiæ dãda opera.

Solitudo.

— Aſt hic belli haud ignarus acerbi,
Taurino latos humeros ſub tegmine ſcuti
Texit, ſtridoremq; ita telorumq; ſagittarumq;
Exijt, & ſtrepitum. —

Similiter

Similiter etiam in uita oportet prudentiã ſcientiamq́ꝫ opponere, eaq́ꝫ tectos fugere, euitareq́ꝫ hominum maliciam atq́ꝫ technas, inſidiasq́ꝫ, quibus uti conſueuerunt. In ſumma autem admirabile eſt, ſi eiuſdem communionem menſæ obſtaculum maliciȩ fore putamus, atq́ꝫ etiam hercle eiuſdẽ poculi atq́ꝫ unius lucernȩ uſum: eiuſdẽ autem Solis aſpectum, atq́ꝫ eiuſdem nutritionem terræ, nemo prauorum cogitat: ſed diuerſoriũ publicum, aut hercle alia domus ex lapidib. lignisq́ꝫ conſtructa, dijudicat homines, adq́ꝫ amicitiam perducere poteſt. quemadmodum Vlyſſes rogat,

At uos quæſo domus moueat reuerentia, namq;
Omnes ſub tecto pariter uerſamur eodem.

Ita tectum reuerentia dignum arbitratur, præſertim ex lignis in hoſtium regione natis factum. Vniuerſum autem cœlum, ſub quo omnes agimus à principio, nihil confert ad concordiam, neque omnium ſocietas diuinorum atque maximorum bonorum, ſed è diuerſo rerum modicarum atq́ꝫ uiliſsimarum ſocietas. Suus cuiq́ꝫ pater, frequenter nullius precij ſenex, multum confert ad iuſticiam, ut ex eodem genere procreati ſibi mutuò non inſidientur: communis autem omnium hominumq́ꝫ deûmq́ꝫ pater, ex quo omnes procreati ſumus, non Lachetis aut Simonis ſimilis, nõ poteſt inhibere aut prohibere hominum iniquitatẽ. Et quidem quòd ſermonibus ſuper amicitia credendum non ſit (hoc enim reſtat) manifeſtum eſt uid elicet. Ridiculum enim, ſi credens aliquibus argentum, haud facilè ſoli ſermoni fidem habet, ſed indiget teſtibus & literis, atq́ꝫ hæc tamen complures transgrediuntur: in amicitia ineunda, re omnium maxima, periculoſiſsimaq́ꝫ, ſolis uerbis credere. Quid? (dicet aliquis) nónne iam quidam ex ueteribus facti ſunt amici? nempe illi ſemidei, omnibus diuulgati, Oreſtes & Pilades, Theſeus & Pirithous, Achilles & Patroclus? Vt quis etiam hanc de his opinionem concedat ueram eſſe: manifeſtum tamen foret, tres ſolas fuiſſe amicitias in tanto tempore, quanto Solem ſæpius dicas defeciſſe.

Amicitiæ exempla tria tantum.

DE LEGE. LXXV.

Lex autem eſt dux uitæ, & ciuitarum præfectus communis, negociorumq́ꝫ iuſta regula, iuxta quam quicque dirigere oportet eodem modo: ſin minus, praua erit, & curua. Hanc qui obſeruãt, ſalui permanent: qui autem transgrediuntur, primùm quidem ſe ipſos perdunt, deinde & alijs ſeſe exemplũ et imitamen iniquitatis atq́ꝫ uiolentiæ exhibent. Quemadmodum inter nauigantes qui faces turriũ obſeruant, ij maximè ſalui euadunt, portusq́ꝫ inueniunt: ita qui ſecundũ legem uiuunt, tutiſsimè per uitã tranſeunt, commodamq́ꝫ ſedẽ nanciſcuntur. Conſiliario etenim iam quis homine uſus, pœnituit eum. at non lege. Tanto autem ciuitatibus utilior eſt quàm mœnia, quòd abſq́ꝫ mœnibus multæ ciuitates perdurant, abſq́ꝫ lege autẽ nulla ciuitas poteſt habitari. Non ſolum autem conducit mortalibus, uerùm etiam dijs. Nam mundus ſemper eandẽ legem immotam cuſtodit, nihilq́ꝫ ſempiternorum hanc tranſgreditur. Vnde puto & regina meritò hominum atq́ꝫ deorum uocata eſt, uiolentiam diſſoluens, iniuriasq́ꝫ deſtruens, dementiamq́ꝫ ad modeſtiam reducens, & maliciam puniens, priuatimq́ꝫ & publicè omnes indigentes commodo afficiens, iniuriam quidem paſsis ſuccurrens: de aliqua autem re hæſitantibus, iudicans quid oportcat fieri. Qum quis enim accidente ſibi re quapiam difficili, quærit

Legis definitio.

Simile.

Lex ciuitatib. utilior quàm mœnia.

Lex hominum & deorum regina.

rit quid ſit utile, nihil illi opinor opus eſt aduocare amicos aut cognatos: ſed uenire ad leges, deque eo ſciſcitari. Atque ille haud proprium conſiderantes commodum, peius illi cõſuluerint, uel ignorantes quid ſit optimum, uel propter occupationes quaſdam: neque quòd illis huiuſmodi curæ non ſint, conſultores repudiauerint. Nam è diuerſo omnium ſimiliter curam habent, uacantque ad aliorum negocia, nihilque proprium aut peculiare illis eſt. Et tanto quoque deorum diuinationibus utilior eſt lex, quanto plures deorum reſponſa non intellexerunt: cumque ſe putarent iuxta illa facere, contrarium fecerunt, unde etiam puto in calamitates inciderunt. A' lege autem nihil eſt tortuoſum aut ambiguum, ſed omnia ſimpliciter quæ indigentibus conueniunt, eloquitur. Quumque ſit omnium princeps & domina, abſque armis & ui ditionem retinet: ſed contrà ipſa uim deſtruit, atque cum ſuadela atque ſpontaneis præſidet. Quum enim antea perſuaſit & probata eſt, ita demum lex fit, ſuamque uim cõſequitur. Tantum autem habet robur atque potentiam, quòd ipſa eſt quæ etiam dijs fert ſuppetias. Sacrilegos enim, tranſgredientesque erga ipſos pietatem, punit. Atque illam quidem nemo poteſt afficere iniuria. Omnis enim quicunque legem tranſgreditur, non illam, ſed ſeipſum damno afficit. Tantę autem iuſticiæ atque humanitatis plena eſt, quòd etiam infortunatis utilior fiat, quàm genere propinqui: & iniuriam paſsis, fortior quàm ſuum ipſorum robur: & patribus quàm filij, beneuolẽtior, & pueris quàm parentes, & fratribus quàm fratres. Multi igitur à chariſsimis iniuria affecti, ad hanc confugiunt. Et tametſi lex nullo à quopiam beneficio affecta ſit, omnibus tamen benefaciens, alijs perſoluit beneficia, & parentibus à liberis mutuam refert gratiam: atque ijs quoque qui priuatim aliquid cui benefecerunt, ab ijs qui beneficia acceperunt: denique & ijs qui publicè erogauerunt, à ciuitate. Pulcherrimè autem & alia fecit beneficia, coronas & præconia, primasque ſedes reperiens, quę præbentibus nullo conſtant ſumptu, accipientibus uerò maximo digna precio exiſtunt. Quamcunque autem etiam uiliſsimam rem uoluerit, eam confeſtim magnam precioſamque facit. Hæc eſt, quæ oleaſtrum ita magnum, tãtoque dignum ſtudio reddidit, atque apia & pinum, uiridisque frondis coronam. Hæc eſt, quæ tria illa uerba quibus quiſque prędicatur, multis bonis uiris precioſiora effecit, quàm uita eſt. Hęc eſt, quę conuentus congregat, quæ deos honorat, quæ uirtutem auget. Hæc eſt, quæ mare tutum, terramque pacatam facit, Iouis reuera filia, inuictam atque inſuperabilem fortitudinem habens: tantũ omnibus modeſtia & fide antecellens, ut & mulierum ſocietatem, uirginumque uenuſtatem, atque puerorum ætatis florem, ei omnes crediderimus. Præterea ſi uirgo cauſam habeat, lex ei propter modeſtiã adeſt. Hæc eſt adiutrix ſenectutis, doctrix iuuentutis, paupertatis auxiliatrix, cuſtos diuitiarum. Paci quidem aſſiſtit, bello autem aduerſatur. Quinetiam in hoc ipſo plus ualet. Nam præconem etiam ab inimiciſsimis miſſum, hæc ſaluum conſeruat, cuſtoditque quouis thorace atque ſcuto fortius, dans illi caduceum, quod legis ſymbolum eſt. Propter hanc, mortuos nemo amplius in hoſtium habet numero. Qui autem inimicitiarum contumeliarumque in illorum corpora ſpecimẽ edunt, punit notatque ignominia. Tanto autẽ ciuitatibus utilior eſt, quàm gubernacula nauibus: quòd gubernaculo amiſſo, nauis non pereat, niſi tempeſtate comprehendente: ciuitas autem ſalua eſſe nõ poteſt, lege abrogata, etiamſi nihil acerbi extrinſecus accidat. Quemadmodum autem hominum quiſque à ſuo ipſius animo gubernatur, ſaluatúrque: huius autem diſsidium, inſaniam, mentisque alienationem adfert: eodem modo ſi quis

Legum beneficia.

Lex utilior ciuitatibus, quàm nauibus gubernacula.

quis auferat legem ex hominum uita, tanquam ſi (opinor) mentem perdidiſſet, in perfectam inſaniam atque perturbationem redigetur.

DE CONSVETVDINE. LXXVI.

Conſuetudo quid.

EST autem conſuetudo, ſentētia utentium aliquid communiter. Eſt & lex non ſcripta uel gentis, uel ciuitatis, & ius uoluntarium, & tale quod omnibus placeat. Nullius autem hominis inuentum, ſeduitæ atq; temporis.

Quid à lege differat.

Aliæ quidem leges ſemel approbatæ robur acceperūt, cōſuetudo autem ipſa ſemper probatur. Et nulla lex ab omnibus facilè iudicatur, plurium enim opinionibus rata fit: conſuetudo autem fieri non poteſt niſi ab omnibus approbata. Atque illa minans cogénsque rata manet: à conſuetudinibus autem perſuaſi, & honeſta atque utilia iudicamus eadem. Quare mihi uidetur lex ſcripta haud abſurdè aſsimilari poſſe potentiæ tyrannidis (metu enim quæq; & cum imperio conficit) conſuetudo autem regni potius humanitati. Sponte enim idem omnes & abſque neceſsitate cenſent.

Leges citius aboleri, quàm conſuetudines.

Et leges quidem multas ab ijs qui tulerunt abrogatas eſſe nouimus tanquam malas, conſuetudinem autem haud facilè quis oſtenderit abrogatam. Quin etiam planè facilius eſt, quamcunque uelis tollere legem, quàm conſuetudinem. Illas enim ſi deleueris ſemel, in una diè tolluntur: conſuetudo uerò ciuitatis, niſi in ualde longo tempore ſolui non poteſt. Et illæ quidem in tabulis aut columnis cuſtodiuntur, hæ autem ſingulæ in noſtris animis. Tutior autem, melíorque talis cuſtodia. Quinetiam ſcripta lex auſtera eſt & immitis, conſuetudine uerò nihil ſuauius. Deinde leges ex alijs ſciſcitamur, conſuetudines autem omnes nouimus. Et illarum quædam non clarè ſunt ſcriptæ, & ſubuertuntur ſæpius à rhetorum potentia: conſuetudinum autem nihil eſt ambiguum, neque tortuoſum, nequé eas ſuperare poteſt oratio. Tum illarum ſemper facienda eſt mentio, ſi ijs uelimus immanere: conſuetudinum uerò non poſſumus, etiam ſi uelimus, obliuiſci, ſed huiuſmodi ſunt naturæ, ut ſeſe ſemper reuocent in memoriam. In ſumma autem, leges quis dicat ſeruorum conſtituere rempublicam: conſuetudines uerò contrà liberorum. Illæ enim corporibus infligunt ſupplicia, uiolata autem conſuetudine mulcta eſſe ſolet pudor.

Leges malorũ eſſe, conſuetudines bonorũ.

Itaque illæ malorum, hæc autem bonorum lex eſt. Nam ſi omnes eſſent boni, palàm eſt ſcriptis legibus nihil opus eſſe. Et reges quidem ſunt ſupra leges, multaq; præter eas faciunt: conſuetudines autem ipſi quoque ſequuntur. Tum ſcriptarum legum nulla in bellis ualet: conſuetudines autem ſeruantur apud omnes, etiamſi ad extremas inimicitias progrediantur. Quippe ne mortui prohibeantur ſepeliri, nuſquam ſcriptum eſt: nam alioqui circa hoc uictores ſuccumbentium parèrent mandatis: ſed conſuetudo eſt, quæ defunctos facit ea humanitate potiri. Similiter quod à præconibus manus abſtinent, atque ijs ſolis magna ſecuritas eſt quouis ambulent. Denique ex his qui legem transgrediuntur, nemo quempiam oſtenderit opinor manifeſtè à dijs punitum:

Lacedæmonij autem poſtquàm tranſgreſsi ſunt conſuetu-
dinem circa caduceatores, qui à rege uenerant,
eosq; occiderunt, ab ipſo Deo pu-
niti ſunt.

DE INVIDIA: PRIOR.

LXXVII.

διαλογισμός. Heſiodus.

NVM propter hæc & ſimilia habitus eſt inter Græcos ſapiens Heſiodus, & nequaquam illa indignus opinione, quòd non humana arte poemata fecerit & cecinerit, ſed habita cum Muſis conſuetudine, earumq́ diſcipulus factus: quòd quidem neceſſe eſt, quãdoquidem ita omnia muſicè atque ſapienter prolocutus eſt, nihilque fruſtraneum aut inane, inter quæ uidelicet & illi uerſus ſunt. Quinam?

Succenſet figulus figulo, fabriq; uiciſſim
Fabris, mendicus mendicoq; inuidet alter,
Cantori & cantor, uiliſq; poeta poetæ.

Multa quidem & alia Heſiodi uidebuntur optimè ſcripta de hominibus atq; dijs, & propemodum maioribus de negocijs, quàm ſunt nunc dicta. Ergóne & hæc pronunciauit uerè, & iuxta humanæ experientiam naturæ? Vis igitur hæc diligentius conſideremus? Et quomodo nos tanta ſuſtinebit turba, de his diſſerentes? Quid? nónne docta, & de doctis huc uenerunt audituri? faterentur ipſi, ut mihi uidentur. An Heſiodum malum cenſent atque parui precij? Nequaquam. Sed de inuidia atque æmulatione non libenter audient fortaſſe. An qui ſint ita mutuò contra ſe affecti, & quas ob cauſas, nõ illis utile eſt audire? Omnium ſanè utiliſſimum. Vtile igitur iam & periculum facere uirorũ. Age uerò, propter aliud ne hoſce ait Heſiodus conſpicuos, atq; moroſè mutuò affectos, quàm quòd quiſq; minus lucri faceret ex ſua arte quamcunque facit, ſi multi eſſent ſimiles? Ob nihil aliud. Vtrum ergo figulo prodeſt nullum alium eſſe figulum ciuitate in eadem & uico, coquo autem illud non prodeſt? quo illi liceret carnes uendere quanticunq; uellet indigentibus, etiamſi admodũ tenuis ſacrificulus aut ſeniculus emat?

Perſpicuum, quòd & coquo. Quid autem infectori, nónne ſoli melius eſt artem exercere infectoriã, quàm cum alijs eiuſdem artis æmulis, quo qualeſcunq; uendat tincturas mulierculis? Contentæ enim erunt ementes, etiam ſi paulo fuerint meliores, quàm quales ipſę ruri conſueuerunt qualitercunq; inficere, neq; requirent artificioſè imbuta & purpurea. Quomodo enim quærerent? Age lenoni nónne lucroſius meliusq́ ad negociationem eſt, ſolum habere hanc uitæ ſpeciem, ſolumq́ malè audire, quàm cum alijs? Vt ſolus nempe in ciuitate alat & exerceat huiuſmodi pecora, ſimiliter & in Pythæã & in alios mercatus eat & circumducat? Et lenoni ſanè mihi uidetur prorſus utile eſſe, ſi rari ſint eiuſdem artis opifices. Num ergò & de omnibus ſimpliciter, qui eandem artem faciunt, ita pronunciauit, quòd inuicem ſibi ſint detrimento, impedimentoq; in parando uictu? De omnibus, ut ueriſimile eſt. Sed non decuit opinor ſingulos commemorare. Etenim etiam in alijs moris illi eſt, de toto dicere negocio ſub uno aut tribus. Verbi gratia, quum dicit, bouem non perire abſq; uicini prauitate, non hoc uidelicet dicit, quòd tantum bos non pereat, niſi uicinus ſit malus: ouis autem non pereat, ſi latêre queat: neq; capra pulchra, & abũdans lactis, geminosq́; pariens: ſed manifeſtũ, quòd tanquam intelligentibus poemata atq; legẽtibus ea dicat. De omnibus igitur ita eum breuibus unoq́; ſermone dixiſſe dicemus, eiuſdem artificij æmulis, quòd neq; ſe inuicẽ ament, neq; proſint ſibi? Prorſus.

Age

Age uerò, per deos, nauicularia ars eſt: an minus quàm figlina, aut culi-
naria, hoc habere nomẽ digna uidetur? Nõ minus. Fortaſsis igitur in
magna naui multa habẽte uela, atq; onera multa, & hominum uectorum
magnum cœtum, unus nauta proſperè ageret, eiq; prodeſſet neminem a-
liũ in naui eſſe, qui natica uel minus uel plus ſciret: ſi uerò multi ſint, in-
utiles inuicem erunt, adq; damnũ, atq; propter hoc odio ſe inuicẽ proſe-
quentur plures nautæ. Hoc quòd ad nautas pertinet, aliud eſt. At gu-
bernator opinor gubernatorem nõ feret, ſimul uidens nauigantem. V-
trum quum ualida fuerit tempeſtas, neq; ualuerit tenere clauum uel ob ſe
nectutem, uel ob maris uiolentiam, an neq; tum amat alium gubernato-
rem neq; optat præſtò eſſe aliquem ſucceſſorẽ, neq; quũ dormire illi fue-
rit neceſſe multis exactis cõtinuis diebus atq; noctib. peruigilio: an etiã
tunc ſimiliter odit, ſuumq; exiſtimat detrimentũ, ſi alius in naui eſt guber
nator? Nõ tũc fortaſſe odio habere poſſet. Cur eñ faceret? At nos nõ agi-
mus de arte nautica, neq; de rebus marinis. Eſto. At medicus ſuper ter-
ram medetur, artemq; exercet non minorem quàm fabri lignarij. Quid
igitur? Nunquid tibi uidetur ſolus artem uelle ſcire in magna aliqua
ciuitate, præſertim quum multi ægrotarent? Quid uerò prohibet, quo
minus ſolus eſſe uellet, alijs quidem fortaſſe incommodè, qui nõ poſſent
ab uno omnes medicinã conſequi, at illius ars ita eſſet precioſior? Neq;
enim dici poteſt, quot quantasq; mercedes conſequeretur, ſi ſolus inter tot
ægrotantes medicinam callens uerſaretur. Cæterùm de medico tibi dico,
non mente capto. Quid tandem? Mente capti eſſe tibi uidetur, mul-
tum honoris cõcupiſcere, multasq; accipere pecunias? An ſi ipſe lethar
go laboret, aut inſania corripiatur, gaudet quòd neminem habeat qui cu
rare poſsit, aut dare mandragorã ad bibendum, aut aliud pharmacũ ſalu-
tiferum, ut ſolus habeat in ciuitate honores atq; mercedes? Si uerò unà
cum ipſo & pueri ægrotent, & uxor, omnesq; amici ualde periculoſè, nũ
etiam tũc optaret neminem alium inueniri medicum qui opem ferat: aut
ſi quis præſtò ſit, ſuccenſeret illi iuxta Heſiodum, atq; inimicum exiſtima
ret ſeruatorẽ ſuũ, pariterq; chariſsimorũ? Age, ſi talis res accidat, qualis
circa Aegyptios medicos accidit. Illi enim ſanantes Dariũ Perſam, poſt- *Dario talus*
quam ei ex equo decidenti talus emotus erat, nõ poterant eum ex ſua ar- *emotus.*
te ſanare, ſed in uigilias magnosq; dolores eum coniecerũt, trahentes arti
culum, uiq; cogentes. Hos ergò iuſsit cuſtodire, ut torti interficerentur.
Audiens autem inter captiuos eſſe Græcum quendam mederi conantẽ,
ei uocato ex deſperatione iuſsit, ſi quid poſſet, ſuccurreret. Erat autem *Demodocus*
Demodocus Crotoniata, qui optimus tum temporis inter Græcos medi *Crotoniata.*
cus habebatur, qui & confeſtim eum fecit obdormire, deinde cataplaſma
ta imponens, lauansq;, atq; alia ad curã pertinẽtia diligẽter faciens, pau
cis diebus ſanũ effecit. Quum iuſsiſſet autem eum Darius accipere quic-
quid uellet, medicos rogauit ſibi dimitti: eoq; rogãte, dimiſsi ſunt. Vtrũ
igitur tunc inuidebant Demodoco: inimicumq; putabant, eo reſpectu,
quo (ut Heſiodus ait) figuli & fabri, utile ſibi cenſentes, ſi nemo alius me
dicus præſtò fuiſſet, regemq; ſanaſſet: an ualde diligebant, eiq; gratiam
habebant? Par ſanè erat gratiã habere. Atqui ſunt in ciuitatibus thora-
cum & galearum fabri, atque cementarij, haſtarumq; artifices, aliiq; plu-
res: an igitur his proſit, unum tantum in una ciuitate artis eſſe opificem,
an multos? libenter ego audirem. Manifeſtum enim, quòd hoſtibus in-
uadentibus, & neq; mœnibus ſtantibus, neq; omnibus armatis, cogeren
tur inermes atq; mœnibus indefenſi, ſubire diſcrimẽ. Itaq; capta ciuitate,

non fortaſſe hi interficerentur: capti autem & uincti, gratis cogerent̃ hoſtibus operari, pro eo quòd antea deliciantes magno uendidiſſent thoracas et galeas, haſtasq́;: cognoſcerentq́;, quòd nõ rectè neq; in bonum inuidebat ſuccenſebatq́; ob artem laminarius laminario, neq; faber fabro: quodq́; neq; melius neq; conducibius erat, unum ſolũ aut cum paucis artis fuiſſe opificem At uerò ſolis eſſe, nõ ſemper alijs ferè melioribus prodeſſe ait Heſiodus, ſed ſolis figulis & coquis & infectorib. lenonibusq́;.

Igitur æmulatio atq; inuidia, atq; neminem alium facere uelle idem opus, culinarium quiddam eſt, & infectorium, atq; figlinarium: atq; inſuper lenonibus potius conueniens, quàm medicis aut gubernatoribus, atq; aliud quippiam maioris operæ facientibus. Eſto. Cæterùm ſi gubernatoribus atq; medicis, alijsq́; quorũ fecimus mentionẽ, non bonum eſt inter paucos eiuſdẽ opificij ſectatores uiuere: an uerò prudentib. ſapientibusq́; uiris cõducibilius, meliusq́; eſt, ut ſoli uideant̃? Nequaquam.

DE INVIDIA: ALTERA. LXXVIII.

διαλεγόμενος.

PRAETEREA ad hoc quòd uir prudens magnanimus eſt, & ægritudine uacat, accedit, quòd etiam humanus ſit, uirtutemq́; ſciat ſibi prodeſſe, tam ſuam ipſius quàm proximi: & nunquam ſupra horum quenq́;, neq; uiliorum quidẽ, aliud aliàs de ſe ſentiat, neq; ſpectet quàm quæ ſunt cõmunia omnibus bona. Accedit ad hæc omnia, quòd rerum aliarũ propter quæ inuidia atq; æmulatio mutua inter uulgares oriri ſolet, neq; admiretur prorſus quicquam, neq; ſtudio dignũ exiſtimet: ſicuti heri de diuitijs dicebamus. Quare neq; inuidere queat ulli aurum uel argentum, uel pecora, uel ædes, uel aliud horũ de quibus dicebamus, ut inquit alius poeta, non ſuam ipſius ſententiam demonſtrans, ſed hominum recitans opinionem,

Vir prudens ab inuidia alienus.

Quales & uitam bene agunt, diteſq́; uocantur.

Quòd nempe diuites illi uocentur tantum, ſed iuxta ueritatẽ nõ ſint. Eſto. Proinde generoſus atq; abſolutus uir pecunias ſpernere nobis uidetur. At de gloria forſan contendat, aut inuideat ijs quos maioribus à uulgo honorib. coli uideat, maioresq́; laudes nanciſci? An eũ nõ ignorare dicemus, gloriã eſſe laudẽ à uulgo: ſi aũt à uulgo, manifeſtum quòd ab ignaris? Nequaquàm ſanè par eſt hoc eum ignorare. Age, an bonus tibi uidetur tibicẽ lætari ob artẽ, & arrogãter de ſe ſentire, ab artis muſicesq́; laudatus imperitis? Et ſi circumſtantes eum pueri & ſubulci atq; paſtores admirarentur, plauderentq́;, ob idipſum efferri, atq; illorũ laudẽ maximo precio dignã exiſtimare? Atqui hoc manifeſtauit Thebanus ille tibicen, qui neq; theatro ualde aduertit animũ, neq; iudicibus, artis tibiacauendi inexpertis: atq; hoc quũ de præmio uictoriaq́; certaret, attamen ne modicum quidem decentem rhythmum tranſgredi auſus eſt, dixitq́;, ſe ſibi canere & Muſis. Quid igit̃ putas Orpheum illum Muſæ filium, ſi uerus eſt qui de eo fertur ſermo, magis gauiſum, quũ aues ad ipſum canẽtẽ aduolarẽt, feræq́; à uoce mouerent̃, aſtarẽtq́; manſuetè ac quietè, ſi quando auſpicaret̃ canere, præterea & arbores unà cũ fructibus atq; floribus accederent, ac lapides mouerentur atq; coirent, ita ut magni lapidũ aceruí prope ipſum coadunarentur: an magis quũ hæc uideret fieri, delectatum atq; gloriatum eſſe, exiſtimantẽ ſeſe ad muſices faſtigiũ perueniſſe, quàm quũ mater eum Calliope citharizantem laudauit, dixitq; caput illi demulcens, ſatis muſicã didiciſſe, atq; artis eſſe ſapientiſsimũ? Ego enim arbitror,

Sibi canere, et Muſis.

Orphei cantus.

arbitror, maluiſſe ſe uel à Philammone laudari de muſica, aut ſi quis alius erat illo ſeculo cithara canendi peritus, quàm ab uniuerſis ſimpliciter feris atq; auibus: quin neq; olores ſucclamantes concordantesq; quicq; curaſſe, quòd non nouiſſent artē ſcientiamq; canendi. Qualem deniq; ſanitatis teſtem uellet aſſumere uir prudens, an medicum, & circa corporum curam expertum: an multas hominū myriades nihil intelligentium, qui eū (ſi ita res ferat) plenum uidentes ob morbum, atq; tumentem & liuidum, beatum dicerent: tanq; Polydamanta Theſſalum, & Glaucum Caryſtium, exiſtimantes eū bona corporis præſtare habitudine? Sed de arte quidē tibia aut cithara canendi, deq; præſtantia luctandi, aut cæſtibus pugnandi præ omnibus alijs, iucundiſsima eſt peritorū laus, artes ſcientibus, omniq; digna ſtudio: de prudentia uerò et iuſticia, omniq; uirtute, poterit'ne delectare uirum prudentem, illiusq; explere animum laus ſtolidorum, hominumq; uulgariū? Et utrum putas architecturę peritum, & directum quid operari uolentem, non libentius habere, & plus de rectitudine credere, ſi uni regulæ id applicet, atq; una amuſsi exploret, q; ſi multis atq; in æqualibus lignis dirigat atq; dimetiatur? Age per Iouem, nunquid audiſti, pictoris iocoſi factum, qui picturā quandā equi in publico propoſuerat admirabilem, atq; accuratè factā? Aiunt enim eum pueto præcepiſſe, obſeruaret ſpectantes ſi quid reprehenderent aut laudarent, idq; retentum memoria ſibi renunciaret. Spectantium autem alium aliud dixiſſe de pictura, atq; reprehendiſſe hunc quidem, opinor, caput, illum autem coxas, alium uerò crura, ut ſi talia facta eſſent, multo pulchrius haberēt. Pictorem aūt his de puero auditis, aliā feciſſe picturā iuxta uulgi opinionē atq; conſilium, iuſsiſſeq; eam collocari iuxta priorem. Fuiſſe autē magnam inter eas differentiā. Illam enim accuratiſsimè factā in omnibus: hanc aūt turpiſsimè, ridiculoſiſsimeq;, atq; omnib. potius quàm equo fuiſſe ſimilē. Manifeſtum igitur, quòd ſi quis ualde opus habeat uulgi laude, credibiliorem exiſtimans illius laudem aut uituperium quàm ſuam ſententiam, ita ſingula facturus ſit, atq; conaturus talem ſe exhibere, qualē uolet uulgus: certumq; eſt, quòd ſimilis futurus ſit, pro illo priore equo doctè atq; ex unius arte facto, admirabili alteri atque multorum artificū opificio, neq; ipſis illis placenti artificibus, tametſi ex omnium conſilio atq; arte compoſito. Quemadmodum fabula ait Pandoram non ab uno deorum formatam, ſed communiter ab omnibus, alio aliud donante & apponente: opusq; neque ſapiens neq; bonum factū, ſed omnigenū uariumq; accipientibus eueniſſe malum. Vbi aūt deorum turba atq; populus communiter fingens operansq; nō potuit bene atq; irreprehenſibiliter operari, quid dicendum eſt de homine, uitaq; ex humana opinione formata & effecta? Perſpicuum eſt igitur, hominem reuera prudentem nihil attendere uulgarium ſermoni, neq; obſeruare laudem ab illis profectam. Itaq; neq; magnam, neq; precioſam, neq; bonam (ut ſummatim dicam) exiſtimabit eam unquam. Quum autem bonam non exiſtimet, ut inuideat eam habentibus, impoſsibile eſt. Nequaquam igitur huiuſmodi nobis eſt uir generoſus, & temperatus, caſtigatusq;, qui diuitias & laudes, coronasq; Olympiacas atq; Pythicas, & literas in columnis, ſcriptaq; populorū atq; regū teſtimonia perſequatur, quo ſpectabilis ſit atq; notus: ſed qui frugalis ſit, & abſq; faſtu (quantū fieri poteſt) uitā exigat, deiectus caſtigatusq; ipſe à ſemetipſo, atq; ſuæ ſententiæ inherēs, nullo extrinſecus ornatu indigēs, neq; adiecto honore, neq; phaleris, neq; pennis: quemadmodū mali ſtipendiarij pennas criſtasq; aſ-

De equi pictura uulgò improbata.

Pandora.

Vulgi laudem aut iudicia nihili facere hominē uerè prudentem.

ſumentes,nec non in ſcutis Gorgonas,haſtisq; ſtrepētes , deinde fugiūt
paruo apprendente periculo. Quales multos uidere queas etiā inter bea-
tos illos exiſtimatos,hoſpitum exceptores atq; oratores, ſophiſtasq; , in
theatris,& apud diſcipulos,atq; in caſtris per ſingula tabernacula glori-
antes,quando in meridie compotarint,ſe contra centū ducentosq; Tro-
ianorū ſtaturos:hos aūt ipſos unius hominis inſecutio perſecutioq; uni-
uerſos planè in fugā agit, haud uni ex illis conferēdos. Quin neq; etiam
uoluptates aliquas ciborū aut potus aut rerū uenerearū, aut mulieris pul
chritudinē,aut pueri florentē ætatē admirat̃ , neq; hæc deſiderat , aut ma-
gna cēſet: neq; beatos prædicat his fruentes ſatrapas atq; dynaſtas : neq;
hercle cerdones quoſdā,atq; ſub umbra uictū quærentes,ꝙ ſint locuple-
tati partim ex arte,partim ex dominorū furtis : neq; ſemetipſum miſeret̃
ob penuriā abſentiamq; horū bonorū,quæ neutiq; feliciū eſſe arbitrat̃.Er
góne ille ob hæc inuideat,omniq; pacto inſidiet̃,optetq; eos perire? An
cōcedere debemus,generoſum magnaminumq; uirū canib.equisq; ſimili
ter atq; alijs beſtijs affectū eſſe,quæ ſe cōtinere nō poſſunt,ſi aliæ ſaturent̃
& futuant, ſed indignantur ſæuiuntq; atq; iraſcuntur fruentibus,prom-
pteq; ſunt ad inſiliendum,mordendumq; atq; lædendum quouis modo,
adq; inter ſe bellū gerendum? Præterea de uoluptatibus,an illud quo
que ſic habere dicere debemus,quòd harum quicquam confiteatur ſtu-
Sardanapalus. dio dignum : Sardanapalumq; imitandum exiſtimet , qui uitam dicitur
tranſegiſſe,cōuiuijs atq; ſtupris dans operā cū eunuchis atq; mulieribus:
atq; ob hæc illum æmuletur,ut hircorū aſinorumq; conſequatur felicita-
tem? Neq; enim fas eſt,talia de modeſto unquam & erudito uiro cogita-
re. Quare ſi neq; propter gloriam,neq; propter pecunias, neq; propter
ciborum potuumq; aut rerum Venerearum uoluptates, ſe uel alium bea
tum eſſe putat , neq; omnino horum quicquam pugna dignum, aut pre-
cioſum:non ille utiq; diſſideret cum quoquam ob hæc, neq; cuiquā hæc
inuideret,neq; arenam in littoribus , neq; fluctuum ſtrepitum ſonumq;
ijs qui in littoribus habitant,neq; ſi cui aurum ultro è cœlo ſinum imple-
Danae. at (quemadmodum Danaæ olim aiunt,in turri ahenea cuſtoditæ,aurum
repente è ſupernis influxiſſe ob ipſius pulchritudinem)neq; ſi torrentes
cuiquam irruant, aurum plurimum atq; frequens afferentes tanquam
limum: quemadmodum opinor Crœſo aiunt antea Pactolum per medi-
as accedentem Sardeis,promptas pecunias attuliſſe, maius tributum at-
que uectigal quàm uniuerſa Phrygia & Lydia, Mæonesq; & Myſi, atq;
Crœſi in Alcmaeona liberalitas. uniuerſi habitantes intra Halyn. Neq; accipientem illud à Crœſo donū
Alcmæona æmulatus eſt neq; Solon,neq; ullus alius illius ſæculi ſapien-
tum uirorum: cui ferunt Lydum permiſiſſe, ut theſauros ingreſſus, auri
auferret quantū uellet : eumq; ingreſſum,admodum uiriliter ſeſe dona-
tione regia impleuiſſe , tunicamq; talarem ſuccinctum , ſinumq; exple-
uiſſe muliebrem laxumq;,& calceamenta data opera magna atq; caua in-
duxiſſe. Deniq; & comam ampliatam, barbamq; auri fruſtis atq; os im-
pleuiſſe,buccasq; utraſq;,atq; ita uix potuiſſe egredi tanquā canētē tibia
Semeles dolorē , riſum atq; ſpectaculū Crœſo Lydisq; exhibuiſſe. Atq;
Prudentem nemini inuidere. erat tūc Alcmæō nulla dignus drachma,ita ingrediens. Neq; igit̃ ſuper
his,ut dixi,quenq; æmularetur:neq; ſi quē uideret eſſe admirationi,lau-
dibusq; celebrari à decē aut uiginti hominū millib. Neq; æmulari uellet
plauſib. exceptū atq; mitris, exultantēq; atq; ſuperbientē ſicut equū ob ui
ctoriā, cōmitatuq; maiori honoratū q̃ ſpōſi honorant̃:ipſe aūt abiectior
eſſet mendicis, deſertiorq; profectis in uijs , nulliusq; haberetur precij
apud

apud ullum, quemadmodum olim habitos aiunt Megarenſes: eo quòd
non poſsit inſeruire, neque ad gratiam colloqui, utpote auſterus natura,
ueritatisq́ amicus, nihilq́ abſcondens. Neq; ſic tamen ſimiliter afficietur
figulis atq; fabris, cantoribusq́: neq; inuidebit ob inopiam, aut ob igno-
miniã, neq; ſuos immutabit mores, adulator aut impoſtor factus pro ge-
neroſo ueraciq́. Proinde quid tandem beati quidam coli uolunt ab ho
minibus libertatem profeſsis, eósque qui philoſophi nominantur ante
ſuas uideri ianuas humiles & deſpectos: & nõ quemadmodum Circe ſu- *Circes domum*
am uolebat habitationem à timidis perterritisq́ leonibus cuſtodiri? Ne- *cuſtodientes*
quaquam igitur illi leones erant eam cuſtodientes, ſed miſeri fatuiq́ ho- *feræ quæ.*
mines, delicijs atq; deſidia perditi. Quare quum quis philoſophum ali
quem uiderit circa palatia atque ueſtibula adulantem atq; humilem, ope
ræprecium erit illorum recordari leonum, canibus ſimilium famelicis, ti
midisq́, rugientiũ acutiſsimè, utpote à pharmacis perditorũ. Cæterùm
iam eſt neſcio qualis huiuſmodi cupiditas. Sexcenti enim ſunt, qui ſpon-
te adeoq́ alacriter diuites colant atq; potentes, omnesq́ uincant adulato
res, atq; peritè & artificioſè id facientes. Itaq; nõ erit huius rei inopia quę
rentibus ab hominibus bonæ indolis. Verùm hoc ſimile eſt, alij conatui
hominum ualde libidinoſorum, qui licet magna mulierum ſuppetat co-
pia, per contumeliam atque ſcelus concupiſcunt ſibi mulieres ex uiris
fieri, acceptosq́ pueros caſtrant. Vnde multo peius, atque infelicius eu-
nuchorum genus emergit, infirmiusq́ quàm muliebre, atque muliebri-
us. Cæterùm qui ad ueritatem robuſtus eſt atque magnanimus, nun- *Philoſophi ſtu*
quam tale pateretur, neque ſuam ipſius libertatem, fandiq́ audaciam ho- *dium cuiuſmo*
noris ignominioſi aut potentiæ aut pecuniarum gratia proderet. Neque *di.*
etiam inuideret immutatis aliterq́ cultis propter huiuſmodi donaria: ſed
putaret ſimiles eſſe ijs qui ex hominibus in ſerpentes aut alias beſtias
transformantur: illos quidem non æmulans, neque inuidens cibum, ſed
è diuerſo deplorãs miſeransq́, quando propter dona tanquam pueri cri-
nes tondent, eosq́ canos. Ipſe autem ſuum officium conabitur cuſtodire
honeſtè atque firmiter, nunquam ſuum relinquens ordinem: uirtutem au
tem atq; temperantiam colens, ſemper atque augens, omnesq́ ad has in-
ducens partim perſuadendo & exhortando, partim conuiciando & ex-
probrando, ſi quem eruere poſsit ex inſipientia malisq́ cupiditatibus, &
incontinentia atque delicijs. Priuatim unumquemq; cohibens, & cõgre-
gatós admonens quotieſcunque opportunum fuerit, alium blandis ali-
um ſolidis ſermonibus, donec illi (opinor) uita ſuppetet: oblectatus ho-
minibus, non bubus, neque equis, neque camelis, neque ædibus, ſanus
pariter in ſermonibus atque factis, innoxius cum uiæ comitibus, & cum
quocunq; mare fuerit ingreſſus: innoxius quoque in dandis conſilijs, at-
que bonus ſacrificantibus uiſus, nullam excitans ſeditionem neque cu-
piditatem, neque lites, neque inuidiam, neque turpia lucra, ſed commo-
nefaciens temperantiæ iuſticiæq́, & concordiam augens, inexplebilita-
tem uerò atque impudentiam molliciemq́ eijciens quantũ poſsibile fue-
rit: multo caduceatoribus atq; præconibus, qui in bellis inducias portãt,
ſanctior. Vult quidem, atq; magno incumbit ſtudio quantum poteſt, ſuc
currere omnibus: ſuperatur autem ab alijs interdum hominibus atq; ſtu-
dijs, nihilq́ paruum ualet omnino. Quòd reliquum eſt, ſuum ipſius ani-
mum ſermone expurgat, conaturq́ exhibere minimè ſeruilem, multo ma
gis de libertate pugnans, contraq́ dolores ac opiniones, omnesq́ homi-
nes, cum paucis quibuſdam idem uolentibus, quàm Lacedęmonij quon-
dam

dam anguſtijs occupatis, pugnauerunt pauci numero, contra omnes ex Aſia, tres continuas dies atq; noctes, quo ad ex unius hominis proditione circumuenti, eodem in loco ſunt interfecti, qui Spartam uolebant liberam conſeruare mœnibus carentem.

Spartanorum clades.

Corpus autem exercet, atq; aſſuefacit pro ſuis uiribus ad perferendos labores, neq; deliciari ſinit lauacris & unctionibus atq; unguentis, dum mollius atq; debilius fiat, tanquam malum inſtrumentum. Hæc autem nonnulli uidentes, propter ſimplicitatem atq; inſipientiam eum his ſtudere aiunt. Cumq; ualere ſinat diuitias & honores, perpetuasq; uoluptates: contemnunt eum, atq; inſanire iudicant, afficiuntq; ignominia. Is autem illis nõ iraſcitur, neq; fert difficulter: ſed eſt, opinor, unicuiq; beneuolẽtior quàm pater, quàm fratres, quàm amici. Quin etiam ſuis ciuibus & amicis & conſanguineis reuerentiam quidem exhibet, ſed nihil abſcondit, tanto magis, quanto familiariores ſibi atq; neceſſariores ducit: & quantũ fieri poteſt, intendit ſermones, uehemẽtioremq; admonitionem adhortationemq; & ſibi & illis adfert. Neque enim medicus, cui ſit neceſſe patrem aut matrem aut ſuos liberos curare ægrotantes, aut etiam ſeipſum propter aliorum medicorum penuriam atq; abſentiam ſecare aut urere, eo quòd liberos amet, & patrẽ matremq; reuereatur, hebetiori ſecabit ferro, neq; tepidiori igne uret: ſed contrà, quãtum fieri poteſt, ualenti ac uigenti. Proinde Herculem aiunt, poſtquam non potuit ſanare corpus acerbo correptum morbo, filios aduocaſſe primos, iuſsiſſeq; ſe cremare clariſsimo igni. Illis autẽ cunctantibus, ſeq; auertentibus, conuicijs eos obiurgaſſe, ut molles, ſeq; indignos, matriq; ſimiliores, ita dicentem, ut ait poeta:

Herculis incenſa pyra morituri increpatio in filios.

Quò uei iitis uultus modò ignauiſsimi,
Genereq; non digni meo, ſtatuæ magis
Genetricis Aetolæ? ——

Quare philoſophũ primò ſecum, cumq; chariſsimis atq; propinquiſſimis liberrimè atq; audacter agere conuenit, nihil cunctantem aut remittentem in ſermonibus. Corrupto enim & ægrotante corpore, multo peior eſt anima corrupta: non hercle à malis pharmacis aut potibus, neque à ueneno quopiam exedente, ſed ab ignorantia atq; prauitate, & ſuperbia, inuidia quoq; & ægritudine, atq; ſexcentis cupiditatibus. Hic morbus atq; hæc affectio difficilior eſt, quàm Herculis, multoq; maiore atq; clariore indiget incendio. Ad cuius medelam atq; liberationem abſque excuſatione hortari conuenit & patrem & filium, & cognatum & alienum, & ciuem hoſpitemq;.

Animæ corruptio.

DE DIVITIIS. LXXIX.

Ciuitas quib. reb. potiſsimũ beata uulgò, exiſtimetur.

AGE per deos, ob quam rem maximè admirari, magnificamq; & beatam putare dignum eſt ciuitatem omnium maximam atque potentiſsimam? An ob legum uirtutem, & ciuium humanitatem, atq; temperãtiam magiſtratuum? an hæc ſunt parua, nulliusq; precij, & facilia quibuſuis? An ob hominum multitudinem, rerumq; uenalium abundantiã, atq; ſumptuoſa ædificia, oportet eam felicem prædicare, atq; ob Syrorum Babyloniorumq; texturas, & quòd domos auro ſtipent, omniaq; illorum plena ſint argenti atq; electri, eboriſq;, quales Homerus eſſe dixit Alcinoi atq; Menelai regias, plus dicens quàm uel ueritas uel potentia ferat ferè: quodq; ita tota ciui

tas

tas ſit exornata, atq; hercle ob picturas ſtatuasq́;, quorũ nihil profuit ha-
bentibus prius? ſed à quibus illa ſunt exornata, hos uideas ſeruos & hu-
miles, pauperesq́;? Nam ſi ulla foret æris utilitas bene temperati, aut cra-
terarum, aut altarium, aut acerrarum ſcientiſsimè factarum, Corinthiorũ
ut:q; ciuitas felix fuiſſet, multumq́; habitata fuiſſet temporis, ſaluás ſu-
ós habitatores, ciuesq́;. Rurſus ſi uel lapidum boni coloris, & uariorum,
aut Teiorum, uel Caryſtiorum, atque quorundam Aegyptiorum Phry-
giumq́;, apud quos uarij etiam montes ſunt, audioq́; columnas antiquiſsi-
mas eiuſdem eſſe ſaxi: attamen nemine ſunt meliores, neq; feliciores anti-
quiſsimis illis atq; miſeris. Si uerò prodeſſet poſsidere aurum, nihil prohi-
buiſſet Aethiopas ſupra nos habitãtes beatiſsimos uideri, ubi aurum ab-
iectius eſt quàm apud nos plumbum: feruntq́; ſceleratos craſsis uinciri
compedibus, nihil tamen minus ſunt uincti atq; praui & iniqui. Bea- *Opulenti an beati.*
tos autem dicere opulentos, multasq́; poſsidẽtes pecunias, in cæteris au-
tem nihil à planè peruerſis differentes, perinde eſt, ac ſi quis illic uinctos
prodire uidens admiraretur, atq; feliciſsimum omnium iudicaret maxi-
mas habentẽ compedes. Si uerò ebur admirabilis res eſt, & totis uiribus
expetenda, Indi longè omnium ſunt fortunatiſsimi, optimiq́;, apud quos *Eboris apud Indos copia.*
elephantorum oſſa proiecta iacent, nemoq́; ad ea accedit, quemadmodũ
hic boum atq; aſinorum oſſa. Dicuntq́; frequenter muris inædificari ele-
phantorum caluarias, cum ipſis dentibus. Quid autem opus eſt de Cel-
tis dicere? Vbi aiunt flumen quoddam deferre electrum, multumq́; ubi- *Electrum.*
que iacere in ripis eiectum ſcaturigine, quemadmodũ calculi apud nos
in littoribus? Et antea quidem illo ludebant pueri, hucq́; atq; illuc iacta-
bant: nunc autem & illi colligunt, idq́; cuſtodiunt, à nobis uidelicet eru-
diti, quòd ad felicitatem pertineat. Nunquid animaduertitis, quod hi om-
nes (dico autem Celtas, & Indos, atq; Iberos, ac Arabes, Babyloniosq́;)
tributa à uobis accipiunt, non pro regione, neq; pro pecoribus, ſed pro
cupiditate ueſtra atq; dementia? Non enim, ſi qui armis facti ſuperiores,
cogunt uictos ſibi argentum dependere, id ſolum dicitur tributum: neq; *Tributũ quid propriè.*
hominum eſt admodum felicium, neque fortium, tributa præſtare alijs: ſi
autem quidam, nemine inuadẽte militibus, neq; cogente, ob fatuitatem
& delicias, argentum, quod plurimi æſtimant præ omnibus, ſponte mit-
tunt per magna uię atq; maris interualla, ijs qui noſtras in terras facilè ue-
nire non poſſunt, nónne planè peius eſt, turpiusq́; factum? Atq; hoc ma-
gis, quod illi paruos infirmosq́; lapillos, atq; hercle etiam beſtiarum oſſa
dantes, accipiunt argentum & aurum, pro utilibus inutilia permutan-
tes. Maximè autem quoſdam frequenter admiror, quòd Medi quondã
Syrorum acceptis opibus gauiſi ſint, Perſæ deinde Medorum, Macedo-
nes poſtea Perſarum acceperint: tuncq́; putarint ſeſe felices eſſe factos,
meliusq́; uiuere, quando obtinuerant miſerorum infauſtorumq́; diuiti-
as. Hæc ego uerò, haud alioqui nugas agẽs, dixi: ſed quòd huiuſmodi re-
rum pro quibus cuncta agunt, atque ob quæ uulgus admiratur poſſeſ-
ſores, nulla ſit utilitas, ſed uniuerſa ne drachma quidem una digna. Neq;
enim unquam felices poterunt eſſe homines ſtulti atque inſi-
pientes, neque ſi paradiſum in Suſis inhabitent, *Suſarum paradiſus.*
quæ erat (ut aiunt) tota ſu-
ſpenſa.

DE LIBERTATE. LXXX.

Philoſophi, ac uerè liberi hominis exercitium.

VOS. quidem admiramini fortaſſe, abſurdumꝗ putatis, neque temperati uiri officium, quòd aliquis omnibus poſtpoſitis quibus uulgus ſtudet, & quodam modo curſu ſuo ferri permiſsis pecunijs & glorijs atꝗ uoluptatibus, neque agricola neque nauclerus neque miles, neque militum dux circumambulat, neque etiam ſutor neque faber, neque medicus, neque rhetor exiſtens, neque aliud quid familiare atque commune exercens, atque ita abſurdè it reditꝗ, aſtatꝗ ubi ſibi nihil eſt negocij, ſed utcunꝗ fert caſus animiꝗ impetus, & curias quidem atque theatra hominumꝗ congregationes negligit, concionatur autem ſolus, ſpectatꝗ non ſaltantes neque canentes, neque cæſtibus decertantes, neque luctantes, ſed ementes atque ambulantes, loquentesꝗ atque pugnantes, atque his omnibus aliquando optimè animum attẽdit, delectaturꝗ multo magis quàm pueri in certaminibus ac theatris, non locum præoccupans, neque peruigilans, neꝗ preſſus â multitudine: aliquãdo aũt neꝗ audit quenquã, neꝗ uidet, neꝗ noſſe eos exiſtimat, cogitans quæ uelit, atꝗ faciens abſꝗ timore. Ego aũt hoc ſplendidũ duco atꝗ beatũ, ſi quis inter ſeruos liber eſſe poteſt, & inter ſubiectos ſui iuris. Pro qua re multa Lydi cum Phrygibus, multa quoque Phryges cum Lydis bella geſſerunt, multa etiam Iones atque Dores, atque omnia hominum genera. Tam ſtultus omnes amor cupiditásque proprijs uiuendi legibus, ſuiꝗ iuris eſſe, inceſſerat: quòd tamen nunquã obtinuerunt, neque quiſquam illis conceſsit, neque tum habuere quum proprijs ſibi legibus uidebantur uti. Vniuerſi autem de Solonis Draconisꝗ & Numæ & Zaleuci contendunt legibus, ut has uel non has ſequantur, quum nemo & inter illos ſtatuerit quæ oporteret.

Solonis leges.

Solonem quidem & ipſum ſciuiſſe aiunt, quòd Athenienſibus autor fuerit eorum quæ ſibi non probarentur, ſed quibus crediſſet eos uſuros. Certum eſt igitur, prauas eum ſcripſiſſe leges, ſiquidem ſcripſit ut prauis placituras. Attamen & ipſe ijs utebatur, licet prauæ eſſent, ſibiꝗ non placerent. Proinde manifeſtum, quòd horum nulli ſuo iure ſuisꝗ uiuebant legibus, neque ſtuduerunt, neque bella geſſerunt, quò eſſent liberi. Sed enim copioſam magnamꝗ ſeruitutem intra mœnia includentes, deinde propugnaculis atꝗ turribus telisꝗ propulſarunt, ne extrinſecus ad ipſos ingrederetur. Quemadmodum ſi quis naui conuulſa, fluctuꝗ intus uerſante, cuſtodiret, multumꝗ haberet negocij, ne deſuper incurrat. Sicut igitur Troianos aiunt obſeſsionem paſſos, interfectosꝗ pro Helena, quæ apud eos non erat, ſed in Aegypto: idem contigit & his qui pro libertate pugnabant atque certabant, quàm non habebant. Attamen illi dicebant ſe omnia pati pro legibus, atque etiam nunc dicunt in his uerſari cauſam, quando uel ipſi calamitate preſsi hiſtoriam conſcribunt, aut ab alijs ſimilia audiunt. Legem autem ueram atque ratam manifeſtamꝗ neque uident, neque uiuendi ducem ſtatuunt. Quapropter quemadmodum in meridie lucente ſole faces accendunt, torresꝗ ſuſtollunt, & diuinum quidem lumẽ eijciunt, ſequuntur autem fumum, modicum quendam ignis fulgorem oſtendentem.

Legis naturæ interitus.

Lex igitur naturæ amiſſa eſt, & exoleuit apud uos, ô infelices: tabulas autem & literulas atꝗ columnas cuſtoditis, atꝗ inutiles notas. Et Iouis quidem legem iampridem uiolaſtis: ne quis autem illius aut illius transgrediatur, conſideratis: atque execrationem,

nem, quam Athenienſes circa Solonis leges ſtatuerunt in abrogare uolentes, ignoratis propter illius legẽ magis ratã eſſe. Prorſus enim neceſſe eſt, hanc continentem legẽ, ſuperiorem eſſe Athenienſium legibus: niſi quòd in pueros atque genus delinquẽtium non animaduertit, ſicut illic, ſed ſuæ quiſque ſit infelicitatis cauſa. Eum ergo qui illam ſaluam conſeruare conatur quantum poſsit, quantumq́ ad ſe pertineat cuſtodire, nunquam equidem dixerim non prudẽtem eſſe. Vos autem multo magis admiror, miſerorq́ ob difficilem atque iniquam ſeruitutem, qua à uobis ipſis copulati detinemini: non uno ſolum uinculo, neq́ duobus, ſed ſexcentis circumdati: à quibus ſtrangulamini multo magis, quàm qui cathenis aut numellis aut compedibus trahuntur. Illi enim poſſunt dimitti, aut abſciſsis uinculis effugere: uos autem magis indies uincula corroboratis, atq́ plura & fortiora efficitis. Nolite autem, quia non uideatis uincula, ideo hunc ſermonem falſum putare, atq́ incredibilem. Cõſiderate autem Homerum, ueſtra ſententia ſapientiſsimum, qualibus uinculis Martem dicat retineri, *Martis uincula.*

Etſi inter diues ſit uelociſſimus ille.

Nempe tenuibus aranearum telis ſimilibus, quæ nemo cernere queat. Nolite ergo putare, Martem, qui & deus eſt, & fortis, à tam tenuibus atque incõſpicuis compeditum fuiſſe uinculis: uos autem omnibus beſtijs infirmiores, nunquam inconſpicuis capi uinculis poſſe, niſi ferro atq́ ęre fabrefactis. Corpora quidem ueſtra, utpote dura, atque penitus ferè irarum plena, talibus opus habẽt uinculis: anima autem inconſpicua planè, atq́ tenuis natura, quomodo talibus uinculis comprenderetur? Vos autem alia ſolida atq́ adamantina, iuxta Vulcanum ipſum, feciſtis, omni machina ad plectendũ adhibita, ipſoq́ ſuperato Dędalo arte ſtudioq́, ut omnis ueſtri animi pars uinciretur, nihilq́ eſſet liberum atque ſui iuris. Quid enim erat Gnoſiorum carcer, atque illud Labyrinthi perplexum, ad inſipientiæ perplexitatem, atq́ ueſtigandi difficultatem? Quid Sicula Atticorum captiuorum cuſtodia, quos in ſaxum quoddam coniecerant? Quid Laconum Ceadas, atque illa apud Perſas turris plena cineris? Aut hercle quid, quòd ſæuí quidam patres (ut poetæ ferunt) carceribus ferreis puellas circummunierunt? Non mihi amplius uideor eſſe ſobrius in ſermonibus, quòd humanarũ calamitatum nimiam fecerim mentionem, turpisq́ atque difficilis ſeruitutis, in quam redacti eſtis omnes, unde nullis tenuibus filis nactis exire licet inſipientis puellæ auxilio, quemadmodum illum Theſea dicunt ex Creta ſaluum euaſiſſe: niſi quis Minerua etiam, opinor, aſsiſtente, atque ſaluum conſeruante euadat. Nã ſi omnes uellem carceres atque uincula dicere, mortalium atque miſerorum hominum, quibus ſua incluſi opera tenentur: an non ualde ſæuus atque peruerſus uobis poeta uiderer, in proprijs Tragœdias faciens calamitatibus? Non enim ſolum, ut qui à uobis cenſentur malefici, conſtringuntur collo & manibus pedibusq́, uerùm etiam uentre atq́ alijs partibus, quaq́ proprio uinculo atque obligatione comprehenſa. Vincula uerò ſunt uaria atq́ multiplicia: quæ ſi quis uideat, ut mihi uidetur, aſpectu delectetur, admireturq́ excogitationem. Prima enim domina, opinor, ad unamquamq́ partem, Voluptas eſt, ſæua quidem alioqui & hoſtilis, & inſidioſa aſpectu: iucundè tamen atq́ Sardonium quiddam ſubridens occurrit, fertq́ uincula iuxta ſuam naturam, florida molliaq́ primũ, quibus par eſt uinciri reges aut tyrannos, & omnes quicunq́ beatorum

Labyrinthus.

Vinculorũ, quibus homines irretiuntur, multitudo & uarietas.

Voluptas.

dicuntur filij. His autem ſæuius nihil, neque magis inhæret aut conſtringit. *Auaritia.* Poſt hanc autem uenit alia, numellam quandam ferens auream aut argenteam: qua collo circumpoſita, trahit plebeios per terram omnem & mare: trahit & reges, iuxta Heſiodũ: trahit & ciuitatum prætores ad portas, ut aperiãt, prodantq́. Aiunt autem & illos ligari, quos deſtinauit perdere, quosq́ beatos facere, quemadmodum Cyrus olim Aſtyagen aureis uinxit compedibus, illius ut aui uidelicet curam gerens. Magnus autem labor foret, omnes uinculorum ſpecies recitare: unum tamen dignũ eſt ut non prætereatur, *Ambitio & luxus.* omnium admirabilisſimum, maximeq́ uarium, quod ſæuiſsima fert domina, idq́ auro & argento atq́ omnigenis lapidibus calculisq́, animaliumq́ cornibus atq́ dentibus & teſtis, præterea etiam purpureis tincturis, atq́ alijs quibuſdam ſexcentis, tanquam preciosum atq́ admirandũ monile exornauit, multaq́ in eo uehicula formasq́ imitata eſt coronarum, & ſceptra, & tiaras, thronosq́ excelſos: ſicut excellentes artifices, ſpondas aliquas, aut ianuas, aut culmina domorum fabricantes, alia quæda uideri machinantur, nempe in oſtiorum ſummitatibus, ſimiliterq́ columnarum, beſtiarum capita effingentes. Præterea & ſonus in eo eſt, atq́ uox uaria plauſuum & poppyſmorum, multumq́ reſonat id uinculum. Hoc inijcit oratoribus atque regibus. Cæterum ne procul ipſi auferamur, hanc ſequentes imaginem tanquam ſermonis ſimulacrum, ſicut Homerus ſcripſit Achillem Antenoris ſimulacrum ſequentem longius abijſſe, hæc ſufficiunt.

F I N I S.

1. Febr. 1552.

LAVS DEO ET DOMINO IESV CHRISTO.

RERVM ET VERBORVM IN DIONIS ORATIONIBVS PRAECIPVE memorabilium Index.

Accuſare ſæpius calūniæ ſignū. 206
Achillis querela ridicula 88
Achilles 145.148.305
Achilles cur dominari uoluerit 157
Achilles & Patroclus 319
Achillis calliditas 85
Achillis cædes 87
Achillis cum Amazone pugna 78
Achillis factum 113
Achillis & Hectoris pulchritudo 136
Achillis in Chironem ira 282
Achillis inſula ac templum 217
Achillis mors qualiter ab Homero deſcripta 88
Achillis ſtatua inſcriptione caruit 169
Achillis robur 86
Achillem eſſe ab Hectore interfectum 89
Achillem, qualem finxerit Homerus 213
Actæon 71
ἀκτὴ 43
Adonis 148
Adraſtus 278
Adulatio 9
Adulationem omnium uitiorum eſſe turpiſſimum 19
Adulator 159
Adulator deprehenſus odioſus 20
Adulterij impunitas 63
Aer 245
Aegæenſium æmulatio 206
Aegyptij 294
Aegyptiorum narratio de Troianis rebus 79
Aegyptiorum ſacerdotes 265
Aegyptios poeſim tanquam uoluptatis pharmacū, expuliſſe 80
Aegyptus 199
Aegyſthi & Agamemnonis hoſpitalitas 317
Aegyſthum Agamemnoni inſidiatum eſſe, & in regem Græcorum conſtitutum. 92
Aegritudinis cauſæ 121
Aegritudine affecto homine nihil abiectius ead.
Aeneas ab Hectore cum claſſe & magnis copijs miſſus Italiam occupauit 93
Aeolus 279.293
Aerope 117
Aeſchyli & Euripidis collatio 270
Aeſchines 127
Aeſopus 312
Aether 245
Aethra an cum Helena Troiā profecta 82
Agamemnon 80.279.313
Agamemnon Atrei filius 278
Agamemnon inobediētiæ cauſa à Neſtore redargutus 280
Agamēnon qualiter Græcis imperarit, aliquorū interea conſilio ſubiectus 279
Agamemnon nunquam milites ſuos piſcibus cibauit 14
Agamēnonis & Achillis ſuperbia 281
Agamemnonis de abducta Helena querela, & ad bellum ſuſcipiendum exhortatio 83
Agamemnonis mores 289
Agamemnonis reditus 92
Agathyrus Scytha 18
Ageſilaus 279
Ageſilaus rex cur ſui corporis nullam fieri imaginem noluerit 229
Aglaophon 102
Aiax ab Hectore interfectus 90
Aiacis intemperies 192
Aiacem quomodo poſt uictoriā Agamemnon exceperit atq; tractarit 14
Alacritatem eandem eſſe debere, et uitioſa abrogādi, & auſpicandi honeſta 176
Alatus pegaſus 294
Alcmenes 102
Alcæus Hercules 168
Alcibiades 140
Alcibiadis ſtatua 229
Alcinoi regia 13
Alcmæon 125. 292
Aleatores 153
Alectoris propugnaculum 216
Alexander 140
Alexāder Priami. 117.124. 198
Alexander Helenam ambit 80
Alexander Iouis filius dictus 194
Alexander à Philocteta ſagitta percuſſus, moritur 90
Alexander magnus Thebas euertens, cur Pindari domum cremari uetuerit 13
Alexander ſuppoſititius 30
Alexandri Priami filij arrogantia 81
Alexandri & Menelai hoſpitalitas 318
Alexandri ambitio 29.33
Alexandri Paridis ocium, atq; inde ad uitia occaſio 132
Alexandri cum Diogene congreſſus 30
Alexandrinæ ciuitatis præſtātia & ſitus 185
Alexandri de Homero ualde præclarum & animoſum reſponſum 9.
Alexandri adhuc adoleſcentis, de Homero atq; Heſiodo iudicium 10
Alexandri & Helenæ nuptiæ

legitimæ

legitimæ 81
Alexandri cum Menelao monomachia 85
Alexãdri Magni facinora 295
Alexandri magni mors & ſucceſſores ibid.
Alexandrum, alterum poema totũ, nẽpe Iliada, multa quoque ex Odyß. Homeri cognouiſſe 32
Alexandriæ celebritas 186
Alexandrinorum rex à Romanis reſtitutus 191
Alexãdrinorum in ſpectaculis immodeſtia taxatur 186
Alexandrinorum ſtultitia 193
Alexandrinus unde illa circa cãtus inſania 190
Alexãdrinos in ſpectaculis præ reliquis ciuitatibus ineptire. 188 (292
Amaltheæ cornu qd ſignificet.
Amaſis 229
Antenorem Venetos ſibi ſubiecisse, & opt. terram circa Adriam 93
Amantibus perſuadere difficile 287
Amazones 89
Ambitionis impudentia 298
Ambitioſus 40
Ambitioſorum ſeruitus miſerrima 300
Amicitia 4.25.26.232
Amicitia & cõcordia nihil pulchrius 247
Amicitiæ exẽpla tria tãtũ. 319
Amicus 4
Amicorum omnia communia 27.225
Amicos ſe profitentibus quatenus credendum 315
Amor 26
Amphion 117. 189. 296
Anacreon 16
Anacharſidis Scythæ elegans in Græcos ſcomma 186
Anaxagoræ apophthegma 229
Anaxarchi apophthegma 230
Anima 24
Animæ corruptio 328
Animus & incontinentia, pincernæ 153
Animum ad rationem conſueſaciendum eſſe 131
Animum prudentem & mentem bonam hominibus felicitatem afferre 306
ἄνθρωπος 218
Antigonus 313
Antilochus 148
Antilochus à Memnone interfectus 90
Antinous 57. 116.277
Antiochiæ longitudo 259
Antiſthenes tuba 64
Apellis fortuna 291
Apollo 224. 296
Apollo & pullos ſuos auferri nõ paſſus 168
Apollodorus 17
Apologia pro ſtatua 227
Apum rex aculei expers 34
Apum inter ſe concordia 263
Apum ingenium erga natalem locum 251
Aqua 245
Aradiorum & Phœnicum muſica 201
Archelaus 35
Archilochus 197. 276
Archilochi & Lycambis hoſpitalitas 377
Argentũ non ſemp emolumẽtũ poſſeßoribus afferre 72
Argentum fieri oportere, omnibus placere cupientem 302
Argenti cauſa in Repub. quid facere, turpißimum 170
Argiuorũ ſtulta arrogantia 75
Argo 226
Argos Iunonis 225
Argumento nonnunquam falſo & impoßibili poſito, aliquando uerum elici poſſe. 133
Arion 189.129
Arion Dithyrambum primus hominum fecit 224
Arion quibus temporibus uixerit ibid.
Arionis Methymnæi hiſtoria. ibid.
Ariſtarchus 272
Ariſtides 136.264
Ariſtides iuſtus 302
Ariſtocratia 22
Ariſtogiton 94
Ariſtomenes hirſuto corde 212
Ariſtophanes 196
Ariſtoteles à Philippo Alex. filio magiſter accerſitus. 264
Ariſtoteles patriæ cõditor. 258
Ariſtotelis dialogi 272
Ariſtotelis encomium 18
Armodius 94
ἄῤῥαβος 106
Artes minus neceſſariæ quæ. 60
Artium ſiue opificiorum diſcrimen 59
Aſius Hyrtaci filius 277
Aſſentari moleſtum & improbum 19
Aßyrij 199.293
Aſtrorum inter ſe mutua cõcordia 244
Aſtyages 292
Aſtyanactis interitus 95
Ate Homerica 106
Athene Minerua 225
Athenarum ambitus 43
Athenæ à rhetoribus in calamitatem cur deductæ 291
Athenienſes 293
Athenienſes audiendis poetis faciles, malè erga Socratem affecti 196
Athenienſes primi terrigenæ 294
Athenienſis reip. principes malà populo gratia affecti 313
Athenienſium imperium populare 266
Athenienſium cum Lacedæmonijs æmulatio 211
Athenẽſiũ & Lacedæmoniorũ interitus 234
Athenienſium lege ſerui è ciuium numero excluſi 118
Athenienſium multi capti in Sicilia,

cilia, ſeruierunt 118
Athenienſium Olympius 172
Athenienſium proditio mutua 263
Athenodorus 202
Athletarum ſtudium inter fortitudinis facta honeſtiſſ. pariter & laborioſiſſimum 146
Athletica ibid.
Athletica uirtus, bellica uirtute potior 147
Attica frugalitas 294
Attonitos circa paruas res non poſſe in maioribus rectè quicquam ſtatuere 191
Atreus 75.313.316
Atridarum uxores imperioſæ 288
Auaritia etiam oraculo taxata 124
Auaritiæ malum 123
Auarus 40
Auari 153
Audaces 284
Augiæ ſtabulum 68
Aures delicatæ ab educatione 197
Autorum nomina uariè in ipſorum ſcriptis exprimi ſolita 273

B

Babylon 43.199
Bacchæ 189
Bacides 113
Bactrij 311
Barbam aut comam non facere philoſophum 212
Barbarum tonſura 204
Baſileia Iouis regis gnata 8
Baſileiæ ſtipatores ibid.
Battiam à dijs ſepulchrum Myrrhinæ uocari 77
Bellerophon 184
Belli cauſa, præmium 234
Belli ſignum diuinitùs nullum dari 233
Bellorum autores execrãdi 233
Bellorum cauſæ ibid.
Bene monentis conſilium, quantumuis peregrini, non aſpernandum 205
Benefactorum meminiſſe nihil honeſtius, neq; iuſtius 155
Beneficentia firmior potentia 161
Beneuoli 27
Beneuolorum cuſtodia 4
Beſtias cur homines oderũt 233
Bionis dictum 302
Bœoti ſtupidi 74
Βόμβοι 106
Bonus conſiliarius quomodo inſtructus eſſe debeat 109
Boni uiri honorandi 155
Boni uiri monarchis ſuſpecti 314
Bonos uiros nihil ſimulare, aut diſſimulare 160
Bona dies quomodo indicetur 56
Bona ex concordia etiam perpetua futura 237
Bona ex uniuerſis bonis ciuitas cuiuſmodi 218
Βοῶντες 106
Boreæ filij 39
Boryſthenes 215
Boryſthenitæ Homericæ poeſeos ſtudioſi 217
Boryſthenitarum ciuitatis magnitudo 216
Brachmanes Indorũ philoſophi 215
Briareus 225
Briſeis 288
Buſiris 67
Byzantij 215
Byſantij ſitus 199

C

KΑκοδαίμων 138
Caduceatorum immunitas 233
Cælenarum ſitus 214
Calais 67
Calliæ filius in Thracia ſeruiuit 118
Calliopes precibus animalia in homines mutata 190
Calliſtratus 216
Calumnia 91
Calumniæ pœna 117
Calumniæ uis 228
Calypſo 13
Cambyſes 140.229.313
κανεχαὰ 106
Canere in aſini aures 195
Canere per nares, extremæ procacitatis indicium 202
Canere ſibi & Muſis 324
Cantus 18
Canum ingenium 68
Capharides petræ 51
Capræ mors 187
Capti homines qui propriè 194
Caſſandra 198
Caſſandra ſacerdos Apollinis, in templo uitiata 95
Caſſandra Troianis excidium prædixit 92
Caſtor & Pollux 28
Caſtoris & Calais certamen 225
Caſtorem & Pollucem expeditioni Græcorum non interfuiſſe 84
Catena cuiuſmodi à dijs conſtricti inter ſeſe homines. 151
Caua Eubœæ 49
Cauniorum & Myndiorum ad Rhodios collatio 174
Caupones in menſuris doloſè agentes, ab omni hominum commercio excludi debere. 160
Cecrops 302
Celtarum Druidæ 265
Centauri 184
Centaurorum genus unde 40
Ceres 293
Ceſtuum certamen 146
χαλεπαίναντες 106
Charidemus 148
Charidemi adoleſcentis iamiam morituri oratio 149
Charidemi indoles ibid.
Chemeræ 148
Chiron Achilli ſuccenſet, deq; eo uaticinatur 283
Choreæ & populi diuerſa laus. 180
Chorus muſicus 218
Chryſa urbs 287
Cliſthenes 136
χρῆσθαι & uti & petere oraculum

culum ſignificat 71
Chryſeis 282
Chryſeidis modeſtia, ac prudẽtia 289
Chryſeis quando liberari cupierit ab Agamemnone 288
Chryſes inuitá ne an uolente filia, eam repetierit ab Agamemnone 287
Cibus primorum hominum 99
Cibi uis 134
Cicadæ 259
Cimon 313
Cinyras 67
Circes domum cuſtodientes feræ quæ 32
Circes incantatio 66
Circes pharmaca 203
Circes Vlyßis ſocios quo'nam alimento pauerit 48
Citharœdorum genus é camb. natum 190
Ciuium inter ſe conſenſus feliciſsima omniũ poſſeßio 262
Ciuium numero adſcribẽdi qui 207
Ciuitas capta quæ 194
Ciuitas cœleſtis cuius moderator Deus 220
Ciuitas & animal an idem. ibid.
Ciuitas fœlix unde fiat 199
Ciuitas quibus rebus potißimũ beata uulgò exiſtimetur. 328
Ciuitatis honeſtas & ornatus in quo potiſſ. ſita 262
Ciuitas inſipiẽs & immodeſta nũquã gubernari poteſt 208
Ciuitatis decẽter exornatæ magna utilitas 259
Ciuitatis dignitatem & magnitudinem nihil ignotum eſſe, eorum quæ in ea fiunt, permittere 160
Ciuitatis expugnatio uerè quæ. 193
Ciuitatis felicitatem deridere uidetur 203
Ciuitatis modeſtè ſe gerentis officium 110
Ciuitatis ornatus maximus quis 261
Ciuitatis qualis habenda ratio 240
Ciuitatis robur quid maximè augeat 214
Ciuitatum ſummum bonum cõcordia 238
Ciuitatem in omnibus quæ cui primatum dedit, cum eo qui illis ſpoliatur, iniuria pariter affici 164
Ciuitates quomodo ex paruis & infirmis magnæ & illuſtres fiant 252
Clauus fortunæ quid ſignificet. ibid.
κλάζοντες 106
Cleon 140
Clytemneſtra 81. 117. 318
Cœleſtium corporum & elemẽtorum inter ſe harmonia. 244
Coma hominũ pro pileo 213
Comam nutrire non prorſus uirtutis eſſe indicium ibid.
Comœdiæ ueteris libertas 180
Concio in patria 257
Concordia conſtans & firma plurimũ tempus requirit 207
Concordiæ bona 236. 238
Concordiæ effectus 232
Concordiæ exempla ibid.
Concordiam eſſe omnium humanorum bonorum maximum ibid.
Concupiſcentiæ 265
Concupiſcentiarum typus 42
Confabulari 32
Conon 112
Cononis oraculum 191
Cõſiliarij boni deorum munus. 181
Cõſilio bono omnes & ſemper habere opus 155
Conſuetudo 132. 321
Conſuetudo à lege quid differat ibid.
Conſuetudine aliquid non licere, quàm legibus eſſe prohibitum, deterius 175
Conſuetudinum malarum inſtabilitas 176
Conſultandum eſſe de his quæ non ſunt, & quæ non ſubſiſtunt 141
Conſultantibus, quid neceſſariò conueniat 142
Conſultare de factis & ſubſiſtentibus nullam in ſe habere utilitatem 141
Cõſultare quid, & ad quæ pertineat ibid.
Conſulturus in publicum qualis eſſe debeat 208
Contentio omnis de re aliqua 234
Contumelia 9. 158
Conuentuum frequentia, ciuitatibus utiliſsima 214
Corpus 24
Corporis cultus uel habitus 310
Corinthus ciuitatum omnium maximè Venerea 228
Corinthus Soli & Neptuno ſacra 225
Corinthi fõs ungulæ Pegaſi ſcalptu apertus 222
Corinthij prora et puppis Græciæ 228
Corinthiorum ueterum laus à rebus geſtis 226
Corinthiaca 224
Corybantes 189
Crates 273
Cratinus 196
Craton 177
Credendi diuerſa ratio 313
Critiæ dictum 134
Critici 272
Crœſus 74. 125. 292. 293
Crœſi in Alcmæona liberalitas 326
Crœſi cum Solone conſuetudo 74
Crudelitas 9
Croton 199
Crotonis paupertas 294
κύκνος 106
κύκνειος 4. 107
Cydippe 293
Cydnus fluuius 196. 199
Cygnus 96
Cymindin auẽ à dijs Chalcida uocari 77

Cynici

Cynici 181.204
Cyrus 18.296.279
Cyrus rex 140
Cyrus Aſtyagis filius lucernarum opifex 119
κυζηθμοί 189

D

DAedalus 102.226
Dædali uacca 134
Dædali ſtatuæ fugitiuæ. 225
Dæmon 138
Dæmon ſiue genius quid 139
Dæmones 22
Demonaſſæ colũnæ inſcriptio. 293
Demonaſſæ leges, interitus. 292.293
Danae 326
Damis 313
Dardanus 279
Darius 33.140
Darij mater 296
Dario talus emotus 323
Debita propter uſurarũ magnitudinẽ nõ iniuſtè remitti 165
Debitorum remiſſio poſt bellum conceſſa exteris ibid.
Dedocere & dediſcere, difficilius 75
Defenſio, quî affectus fuerit erga patriam 252
Defuncti non honorãdi lachrymis 148
Degener 159
Deianiræ tunica 286
Deianiræ & Neſſi fabula explicata 285
Deus & pater & rex 220
Dei cognitionem etiam ad beſtias uſq; perueniſſe, & plantas 100
Dei prouidentia fieri, quæcunque hominibus accidunt bona 182
Deum ſemper adeſſe Monarchis 19
Deiox Medus 18
Deioces 279.296
Delectus qualis habendus, in ijs quos auditurus ſit populus 197
Delicijs plures ciuitates perire, quàm machinis bellicis. 199
Delphinus Arionẽ in mare proiectũ à tergo excepit, & rectà ad Tenarum exportauit 224
Delphos 228
Dementia 191
Demetrius Poliorcetes 296
Demetrij Phalerei ſtatua 229
Democratia 22
Democritus 274
Democriti de Homero teſtimonium 272
Demodocus Crotoniata 323
Demoſthenes 127
Deucalionis diluuium 222
Deorum cibus, doctrina, diſciplina, & ueritas 32
Deorum cultus in quo ſitus 156
Deorum & hominum communio 221
Deorum inter ſe pugna 88
Deorum linguæ à noſtris diuerſæ 77
Deorum opera rectè dona uocari 149
Deorum pater & rex 4
Deorum ſermones apud Homerum 77
Deorum uita 45
Deorum uolũtas quomodo accipienda 149
Deos alia quàm homines lingua loqui 73
Deos implorantũ cogitationes reſpicere magis q̃ uerba 239
Deprædicari 299
Diadema regium ibid.
διαλογισμός 133. 137. 139. 148. 275. 278. 285. 287. 282. 307. 322. 324
Diana obſtetrix 62
Diaulus, duplex ſtadium 225
Dicendi exercitium 125
Dicendi facultatis uſus 126
Difficilia in corporibus, abſque dolore curari nequeunt 160
Dij Homerici 76
Dij quos oderunt 198
Dijs charos bonos dici & eſſe 163
Dimidium plus toto 123
Diogenes Corinthũ profectus 64
Diogenes Corintho Athenas cõceſsit 70
Diogenes cur canis appellatus 68
Diogenes cur diuerſa loca occupare ſolitus 43
Diogenes cur Iſthmijs ludis intereſſe ſtuduerit 68
Diogenes fortunatus 295
Diogenes in Epicuros inuehitur 100 (69
Diogenes primùm coronatus
Diogenes ueſpæ ſimilis 64
Diogenis ad Alexandrum collatio 30
Diogenis alimentum 48
Diogenis antagoniſtæ 69
Diogenis exilium 64
Diogenis libertas 46
Diogenis ſecuritas 48
Diogenis uiuendi ratio cuiuſmodi 43
Diogenem quot telis fortuna percuſſerit 295
Diomedes domo pulſus 32.92
Diomedes Thrax 67
Diomedis ornatus & cibus 14
Dion calumnijs à ſuis impetitus, Socraticis grauioribus 250
Dionyſius 152
Dionyſius Bach. bis natus 142
Dionyſius iunior 313
Dionyſij ſenioris ſtatua 227
Dionyſij tyranni ſtatua euerſa 226
Dioſcuri 293.305
Diſputatio in patria 247
Diſſidium omne & ciuitati & priuato operoſum 242
Diſſidia, ciuilesq; contentiones

& externa bella unde oriantur 123
Diuina ſemper humanis meliora 98
Diuinarũ rerum expreſſio pro imagine 104
Diuites plerunq; ſordidi & illiberales 58
Diuitum iniuriæ in homines 297
Diuitias non ſolum uirtutem & gloriam ſequi, ſed etiã dignitatem neceſſariò uirtutẽ comitari 97
Docere & diſcere difficile 75
Doctrinæ falſa perſuaſio 79
Dolon Homericus 277
Domus & urbes parui carceres 150
Domorum ſalus in dominorum concordia ſita 232
Donaria dijs dicata 163
Donaria templorum quatenus publica 163
Donum imaginis, munerum uacationi præſtare 175
Dorus 279
δῶπας 106
Draconis è dẽtibus quos Iaſon ſeminauit in Colchis, prudẽtes nati 138
Dryas 281
Dux aut ciuitas qualis, quali præferenda 198
Dux qualis eſſe debeat ibid.
Ducis munus 24

E

EBrioſorum hominum diuerſitas 142
Eilotæ 120
Elæos Diogenes alloquitur 99
Electra 315
Electræ ſciſcitanti de fratris exilio, reſponſum non minus miſerabile datum 109
Elpinice Cimonis ſoror 313
Elyſius campus, Aegyptus 93
Eminentiſſimos quoſq; paucos uixiſſe annos 148
Enarrare rectè qui uelit, præter uulgi opinionem dicere debet 285
Epaminondas 136. 254. 264
Epaminondæ benignum ad calumniatorem reſponſum 249
Epaminondæ Thebani in patriã amor 248
Epheſiorum Dianæ templum, ærarium publicum 163
Ephialtes 148
Ephorus 127
Ephori 266
Epicarpius 4. 107
Epicharmi dictum 335
Equus Troianus 91
Equi & uirginis congreſſus. 192
Equi pictura uulgò improbata 325
Equorum genus ſubuentaneum 133
Eruditio duplex 31
Eruditio diuina qualis ibid.
Eruditio humana qualis ibid.
Eruditio & ſermo unicum malis humanis datum à dijs remedium 182
Eruditionis diuinæ quinam facilè particeps fiat 31
Etæreius 4
Eteocles 124. 316
Euclydis exilium 64
Eubœa 294
Eubœenſes ad Troiam malè comatos ueniſſe 49
Euboica, aut uenator 48
Eudorus 63
Eumæus 118
Eumæus Homericus 57
Eumenes 296
Eunomia 8
Euphranoris Vulcanus 229
Euripides 271. 294
Euripidis laus 123. 126
Eurymachus 116. 309
Euryſtheus 67. 313
Eurytus 219
Expoſitio eorum quæ fiunt in cõpotatione 142

F

FAbula Libyca 40
Fabuloſis maiorum ſuorum geſtis pleroſq; gloriari 76
Facta rectè aut perperam aliorũ quomodo cõmemoranda 172
Fames opt. obſonium 44
Fama bonorum uirorum ſola immortalis 230
Familiaritatis & hoſpitalitatis commoda 317
Fas 293
Faſtus uis 299
Fatuorũ laudationes à uituperationibus nihil differre 139
Fatuos homines etiam obſcuros contemptui haberi 281
Fatuos ſeruos eſſe 115
Fatum 293
Fœdus inter Troianos & Græcos initum 91
Felicitas cuiq; á ſeipſo 18
Feliciter agere quomodo poterimus 302
Feliciter mori quid 145
Feliciter neminem abſq; cognito ſcopo agere poſſe 305
Finis bonus omniũ rerum humanarum cauſa 234
Formicæ Indicæ auri cuſtodes 215
Formicarum Indicarum magnitudo & robur 215
Formicarum conuerſatio 263
Fortiſſimus quis 66
Fortitudo & iuſtitia, regiæ in primis uirtutes 15
Fortuna bonis aduerſa, malis amica 297
Fortuna cur clauum in dextera manu teneat 293
Fortuna cur in ſiniſtra manu paratos collectosq; fructus teneat ibid.
Fortuna lubrica et piculoſa. 298
Fortuna nulla mala 292
Fortuna totum momentum 296
Fortunæ bona abſq; prudentia, mala 298

Fortunæ

Fortunæ bona quò reponenda 298
Fortunæ bonis carere quibus utile 297
Fortunæ bonis præditi qui beati 298
Fortunæ bonis quomodo utendum 296
Fortunæ effigies 293.298
Fortunæ exempla & imperium 295
Fortunæ imago qualis apud ueteres expreſſa 292
Fortunæ mutationes neceſſariæ 297
Fortunæ nomina 293
Fortunæ nouacula quid ſignificet 292
Fortunæ uis 291.294
Fortunam iniquè accuſari 297
In Fortunam iniuriæ ibid.
Fortunatus uulgò quis 143
Fratrum concordia 237
Fuci 263
Fur qui cenſendus 307

G

Ganymedes 147.195
Gelon Dinomenis filius 227
Genere cõiunctorum exempla 315
Generoſi & nobiles qui 120
Generoſorum uirorum ambitio 271
Generoſitatis nomen in gallis gallinaceis, equis & canibus manſiſſe, quemadmodum in hominibus quoque antiquitùs 120
Genius ambitioſus 32
Genius auarus 36
Genius bonus, aut malus. 138
Genius uoluptuarius 37
Geniorum diuerſorum in uno homine uexando intemperies 40
Genios ſecundum uiuendi rationes extare 7
Geometras acutius uno tueri oculo 202
Germanitas 232
Geryon 67
Getæ 261
Gladiatorum ſpectacula Corynthi & Athenis cuiuſmodi. 173
Gloria erinnys 303
Gloria uirtutis calcar 157
Gloria, umbra 303
Gloriæ affectator omnium miſerrimus 304
Gloriæ inanis ſtudium 234
Gloriæ & honorum inſignia ridicula 299
Gloriæ mancipiorum conditio miſerrima ibid.
Gloriæ ſtudioſi perpetuo iudicio obnoxij 301
Gloriam concupiſcere, ſæpe dãnoſum 302
Gloriam & honorem in adminiſtranda rẽpub. affectantes cuiuſmodi 208
Gorgias 97.227
Gorgias Leontinus 274
Gorgonis caput 302
Græcanica delicta 236
Græcorũ auxilia cuiuſmodi. 90
Græcorum obiecta ibid.
Gratiæ 225
Gratiæ deæ 160
Gratiæ uſura 239
Gymnaſiorum exercitia cum decoro facienda 187

H

Hannibal 140.296
Hanno 140
Harmodij & Ariſtogitonis ſtatua 229
Hecatæus 273
Hecuba in canem uerſa 203
Hecuba Vlyſsi donata 95
Hector 145
Hector ante ciuitatem cur ſolus ſteterit 157
Hectoris animoſitas 13
Hectoris & Aiacis monomachiã eſſe falſam 85
Hectoris geſta 86
Hectoris ſepulchrum 88
Helena defuncto Alexandro, Deiphobo nupta 83. & 91
Helena repetita, negatur 83
Helena Theſeo rapta 80
Helenæ raptus 67
Helenus 93
Helenus Priami fil. uates 284
Heraclidarum imperium 279
Heraclides Ponticus 272
Heracliti Epheſij præceptores ignorari 275
Hercules 31. 42. 67. 81. 152. 157. 305
Hercules Alexandri filius 296
Hercules cur terrarũ & hominum ſeruator appellatus 9
Hercules propter uirtutes Iouis filius exiſtimatus 18
Hercules totius terrarum orbis rex 6
Herculis & Euryti hoſpitalitas 317
Herculis fortuna 292
Herculis in cenſa pyra morituri increpatio 328
Herculis magnanimitas 302
Herculis poſteri 92
Herculis res geſtæ 257
Herculis res geſtæ cur ἆθλα dicta 67
Herculis rerum geſtarum enumeratio ibid.
Herculis rogus 202
Herculem cur nudum finxerint poetæ; & leonis tamẽ exuuiũ habentẽ, atq; clauam. 6
Herodotus. 125. 127. 225. 273
Herodotus Erato 317
Heroes 22
Heroes omnes admodum priſci 167
Heroum cibus 14
Heroum generatio cur ad Deos referri ſolita 118
Heſiodus 10. 59. 98. 322
Heſione 81
Heſperidum mala 67
ἑταιρεῖος 106
ἱκέσιος 107
Hippæmonis, Podargi, Lethargi & Babetis ſtatua 229
Hippias 97

Hippias Elæus 20. 274
Hippiæ Elæi arrogantia 309
Hippodamiam Pelops ex Aſia ueniens duxit 80
Hippolai promontorium 215
Hippolyta Amazonum regina 67
Hippolytus 148. 307. 316
Hiſtoricorum lectio 127
Homerus 197. 75
Homerus cur non ſecundũ naturã orſus ſit ſuũ poema. 77
Homerus & poeta & philoſophus 257
Homerus notatur 79
Homerus quomodo homines erudire conatus 276
Homeri defenſio 94
Homeri de Deo ſententia 105
Homeri encomium. 106. 275
Homeri mendicitas 76
Homeri poeſis etiam Indis nota 273
Homeri poeſis ſola uerè regia (9
Homeri poeſis ſomnium 92
Homeri præceptores ignorari
Homeri præſtatia. 120 (275
Homeri ſcripta qualia 274
Homeri uaria idiomata, et dicẽdi copia 105
Homerici figmenti ſumma 91
Homerica in dialectis licentia. 77
Homericæ comparationes. 276
Homericæ poeſeos exordium quale 77
Homerica mendacia ibid.
Homericorum figmentorum audacia unde 86
Homo quid 218
Homo natura prudentia præditus 304
Homo prudentia cur ſit deſtitutus ibid.
Hominis continentis uita qualis 290
Hominis natura 223
Hominem, honoribus & beneficijs alterum meritis priuãtẽ, dupliciter peccare 164
Homine nullum animal miſerius, quomodo ab Homero dictum 138
Homines æqualitatem probare 123
Homines beſtijs miſerius uiuere propter molliciem 45
Homines ex anima & corpore ueluti tortorib. cõpoſiti. 150
Homines ex ſermonib. cognoſcendi, & contrà 276
Homines ex cæteris animantibus ſolos opinionibus duci 305
Homines fermè omnes praui, itaq; omnes cauendi. 318
Homines infortunati ſæpius meminiſſe ſolent calam. tatũ. 271
Homines in hunc mundum uenire tanquam ad conuiuium à Ioue inuitatos 152
Homines non eodem omnes animo accedere ad philoſ. 312
Homines non fortunam accuſare, ſed ſuam potius culpare naturam debere 298
Homines omni tempore deflendi 137
Homines omnes è Titanico genere procreati 149
Homines pleroſq; nõ actis, ſed agentibus inuadere 241
Homines quæ nam laudare ſoleant 305
Hominũ genij. 35 (ferocia. 244
Hominũ inter ſe immanitas atq; tißimum tra
Hominum laus uera quæ 185
Hominum menſas, prata & cãpos et ſaltus et littora eſſe. 152
Hominum natura ad malitiam prompta 315
Hominum erga ſe beneuolentia omni auro præſtãtior. 250
Hominũ pleroſq; erga philoſophiam affici, & ad medicorum pharmaca 143
Hominũ primorũ de Deo ſentẽtia 99
Hominum querelæ de fortuna
Hominũ rectores 278 (292
Hominum ſtudia circa quæ po
Hominum temeritas unde 45
Hominibus breuiſsimum uiuendi tempus datum 148
Honeſta omnia contriſtare homines 232
Honorẽ uel nõ cõferre merito, uel collatũ auferre, æquè indignum 158 (crius. 160
Honore aut gratia nihil eſſe ſa-
Honores ne an pœnas minui tolerabilius in Repub. 158
Honores mortales, ignominiæ immortales 228
Horæ 152
Hoſpitalitas 57
Humanũ genus à dijs creatũ 158
Humanum corpus 104
Hymenæus 205
ὑλεγμοί 189
Hypanis 215
Hyperbolus 140
Hyperides 177

I

IAſon 67. 122. 148. 226
Iatrocles 144
Icarus 39. 309
Icarium mare 39
Iceſius 4
Ignorantiæ malum 113
Ignorationis & antiquitatis cauſa ſimilis 169
Illegitimus atq; inhoneſtus quẽnam appelletur 5
Ilium ab Hercule uaſtatum. 82
Imago 169
Imagines 163
Imitator idẽ, q̃ et diſcipulus. 275
Imperatores 278
Imperatorum imagines 178
Impietas alia alia maior 167
Impietates 156
Impij ibid.
Impij & ſceleſti qui 22
Incontinentes 152
Incontinentia 122
Indocti qui 112
Indole bona præditus quis. 305
Indorum Brachmanes 265
Indorum flumina, lactis, uini, mellis, olei 214

Indorum

Indorum prata 215
Inducere in errorem facile 75
Infelicis, et externos et neceſſarios contemnere 92
Infidelis 159
Ingenia imperio præditorum cuiuſmodi 90
Ingratitudo 158
Ingratus erga naturales parentes, pius eſſe non poterit erga adoptantes ipſum 246
Inimicorum confeſſorum, an ſimulatorum amicorũ cauſa, plures perierint 315
Iniuria 158
Iniuriæ 156
Iniuriæ ſacræ 315
Inimicitiæ omnes inter ſe laborioſæ 247
Inimicitiarum fructus, & contrà beneuolentiæ 244
Iniquitas 9
Inſcriptionem tollere, ſumma ignominia 167
Inſcriptione cur quædam ſtatuæ careant, & ab iiſdem, non abſtinere, æquè impiũ 168
Inſignium uirorum cædes quomodo 78
Inſipientia 34
Inſipiẽs aut iniquus nullus rex, uelut neq; timidus 291
Inſipientis animus 290
Intemperantiæ ſymbola 202
Inuidia 158
Io elocuta in Aegyptũ uenit 80
Iocaſtæ uerba ad Eteoclem, auaritiæ deditum 123
Iouis cognomina 4.106
Iouis amicus qui dicatur 32
Iouis duo dolia 296
Iouis currus 221
Iouis equi ibidem
Iouis & Iunonis nuptiæ 223
Iouis filij qui 31
Iouis Olympij ſtatua 99
Iouis ſacellum 7
Iouis templum apud Boryſthe-
Irus 301 (nitas. 218
Iſmenias 189
Iſthmica oratio 68
Iſthmica pinus 299
Italiam totius Europæ regionẽ eſſe beatiſſimam 93
Iucũdum & moleſtum ex neceſſitate ſemper ſibi cohærere 151
Iudicium dearum ridiculũ. 76
Iulis uermibus ſimiles, qui magno famulitio utuntur 72
Iuno nuptiarum præſes 62
Iunonis equus 222
Iupiter cur hominum deorumq; rex dicatur 106
Iupiter fortuna 293
Iupiter generationis præſes. 62
Iupiter Olympius 98
Iupiter Olympius qualis à Phidia ſculptus 106
Iupiter, regũ exemplar ab Homero propoſitus 274
Iureiurando coniunctorũ. 317
Iuſtitia 8
Ixionis cum Iunone concubitus 40
Ixionis rota 39.191

L

Labor 66
Labores generoſorum antagoniſtæ 65
Labores uirtutis eſſe probationem 18
Labyrinthus Dædali 309
Lacedæmonij 310
Lacedæmonij quantum ab Alexandrinis differant 190
Lacedæmoniorum uirtus. 157
Lacedæmoniorum & Athenienſium cur ſubinde mentionẽ faciat 266
Laconica paupertas 296
Laconica Reſpub. 228
Laconici canes 65
Laconum Eubateria 15
Laconis cuiuſdã apophthegma 316
Ladon fluuius 199 (lũ. 74
Laius & eidem redditũ oracu
Lamon 226
Laomedon 81. 84
Laſciuia 202.96
Latronis mors quàm pro Patria occũbẽtis honeſtior. 187
Lex 21
Lex ciuitatib. utilior quàm mœnia 319
Lex hominũ & deorum regina 319
Lex utilior ciuitatibus, quàm nauibus gubernacula 320
Legis definitio 319
Lege quæ fiũt, minus reprehendẽda, q̃ quæ cõſuetudine. 176
Leges cuius aboleri quàm conſuetudines 321
Leges malorum eſſe, conſuetudines bonorum ibid.
Legum beneficia 320
Legiſlator 102
Legitimus atq; honeſtus qui dicatur 5
Leucon 18
Leucothea 293
Lenonum ſtudia improba, & in rep. non toleranda 62
Leon 296
Leones olim etiam in Europa fuiſſe 133
Leonides à Xerxe interfectus 94
Leporis uitã agere puerb. 302
Lepores apertis oculis dormire 200
Leptines 313
Leptinea lex 174
Liber quis dicatur 115
Libertas 113. 115 (252
Libertas uera cuiq; ex ſeipſo
Liberũ uerè nõ curare uulgi nugas 302
Liberorum diſſidium 232
Libyæ deſerta omnifarias animaliũ naturas reptiliũ et aliarũ beſtiarũ producere. 41
Libyes 294
Limurgi 207
Logos orthos 8
Lotus qualis apud Indos 214
Lucem à dijs præberi duplicem hominibus 152

Lucina humanæ natiuitati præfecta 62
Lucri & uſus gratia à re turpi non auerti, nefas 159
Luſcinia tardilingua 259
Luſciniarum luctus 137
Luctui & dolori nõ eſſe cuiquã concedendum 149
Luxurioſi 152
Lycaonis & Achillis hoſpitalitas 317
Lycurgus 127. 136. 140
Lycurgus Homeri laudatur 14
Lydi 199
Lydorum deliciæ 294
Lyſandri dictum 317
Lyſias 127

M

Macarius 259
Macedones 199. 310
Magi 313
Magi Perſarum 221
Magiſtratũ gerere quatenus bonis tolerabile 264
ad Magiſtratum qualis eligẽdus 226
Magiſtratum deprecatur de administrationib. in Senatu. 226
Magiſtratum in patria recuſans qualis 265. (110
Magiſtratus accuſare phibitum.
Mala unde 182
Malè audire cum beneféceris, regium 260
Malitiæ ſolum quis non reus habeatur 164
de Malo homine amiſſo, non magis quàm malo cane laborãdũ (71
Malotarũ diſſidium 206
Mandragora 118
Mardonius 296
Margites 303
Mars & Venus uulnerati à Diomede 86
Marſias fluuius 214
Mæandrus fluuius 214
Medea 122. 292. 293. 316
Medi 199. 299
Medici 201
Medici ueri munus 196
Mel Ponticum 68
Melanchlæni 216
Melancomas 144
Melancomæ fortitudo 146
Melãcomæ indefeſſus labor. 144
Melancomæ modeſtia 147
Melancomæ nobilitas 145
Melancomæ parens qualis. ibid.
Melancomæ pulchritudo 145
Meleager 288. 307
Meleagri torris fatalis 304
Melius ut deteriori ſemper præſit, diuinitùs inſtitutum 23
Memnon 89. 145. 148
Memnon ab Antilocho uulneratus, in uia moritur 90
Memnon Aethiopum rex 81
Memnonis coloſſus inſcriptione caruit 169
Menandri laus 126
Menandri & Euripidis lectio 126
Menelaus 80
Menelaus an Spartæ regnarit, Tyndareo uiuente 84
Menelai hoſpitalitas 58
Menelai ortus 14
Menelai regia 13
Menelaum in Aegypto manſiſſe 92
Mentem quiddam uiſui ſimile habere 290
Mente præditum non egere oraculis 74
Mentiendi ars 77
Mentientis propoſitum 249
Mercatuum publicorum conuẽtus qualis 142
Meſſenij à Thebanis in libertatẽ uindicati 120
Metapontini 19
Metropolis nomen 236
Metus perpetuus monarcharum comes 46
Midas 292
Medæ ſepulchri epigramma. 229
Militis munus 24
Milites ſi timeãt præfectos, quid ſequatur 15
Miltiades 313
Minos 110
Minos Iouis confabulator 32
Minos Iouis congerro 4. 274
Minos omnium iuſtiſſ. regum dictus 32
Minotaurus 192
Mithranes 313
Mneſtoris cædes 85
Moderatè, quod accidit, ferendum eſſe 148
Modeſtiæ crater 153
Modeſtos & ſtultos eadem ſæpe facere, ſed non eodem modo 188
Monarchi & ſemper & omnibus inuiſi 47
Monarcharum & diuitum potentiam plerunq; ad finẽ terribilem atq; atrocem peruenire 133
Monarchia 22. 46
Moneta homines inter ſe ludere tanquam teſſeris 153
Morbos magnos ſæpenumero difficilia auxilia poſcere 165
μόρμυρος 106
Morum leuitas & inconſideratio 161
Muliebris natura qualis 286
Mulieris modeſtæ officium. 289
Mulieris officia 24
Mulieri quatenus conceſſum facere contractum 316
Mulieres in Thracia plurib. ſtigmatis notatas, honeſtiores haberi 115
Multum intereſſe, à quo quid cõferatur 162
Multorum dominatus ſecundum Homerum non eſſe bonũ. 2
Mummius 229
Mundus 152
Mundus carcer 150
Mundus hic, Iouis domus & ciuitas 220
Mundi creatio 223
Mundi forma & pulchritudo 224
Mundum eſſe factum ad diuerſorum lætitiam hominum. 152
Muſæ 224

Mu, æ

Musæ Iouis filiæ 185
Musarum & Apollinis dona atque cognomina 188
Museion 195
Musica reges decens cuiuſmodi eſſe debeat
Musicæ uſus 188.189
Musicam immutare apud Græcos religioſum 203
Myles 296
Myrtilus 191
Myſorum poſteri 179

N

NAſamones 301
Naturã dicẽtis aut faciẽtis mulieres ſapiẽtes inſpicere 12
Naucleri officium 23 (re. 289
Nauigantium concordia 232
Nauplion 52
Nectar 154
Neleus 226
Nemeſis 293
Neminem ſcire de quoquã an in craſtinũ uſq; mãſurus ſit. 318
Neoptolemus 90
Neoptolemus Amazonem haſta nauali interfecit. ibid.
Neptuni ara in Olympia 191
Neoptolemus ex Peloponneſo pulſus 92
Neptuni & Solis contentio de Corintho 225
Neptuni templum in Iſthmo 65
Neptuni equus 222
Neronis circa Muſicæ ſtudiũ furor
Neronis domus aurea 259
Neronis εἰδωλομανίαι 177
Neronis uotum 310
Neroni eunuchus pro uxore habitus 134
Neſæenſes equi 221
Neſſus, aut Deianira 235
Neſtor 279.280
Neſtor an arrogans 281
Neſtor ſcum Antilocho ſepeliri noluit 88
Neſtoris Homerici eloquẽtia. 282
Niceæ urbis præſtantia 238
Nicenſes concordiæ ac pacis

cupidi 233
Nicias 140.314
Nilus [illegible]
Ninus 218
Noctua 95
Noctua aucupi utilis 97
Nomos 8
νόμος Muſicæ modus 1
Non quis, ſed quid dicatur, attendendum 112
Noſce teipſum, Delphis inſcriptum 75
Noſce teipſum, oraculum Delphicum 303
Noſce ſeipſum, omnium difficilimum 34
Numa 140.264
Numidæ 306
Numiſmati ſimile, id quod diutiũ quiſq; excellit 303
Nuptiæ bonæ quid 232
Nuptiæ malæ quid ibid.

O

OBliuiſci optimorum uirorum, ac uirtutem ſuis priuare præmijs, nullũ habere poſſe decentem prætextum 158
Obſcurorum & ignobilium uitia minus quàm inſigniũ cõſpicua & turpia cẽſeri. 172
Ocium illiberalium hominum maxima peſtis 71
Odij fructus ſemper iniucũdus 247
Odyſſeæ narrationes cuiuſmodi 79
Oedipus 74.293
Oedipi cæcitas 293
Oedipi ex Tireſiæ diuinatione calamitates 74
Oedipũ ſoluiſſe ænigma Sphingis 74
Oenomaus 84.191
Officij tractatio 138
Oleæ corona 299
Oligarchia 22
Olympias 31
Olympica 95
Olympica corona oleagina 171
Omoginus 4

Onchiſtus Neptuni 225
Oraculum Athenienſibus perperam intellectum 180
Opifices eſſe tertiam opinionis cauſam de Deo 102
Oraculum Crœſo regi Lydorũ editum 109
Oraculũ de reſtituenda Theagenis ſtatua 169
Oraculorum obſcuritas 73
Oratio ad Alexandrinos 180
Oratio Athenis habita de fuga aut exilio 108
Oratio beneuolentiæ demonſtratiua erga patriã honores ſibi decernentem 250
Orationis prudentum atq; ſapientum uis [illegible]
Orationis uis 105
Oratione expiãda ciuitas. 263
Orator qualis maximè ciuitati amplectendus 199
Orbas fluuius 214
Orchomenon 228
Oreſtes 74.75.292
Oreſtes, Pylades 319
Opifici imaginem eandem ſemper in animo permanere neceſſe eſt, donec opus abſoluerit 106
Opifici omnium rerum nullum eſſe mortalẽ cõparandũ 108
Opifices quãto poetis inferiores 106
Opinio de Deo natura omnibus inſita 99
Opinionis uarietas & differẽtia 304
Opum mediocrium uſus 125
Orion 148
Orpheus 129.189.226.302
Orphei cantus 324
Orphei cantu excitata animalia cuiuſmodi 189
Orphei muſicam lapides & beſtias traxiſſe, quid 273
Othus 148
Otio abutentium uitia 132
Oua ſubuentanea 133
Ouis aurea magnarum calamitatum Pelopidis cauſa 299

P

Pactolus fluuius 199
Palamedes ab Achiuis, quos docuerat, lapidibus oppreſſus 111
Palamedes Nauplij filius 284
Palamedis interitus autor Vlyſſes 284
Pan 293
Pandarus 277. 317
Pandionis nothi 117
Pandora 325
Panthia 292
Parcæ deæ fatales 62
Parcitas 158
Paridis iudicium 133
Parthenij 63
Parthi 311
Paſiphae 309
Paſtoris opus 33
Paſtorum appellatio 278
Patroclus 87.145.148
Patroclus ſuppoſititius 88
Patrocli ſepulchrum ibid.
Patria nihil dulcius 250
Patriæ amor 246
Pauperem haberi, quàm prauũ, tolerabilius 172
Pauperum in ciuitatibus degentium, uiuendi ratio 59
Paupertas neq; peior diuitijs, nec infelicior, aut inutilior 60
Paupertas res ſacra & tuta 49
Paupertatis uſus 59
Paupertatem plurimas ad honeſtè uiuendum occaſiones præbere 61
Pauſanias 279
Pauo 95
Pax 8
Pax diuina 233
Pax omnis bello melior 243
Pacis coditiones à Troianis propoſitæ 90
Pegaſus 222
Pelops 67.84.191
Pelopis currus alatus 294
Peleus 67.226
Pellæ rudera 199
Pelopidas 264
Penæus fluuius 199
Penelope 116.57
Penuria homines reddi modeſtiores 256
Peregrinantium diuerſus habitus 310
Periander 224
Pericles 264. 313. 140.136
Pericles quali magiſtratu functus 269
Periclem occultè ſcuto noctuã inſculpſiſſe 96
Perſæ 293.311
Perſæ & Bactriani equites 186
Perſarum eunuchi 134
Perſarum Magi 264
Perſarum ornatus 14
Perſarum regis tiara qualis 116
Perſeus 152. 184. 202. 302. 313
Perſeus Zenonis diſcipulus 273
Perſici belli figmenta 94
Perſuadere de maximis rebus, quàm de minoribus, facilius 231
Peſtilentia 194
Peſtis & ſeditio inter Græcos 85
Phæaces 57
Phædra 292
Phaeton 226
Phaetontis incendium 222
Phaetontis interitus 5
Phalaris 17
Phidias 99.275
Phidiæ oratio 104
φίλιος 4
Philippus 140. 317
Philippi cum Alexandro filio ſuo colloquium 9
Philippi regis ſtatua 229
Philiſtus 313
Philoctetes 90.283
Philoſophia & Rhetorica pariter regi neceſſaria 12
Philoſophiæ materia 308
Philoſophiæ ſtudere quid 112
Philoſophiæ ſtudioſorum alia quàm uulgarium hominum uita 308
Philoſophiæ ueræ profeſſor quãti faciendus 113
Philoſophicæ adhortatiões quãto poeticis Reip. utiliores. 197
Philoſophus 102
Philoſophus in omnibus excellere quatenus debeat 309
Philoſophus quibus rebus ab alijs differat 303
Philoſophi appellatio 109
Philoſophi cogitatio præcipua quæ 264
Philoſophi habitus cur magis quàm aliorum ita hominibus inuiſus 311
Philoſophi imperium cuiuſmodi 265
Philoſophi mali officium 182
Philoſophi mentem & orationẽ continere difficile 108
Philoſophi efficium 265. 267
Philoſophi ad poetas & opifices collatio 103
Philoſophi ſtudium cuiuſmodi 327
Philoſophum omnia iuxta ueritatem, non opinionem conſiderare 303
Philoſophi in quibus differant à Rhetoribus 137
Philoſophi omnes fermè peregrinationum ſtudioſi 257
Philoſophorum ars circa ſermones qualis 286
Philoſophorum iniquorum nullus 205
Philoſophis omnibus fermè uita in patria difficilis uiſa. 258
Philoſophis & Rhetoribus communia quæ 136
Philoſophos omnia alijs facere melius, quomodo dictum. 309
Philoſophos raró principatum tenuiſſe inter homines 264
Phyſiognomonica 36
φύξιος 107
Phocion 314
Phocylides 217
Phocylidis poema 9

Phœnix

Phœnix 88
Phœnix à patre cur ad Achillẽ in militiam miſſus 11
Phryges augures 205
Phrygia Priami ancilla 117
Phrynes Theſpiadis imago Delphis 227
Phyxius 4
Pietatis ſtudium 13
Pindarus 12. 296
Piſiſtratus 59.136.140.224
Pittacus Mitylenæus ibid.
Planetæ 245
Plato 196
Plato cur Homerum excluſerit ſua republica 272
Plebeiorum inobedientia 280
Pliſthenes Sicyonij tyranni filiam etiam quoſdam ex Italia ambiuiſſe 80
Poematum diuerſitas 9
Poeſis legumlatione antiquior 101
Poeſeos uis 105
Poeſin & legumlationem, etiam cauſas eſſe credulitatis de Deo 101
Poetæ Muſarum miniſtri 220
Poetæ uulgi prophetæ & aduocati 58
Poetarum genus diuinum 220
Poetica licentia 80
πολίτης 4. 108
Politica in concione 261
Politica in patria 248
Pollinctores cur plures fiant 182
Pollux & Caſtor Iouis filij 132
Polus 97.274
Polycletus 102
Polycrates 124.29
Polydamas 277
Polygnotus 102.275
Polynices 124. 296. 316
Polyxena occiſa ſuper Achillis ſepulchrum 44
Polyxenæ interitus 95
Populares miſerabiles 267
Populus 183
Populus confuſionis ſpiritu agitatus qualis 184
Populus modeſtus 184
Populi natura & ingenium 184
Porticus 259
Poſſeßionis uarij modi 119
Poſteriorum imagines ſemper peiores & ignobiliores uideri 133
Poteſtas impotens ac imbecillis incommoda 21
Prauum interdum fatuum dici 19
Præceptores ignorari Heſiodi & aliorum 275
Præconia 299
Prædicari ibid.
Præfecti boni officium 182
Præfectorum delicta diuinitùs immißis petora 208
Præfectos omnes honorandi neceßitas ridicula 171
Præſides qualiter affecti in ſeditione 235
Prætor qualiter tolerandus 110
Precio à dominis empta nemini licere tollere 163
Priamus 316
Priamus apud aram Iouis perfoſſus 95
Priamus poſt Alexandri mortem alius factus 90
Priamus ſuper Iouis aram interfectus 44
Priami mors 91
Priamum Herculis patrem occidiſſe 82
Primæ partes 234
Primas habere inter ciuitates quid, et quomodo eædem Nicomedienſibus amplectẽdæ 235
Principatus 21
Principatus naturalis exempla 22
Principis boni mores 290
Principis alicuius improbitas, multo maior, & omnibus apparentior quàm priuatorũ. 5
Principibus max. eruditorũ hominum uſus 264
Prodicus 274
Prodigus 130
Proditores non ſepelire 168
Prometheus ſophiſta 67
Promethei pœna 46
Propinquarum inter ſe urbium amicitia 246
Proteſilai cædes 84
Proteſilai nauis ab incendio ſalua manſit 89
Prudens præſes 261
Prudentis animus 290
Prudentem nemini inuidere. 326
Prudentes liberos eſſe 115
Prudentiæ danda opera 318
Prudentia & uirtute omnia rectius ac melius fieri 310
Pugna acris contra uoluptatem 66
Pulchritudo bonorum omnium illuſtrißimum 146
Pulchritudo cum fortitudine & modeſtia rarò iuncta 147
Pulchritudinis pudori adiunctæ uis 135
Pulchritudinem amicos efficere 146
Puniendi & docendi ratio diſsimilis 182
Pyrithous 281
Pythagoras 258
Pythagoræ Perſeus 225

R

Ratio 151
Regia potentia 20
Regia ſigna 34
Regnare nullus conetur antequam ſapere didicerit 35
Regnum 21.279
Remedium contra malitiam duplex 182
Repetendi uſus 128
Res oratione potior 308
Rei euſdem crebra admonitio, eiuſq; uſus 122
Rem aliquam æſtimare quis melius poßit 126
Res hominum quando beatæ forent 316
Res nominibus fidem facere, nõ contrà 236
Rerum poſt Achillis cædem geſtarum uera hiſtoria 89

Y Rerum

Rerum elementa 232
Reipub. impenſæ: eæq; quanto belli quàm pacis tẽpore maiores 170
Rempub. adminiſtraturi munus 109
Rerumpub. ſpecies 22
Rex magnus 21
Rex paſtor populorum 33
Rex potentia maximus & uerè quis 21
Rex inprimis religionis & humanitatis amans ſit 2
Rex omnium qui ſit optimus cẽſendus 31
Regis aures 282
Regis boni mores atq; animi diſpoſitio qualis 2
Regis boni officium ibid.
Regis boni uita ſuauior quàm contrà 23
Regis oculus 28
Regis officia 22
Regis Perſarum miſeria 46
Regis proprium munus 22
Regi neceſſariæ uirtutes quæ potiſſimum 23 (ant. 15
Regi quæ ſalutatiões conueniant
Regem à quibus cantionibus abeſſe oporteat ibidem
Regem quis cantus deceat. ib.
Reges 279
Reges cur à Ioue nutriti Homero dicantur 32
Reges ueros à Ioue nutritos, & conſilio illius ſimiles eſſe 4
Regum & heroum ornatus. 13
Regum inſignia 116
Regum preces ac uota qualia eſſe debeant 16
Rhea mater 62
Rhetores & Sophiſtæ hoſpitum ſeductores 46
Rhetorum & poetarum laudationes cuiuſmodi 186
Rhetorum pugnã conuicijs conſtare 54
Rhetorica etiam regi neceſſaria 11
Rhodiaca 154
Rhodiorum de auferendis imaginibus inſtitutum Leptinea lege multo eſſe abſurdius 174
Rhodiorum grauitas 188
Rhodiorum honeſtatis publicæ reliquiæ 179
Rhodiorum lex, ne unquã carnifex ingrediatur ciuitatem 173
Rhodiorum opulentia 163
Rhodiorum ſtatuæ hiſtrionib. ſimiles 178
Rhodijs inter Græcos ſolis adhuc ſuperſtes authoritas. 178
Rhodogune 134
Rhodus Solis 225
Rhoſon 219
Ridicula omnino eſſe, quæ de Troia capta finguntur 91
Romanorum reges in Italia 295
Romulus 279

S

Saccarum ludicrum 34
Sacra cohors apud Thebanos 136
Sacrilegium 168
Sagittandi artis uſus 282
Saltationes libidinoſas atq; intemperantes, reges fugere debere 75
Satyri 189
Sapiens ſolus fœlix 137. 139
Sapiens ſolus & in omnibus fœlix 138
Sapientis nomen præſtantiſſimum 224
Sapientes omnes, ueteres amicos pluris facere, quàm nuper factos 166
Sappho 292
Sardanapalus 24. 326
Sardanapali luxus & mollicies 290
Sardanapali ornatus 13
Sardonia herba 195
Sarpedon 87. 145. 148
Sarpedonis ſtatua inſcriptore caruit 169
Saturnus rex uinctus 116
Scamander 36
Scamandro poſt obitum Priami principatus relictus 91
Scamandrum à dijs Xanthum appellari 77
Scarabeos in Attica mel non guſtare 195
Schluraffen landt 214
Scribendi & dictandi ratio 128
Scythæ 294. 306
Scytharum in ſepeliendis regibus conſuetudo 108
Scyrites agmen 94
Seceſſum quærere quid 130
Seditio 9
Seditionis cauſæ 233
Seditionis malum 232
Seditionem excitare, quàm ſedare iterum longè facilius 207
Segnities 122
Semidei 166. 305
Semiramis 292. 296
Semiramidis tyrannis 260
Senatus electio 253
Septem ſapientum in Delphis apophthegmata 312
Sepulchrale certamen 89
Sepulchrum 169
Sermonum prolixitas quatenus non improbanda 61
Seruientes an omnes ſerui, & an hi ſolum 118
Seruilis ſermo 268
Seruis corrumpi liberos 72
Seruitus quid 113. 115
Seruitus alia, alia grauior 300
Seruus quis habendus 115
Seruus propriè quis 119
Seruus malus an uendendus. 72
Sibi quiſq; malus uates 126
Sibylla 113
Sicilia, tumulus propè Tegeam 124
Sicyonium tyrannum Apollo latronem compellauit 21
Silentio affectata grauitas 212
Simile 66. 121. 179. 238. 248. 261. 263. 281. 291. 298. 301. 316.

316.319.320
Similitudo elegans 315. 131. 291
Sirenes 187
Sobrius eſto, ac nemini credere memento 315
Societas cum uulgaribus hominibus quatenus habenda. 316
Socrates 18.258.274
Socrates ab Apolline & Archelao Macedonum rege ſapiens iudicatus 112
Socrates inteſtatus deceßit. 275
Socratis beatitudo 295
Socratis damnatio 249
Socratis dictum 97
Socratis dicta nunquam intermoritura 274
Socratis & Homeri collatio 276
Socratis laus ibid.
Socratis oratio in frequenti hominum cœtu qualis 110
Socratis præceptor Homerus 275
Socratis ſermones & exempla 278
in Socratem conuicia 302
Socratem cur Athenienſes occiderint ibid.
Socratica gratia 127
Solis currus 221
Solis officia 24
Solitudo 26. 318
Solon 136. 264
Solon Corinthi exulans. 224
Solenſium & Adanenſium inimicitiæ 206
Solonis dictũ, Seneſco ſemper plura addiſcens 126
Solonem apud Athenienſes debuorum remißiones aliquãdo conceßiſſe 165
Sophiſta eunucho libidinoſo ſimilis 32
Sophiſtæ 31. 74
Sophiſtæ pauones 96
Sophiſtarum eruditio 32
Sophiſtarum genus quomodo & unde natum 213
Sophiſtas tumultuari ſicut ranas in cœnoſo ſtagno, hydram non uidentes 68
Sopylus 81
Spartani ad tibiam pugnare ſoliti 189
Spartanorum clades 328
Spartanorum in citharœdum admirabile factum 190
Spectabiles in rep. uiros à philoſophia, æquè ut ab eloquẽtia, fieri 251
Spectaculorum apud Alexandrinos immodeſtia 185
Spes 151. 293
Sphinx inſcitia 74
Sphingis ænigma ibid.
Sphinges 41. 184
Spoliantem aliquem circa rem ipſam tantũ delinquere 164
Spoliantes, & accipientes ab ipſis ſpolia, æquali ſpoliatos iniuria afficere ibid.
Spoliatis reſtitutionem deberi. ibid. à ciuitatis commercio quibus recedendum ibid.
Stagira 258
Stagira Ariſtotelis patria, Philippi permißione inſtaurata 18
Statuæ cur non fictiles potius quàm aureæ poſitæ 172
Statuæ publicæ in acta relatæ 162
Statuæ quatenus ciuitatis ſint propriæ 162
Statuæ quibus erigi olim ſolitæ 166
Statuæ ueluti literæ publicæ 163
Statuarum apud diuerſas gẽtes diuerſæ imagines 311
Statuarum apud Rhodios alijs atq; alijs deſignandorũ mos 155
Statuarum multitudo quid ciuitati conferat 177
Statuarum uſus 104
Statuas ab Imperatoribus Ro. potius auferri debuiſſe. 177
Statuas antiquas ſolũ et nulli nõtas mutari, æquè impiũ. 166
Statuas nõ aliter dari quàm pupas pueris 178
de Statuis erigendis alia ratione, alia de tollẽdis deliberari. (227
Stentor 204
Steſichorus 10. 12. 79. 276
Sternutatiõe hominis cuiuſmodi mores deprehenſi 202
Studendo ſe nimium conflictari, & doloribus conficere, minimè eſſe neceſſarium. 128
Studiorum cuiuſq; ſcopus. 110
Studijs ac philoſophiæ ſeceſſu quatenus opus 131
Stultarũ mulierum mores. 289
Stultus 130
Stultus qui uideatur 164
Stuprorum licentia & turpitudo coercenda 62
Sumptus in erigẽdis nouis ſtatuis 161
Superbos homines non contumelioſos 282
Supplicio affectorum nomina è publicis tabulis delendi mos 167
Sybarus 294. 199
Syrtis Libyæ 41

T

TAntalus 48. 295
Tarentum 159
Tarſenſium cum prætore contentio 206
Tarſus metropolis 202
Tarſorum petulantia atq; procacitas 201
Taurus regis typus cur melior ſit quam leo 16
Tegra 124
Tegula Tenedia 248
Telemachus 52. 270
Telephus 296. 117
Tempus opt. rerum index. 75
Temporis iactura 130
Temporis rationem non minus quàm argentum æſtimari debere 130
Temperatos & moderatos uoluptate leniter frui 153

Terra 30
Thamyris 111.307
Tharſus Ciliciæ metropolis 198
Theagenis Thaſij ſtatuæ mira cultum 167
Theatrum, populi auditorium 180
Thebæ Aegyptiæ 294
Thebanorum laus ex tibiarum cantu 61
Thebanorum Sparti 31
Themiſtocles 313
Theognidis poema 9
Theophilus Alexandrinus. 195
Theopompus 127. 279
Therſites 197.302
Therſites Homericus 195
Theſeus 157.226.254. 316
Theſeus unam ex Amazonib. in uxorem duxit 80
Theſeus & Pirithous 319
Theſei ſtatua inſcriptiõe caruit 169
Theſeo illatum à Caſtore & Polluce bellum 84
Theſſalarum incãtationes. 258
Thetim è cœlo arma à Vulcano facta Achilli attuliſſe 88
Thraces 310
Thucydides 127.136
Thurij 199
Thyeſtes 75.316
Tibicines, ſiticines 265
Timandra 292
Timarchus ad uirtutem patris defuncti hortatur 154
Timidi ſua natura 301
Timidi hominis eſſe omnia geſtare 34
Timotheus 189
Timotheus dux Athenienſium 295
Timothei ars apud Spartanos prohibita 203
Timothei tibicinis cantus qualis 1
Timores 265
Thiſſaphernes 317
Tragœdiarum materia 111
Tragœdijs cur præteritorũ tãtum & non præſentium fiat mentio 135
Tragici hiſtriõis in Ilienſes ſcõma 196
Triſtitiæ 265
Troia bello petita 83
Troiæ obſidio cuiuſmodi 85
Troiana 75
Troianæ urbis encomia 198
Troianorum calamitates unde. ibid.
Troianã urbem à Ioue inter omnes ſub ſole ciuitates præcipuè dilectam ibid.
Troianis ſuppetiæ ſerò latæ. 89
Troili cædes 85
Tumultuationes in ſtudio 191
de Tumultu exorto in patria 355
Tyndareus 80. 81. 288
Tyndareum etiã abfuiſſe ab excidio Troianorum 84
Typhonis arx 7
Tyrannis 8.21.22
Tyrannidis aſſeclæ 9
Tyrannidis non tolerandæ typus, & contrà 17
Tyrannis unde 132
Tyrannus 21
Tyrannus omnibus inuiſus. 48
Tyranni metus atq; animi intẽperies 47
Tyranni ſenectus ut rara, ita grauis 46
Tyranni uita qualis 48
Tyranno omnia ſuſpecta. 48
Tyrannum gaudere cum occiditur 47
Tyranni 184
Tyrannorum facta cuiuſmodi. 260.272
Tyrannis quænam eueniant 27
Tyrtæi carmina apud Spartanos in prælijs uſurpari ſolita 217

V

Varinus 261
Vaſtatæ olim ciuitatis ſigna 216
Velocitas timiditatis ſignũ. 70
Venatorum paupertas diuitum ſplendore liberalior 57
Venus 62
Venus aurea 44
Venerem iratã Lemnijs mulierib. corrupiſſe axillas. 202
Veritas 95
Veritatem ſtultis eſſe amaram & iniucundam 75
Veſtæ equus 222
Veſtitus Scythicus 216
Veteris diſciplinæ & modeſtiæ ueſtigia 202
Victorib. & fortunatis nõ omnia inſidiari, ſed eos potius eſſe admirationi & timori. 92
Victoria moderata 15
Victoria optima quæ 147
Vini potum à dijs hominibus dari ad redarguendos cuiuſq; mores 153
Vini natura 188
Vino ebrios aliquando liberari 153
Vir bonus & eruditus non ex corporis cultu iudicãdus. 265
Vir pauper nõ uitioſa præditus natura qualis 58
Vnus uir, nullus uir 202
Vir prudens ab inuidia alienus 324
Viri officium 24
Viro prudenti nullam ob rem admittenda ægritudo 121
Virum quàm deceat muliebris uox 204
Virum pulchrũ raró exiſtere, & exiſtentem à plurimis ignorari 134
Viros ſtrenuos dijs proximos eſſe 163
Virtus regi nõ tantũ honeſta, ſed & neceſſaria poſſeſſio 19
Virtutis poſſeſſione cætera omnia uileſcere 113
Virtutis ſigna magnifieri ab omnibus 157
Virtutis ſtudio paucißimos teneri

neri 306
Virtute cæteris eſſe ſuperiorē, præclariſs. omniū uictoria. 211
Vita cuiuſq; nō tā è uerbis ꝙ̃ factis eius æſtimanda 307
Vita hominum cur difficilis redatur 182
Vita hominum pompa 296
Vitæ tēpus omne incertum. 122
Viuendi rationes tres 36
Vlyſſes 116. 197. 201. 270
Vlyſſes etiam propter peregrinationes contemptus 254
Vlyſſes legatus de pace cū Troianis facienda 90
Vlyſſes quàm ægrè tulerit patriæ deſiderium 108
Vlyſsis ac Neſtoris eloquentia (11
Vlyſsis cūctatio reditus 92
Vlyſsis habitaculum 14
Vlyſsis Homerici omnigena peritia 309
Vlyſsis laus 198
Vlyſsis tolerantia 69
Voluptas 66. 69. 236
Voluptas dea 110
Voluptatis uomitus 153
à Voluptate cur multi deuincātur 121
Voluptate ebrij, nunquam liberantur 153
Voluptates 3. 265
Voluptuoſus 40
Vrbis Troiæ expugnatio quomodo ab Homero deſcripta 78
Vrbium inter ſe uicinarū diſsidia cuiuſmodi 243
Vti re, quam ignores, uelle, & difficile, & perniciosum 73
Vulgarium hominum & plebeiorū paruū eſſe Geniū. 18
Vulgus nulla ratione duci in rebus uel ſectandis, uel fugiendis 304
Vulgi de libertate & ſeruitute ſententia 114
Vulgi laudē aut iudicia nihili facere hominē uerè prudentē
Vulgi uitia 316 (325
Vulnera contemnere, non eſſe fortitudinis, ſed ignauiæ. 147
Vxor 28

X

Ξένιος Iupiter cur 107
Xenophon 127
Xerxes 33. 124
Xerxes Perſarum rex quomodo ex terra fecerit mare. 20
Xerxis exercitus 193

Z

ZEthus 67. 314
Zeuxis 102
Zopyrus 296
Zoroaſtres 221

FINIS.

Series Chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y. Omnes
duerniones.

BASILEAE, EX OFFICINA IOannis Oporini, Anno Salutis humanae M.D.LV. Mense Martio.